EPB/B
5447o/B

FOLEY.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30527387_0001

6°2472.

Walteri Hemingford,

CANONICI de GISSEBURNE,

HISTORIA

DE

REBUS GESTIS

Edvardi I. Edvardi II. & Edvardi III.

Accedunt, inter alia, Edvardi III. Hiſtoria per anonymum; Narratio de Proceſſu contra Reginaldum Peacockium, auctore Johanne Whethamſtedio; Excerpta hiſtorica è Thomæ Gaſcoignii Dictionario Theologico; Libellus de CAROLI I. ab urbe OXONIENSI fuga ſive diſceſſu, Notitiaque Domorum Religioſarum in Diœceſi Batho-Wellenſi.

E Codicibus MSS. nunc primus publicavit
THO. HEARNIUS.

DUOBUS VOLUMINIBUS.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXXXI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Eorum, quæ hoc prodeunt Opere,

CONSPECTUS.

I. PRÆFATIO. Pag. IX.
II. De Gualtero Hemengoburgo, è Lelando. CXVII.
III. De Gualtero Hemmyngforde, è Baleo. CXVIII.
IV. De Gualtero Hemmingfordo, è Pitſeo. CXIX.
V. De Gualtero Hemmingford, è Joanne Joſſelino. CXIX.
VI. De Gualtero Hemingford, è Scriptore anonymo, à nobis ad calcem Hemingi edito. CXX.
VII. De Gualtero Hemmyngforde, è Gerardo Joanne Voſſio. CXX.
VIII. De Gualtero Hemingfordo, ex Henrico Whartono. CXXI.
IX. De magna diſcordia Oxonienſi A. D. MCCLXIIII°. inter Acade-

micos & oppidanos, è Chronico Abbingtonienſi MS. in bibliotheca publica Cantabrigienſi. CXXII.

X. Notæ in eam partem Hemingfordii, quam edidit v. doctiſſimus Thomas Galeus. CXXIII.

XI. Concerning Reginald Peacock's Opinions, not only from Nich. Doleman's *Three Converſions of England*, but from a MS. in the hands of Thomas Ward, of Warwick, Eſq;. CLI.

XII. The learned Mr. Henry Dodwell's Letter, concerning the power of Metropolitans in depriving ſuffragan Biſhops, occaſioned by a Letter from the learned Dr. Thomas Smith, whoſe Letter & his Anſwer to Mr. Dodwell are here likewiſe publiſhed. CLIII.

XIII. Proceſſus ſub brevibus, ſuper modo & forma, quibus Johannes Whethamſtede fuit iterum poſt Reſignacionem in patrem et paſtorem

rem ecclesiæ S. Albani reelectus. E Regiſtro Johannis de Whethamſtede in bibliotheca Collegii Armorum Londini. CLX.

XIV. A Letter from Dr. William Lloyd, Bp. of St. Aſaph, to Bp. Fell, concerning the Execution and laſt Behaviour of the Duke of Monmouth. CLXXVII.

XV. An Account of the Church of Swaſham in Norfolk, extracted from a Letter, written to the Publiſher by the ingenious Beaupré Bell, Eſq;. CLXXX.

XVI. A Letter relating to the laſt behaviour of Sir Walter Rawleigh, written by Dr. Rob. Tounſon, Dean of Weſtminſter and afterwards Bp. of Sarum, to Sr. John Iſham. CLXXXIV.

XVII. Walteri Hemingford Hiſtoria Edvardi Primi. Pag. 1.

XVIII. Walteri Hemingford Hiſtoria quinque priorum annorum Edvardi

vardi Secundi. 240.
XIX. Walteri Hemingford Chronicon Edvardi Tertii. 267.
XX. Anonymi Hiſtoria Edvardi Tertii. 387.
XXI. Notæ in Vitam Ricardi II. à nobis divulgatam. 453.
XXII. De Reginaldo Pecockio, ex Hiſtoria & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis. 480.
XXIII. Johannis de Whethamſtede Narratio de R. Pecockii Abjuratione. 490.
XXIV. Thomæ Gaſcoignii Vita, ex Hiſtoria & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis. 504.
XXV. Viri clariſſimi GEORGII HARBINII Collectanea Hiſtorica ex Dictionario Theologico Thomæ Gaſcoygne. 509.
XXVI. An Account of K. CHARLES I^ſt's. Eſcape or Departure from Oxford in the Year 1646, By D^r. Michael Hudſon. Together with Mr. Ro-

Robert Barham of Sandwiche's Examination relating to the ſaid Dr. Michael Hudſon. As alſo ſomewhat of curious Remark that concerns Sir Kenelm Digby. To which is prefix'd Dr. Michael Hudſon's Life from *Athenæ Oxonienſes*. 551.

XXVII. Dr. Archer's Account of the Religious Houſes in the Dioceſe of Bath and Wells, and of thoſe out of it that had any Revenues in it. 585.

XXVIII. An Alphabetical Liſt of the Religious Houſes in Somerſetſhire, rectifying ſome Miſtakes and Omiſſions in Harpsfeild, Speed and Dugdale's Catalogues. By John Strachey, of Sutton-Court in Somerſetſhire, Eſq;. 643.

XXIX. Annotationes. 667.

XXX. Index. 686.

XXXI. Operum noſtrorum genuinorum hactenus impreſſorum Catalogus. 721.

Ab-

Abbreviaturæ.

Al. aliter.

E. S. Edvardus Stillingfletus.

F. Forte.

L. Lege.

MS. Coll. Arm. & *MS. C. Arm.* Manuſcriptum Collegii Armorum. quod nonnunquam etiam hiſce litteris *MS.* ſignamus. Neque alius eſt Codex iſte atque Codex Arundellianus, ſive *Ar.* quem tantopere paſſim in Appendice laudamus. Quin & *MS.* vulgo denotat Codicem cujuſcunque generis manuſcriptum; quam proinde notam & alibi etiam hoc in opere uſurpamus.

MSS. Codices manuſcripti.

O. Codex Hemingfordii manuſcriptus in Bibliotheca Comitis Oxonienſis Edvardi Harleii.

Stillingfl. Stillingfletus.

T. Tanneri apographum cujuſdam manuſcripti vitæ Edvardi I^mi.

Trin. Tr. & *Cod. Trin.* Codex manuſcriptus Hemingfordii in Bibliotheca Collegii Trinitatis Cantebrigiæ.

Alias abbreviaturas prætermittimus, quippe quæ ſe ipſæ explicant è notis ad imum paginæ noſtris.

PRÆ-

PRÆFATIO.

MIRUM eſt, apud Bradium nullam mentionem fieri Hemingfordii, inter optimæ notæ hiſtoricos noſtros veteres diſertim recenſiti. §. I. Hemingfordio ſua fere omnia accepta retulit chronici Abbingtonienſis auctor, ſecus atque voluit Jacobus Tyrrellus, qui, chronici Abbingtonienſis exſcriptorem fuiſſe Hemingfordium, docuit. §. II. Quam noſtram ſententiam firmant etiam Matthæus Parkerus & Joannes Caius, pariter atque Gerardus Joannes Voſſius. In eo tamen lapſus eſt Voſſius, quod de cœnobio Abentonenſi perinde ac ſi in agro eſſet Glouceſtrienſi verba fecerit. Monaſterii Abbingtonienſis nomen unde? §. III. Jacobi Tyrrelli error alius, qui monuit, Knyghtonum optimam hiſtoriæ ſuæ partem è chronico deſumpſiſſe Abbingtonienſi, quod tamen nunquam vidiſſe videtur Knyghtonus. quemadmodum neque Knyghtonum vidiſſe veriſimile eſt Hemingfordii partem poſteriorem. §. IV. Chronici Abbingtonienſis auctor monachus ſine dubio Abbingtonienſis. Minutiæ, ad cœnobium Abbingtonienſe per-

tinentes, jure optimo à nobis prætermiſſæ. Inter quas minutias neutiquam cenſendum eſt fragmentum quoddam egregium in eodem Chronico de rebus geſtis Oxonienſibus A. D. M.CC.LXIV. quod tamen nunquam, ni fallor, adſpexerat Wodius, utpote ad cujus conſpectum neque unquam, ut veriſimile eſt, pervenerat ipſum Chronicon Abbingtonienſe. §. V. Hemingfordii partem duntaxat edidit vir doctiſſimus Thomas Galeus, partem poſteriorem interim pollicitus, quam tamen quo minus divulgaret alia conſilia, tandemque mors ipſa obſtiterunt. §. VI. Quid factum ſit de exemplari MS^to. Galeano nos plane latet; quod tamen apographum duntaxat recens fuiſſe mihi videtur. §. VII. Sicuti & recens eſt Codex, quem mutuo accepi è bibliotheca Harleiana. doctiſſimi nempe Stillingfleti impenſis è Codice Arundelliano exſcriptus atque cum eodem collatus, & ſubinde etiam ab ipſo Stillingfleto proprio ſuo Marte emendatus. quem tamen Codicem ob recentem ætatem tantum abeſt, ut flocci æſtimandum eſſe putem, ut ea, quæ nondum ſint edita, ex eodem plane operæ pretium eſſe deſcribere duxerim. §. VIII. In quo tamen Codice Stillingfletiano non pauca ſuſpectæ ſunt fidei, quæ proinde viſum eſt examinare ad fidem ipſius Codicis Arundelliani, mendis utcunque hinc inde inquinati. Adeo ut juxta hunc ipſum Codicem Arundellianum, quouſque pergit Codex ille, textum noſtrum repræſentandum eſſe ſtatuerim. ad quem Codicem & ea, quæ protulerat Galeus, ad examen revocanda eſſe cenſui; unde variantium lectionum meſſis ſatis ampla in Appendice noſtra exſiſtit. §. IX. Quanam de cauſſa Annales iſti abrupte terminantur, tam in Codice Arundelliano, quam & in aliis Codicibus Hemingfordii veteribus? Quanam

etiam

etiam de cauſſa iidem Codices haud ultra annum M.CC.XCVII. progrediuntur? §. X. A quo anno defectum uſque ad annum M.CCC.XII. è Codice Hemingfordii Cantabrigienſi ſupplevimus. qui & illis, quæ evulgaverat Galeus, lucem etiam affundit. Ea omnia, quæ poſt annum M. CCC. XII. de Edvardo II^do. memoriæ prodiderat Hemingfordius, forte perierunt. §. XI. Nec eſt cur negetur, hiſtoriam integram atque abſolutam de Edvardi II^di. regno ab Hemingfordio litteris conſignatam fuiſſe, utcunque nobis nunc mancam ac imperfectam. De Dodwelli Milliique notis aliquot MSS. in Hippolytum. §. XII. Sed quanquam hiſtoriam Edvardi II^di. abſolverit Hemingfordius, quid tamen de Edvardo illo poſt annum M.CCC. XII. ad mortem uſque ejuſdem Edvardi ſcripſerit, ne Minerva quidem pinguiori enarrare auſim; licet conjectura aſſequar, de rebellione contra Edvardum, & de Edvardi etiam pietate egiſſe. §. XIII. Aliter dicendum de Hemingfordii Chronico Edvardi III^tii. cujus plura nunc exſtant exemplaria. §. XIV. Quorum vetuſtiſſimum nos ſecuti ſumus, illud ſcilicet, quod in bibliotheca collegii Magdalenenſis Oxoniæ adſervatur. §. XV. Cui Edvardi itidem III hiſtoriam per anonymum quendam ſubnexuimus. uti etiam variantium lectionum Syllogen in vitam Ricardi II, à nobis nuper excuſam. De conflictu magno Oxonienſi ex anonymo hiſtorico in bibliotheca collegii Magdalenenſis Oxonii fragmentum. §. XVI. Chronologia in re hiſtorica valde neceſſaria. Quapropter bene cecidit, quod eam obſervaverit Hemingfordius, quamvis, hoc non obſtante, multæ in ipſo deprehendantur omiſſiones chronologicæ. Chronici Abbingtonienſis auctor annorum ſeriem accuratius quam Hemingfordius obſervaſſe perhibetur;

hibetur. §. XVII. Etſi majorem adhibuiſſe diligentiam videatur Hemingfordius, quam chronici auctor. Quomodocunque hoc ſit, neceſſe certe exiſtimavimus, opem noſtram & auxilium paſſim ferre, ne alioqui deeſſet hoc in opere annorum notatio. §. XVIII. Ab inſtituto noſtro abhorret curioſo-criticas Diſſertationes contexere. Quid ſibi velit *moneta falſata* apud Hemingfordium. Principis *nigri* (quem vocant) nummus aureus rariſſimus. Edvardi IV nummo aureo lux, inſcriptione ſatis ſingulari inſignito. §. XIX. In nummis corruptis haud raro contra orthographiam peccatur. Nec tamen corruptionem ſemper arguit litterarum μεταθεσις. Carauſii nummi bini egregii explicantur. §. XX. Inſcriptio Romana apud Seldenum corrupte, ſed nunc demum ex autographo Camdeniano emendate à nobis, edita. §. XXI. Qua occaſione & Inſcriptionem, Romanam itidem, nunc edimus, Dorceſtriæ prope Oxoniam repertam. Marmor Arundellianum de Fœdere inter Smyrnæos & Magneſios correctum. Formula vetus Anglicana ædituos ad munera admittendi. Ætas lapidis Dorceſtriani. Beneficiarius Conſulis quid? Marcus Varius Severus Dorceſtriæ, aliiſque in partibus circumjacentibus, munus ſuum diligenter exercuiſſe videtur. Dorceſtriæque par eſt exiſtimare ipſum obiiſſe. De Dorceſtriæ nomine. De femina quadam, à cujus clunibus nomen ſuum recens ſumpſerint colles Sinnoduniani, præter ceteras forma honeſta & liberali. Dorceſtria ſedes olim epiſcopalis. At ſedes deinde Lincolniam à Remigio epiſcopo tranſlata. Dorceſtriæ templum fuiſſe veriſimile eſt, in eoque aram Dorceſtrienſem poſitam fuiſſe honori Diocletiani atque Maximiani Herculii. Nec quidem ἀπεικοδιόνυσον eſt ſuſpicari, Dorceſtriam fuiſſe νεωκόρον. Locus è No-

vi Fœderis verſionis Wiccleſianæ Codice penes nos eximio, A.D. M.CCC.XLV. ſcripto. Joannes Wicclefus linguæ Græcæ imperitus. Antiquitates Bercherienſes, Eliæ Aſhmolio adſcriptæ, emendatæ. §. XXII. Præter Judæos, & omnigeni perduelles pro monetæ noſtræ corruptoribus habendi. Cujuſmodi hominum fautores & ipſi etiam erant Wiccleviſtæ. ne quidem ipſo Joanne excepto Wicclefo. Lollardorum doctrinis magna ex parte tribuenda ſunt bella nupera civilia. De ſuperbiæ periculis neutiquam illi ſolliciti, qui principibus ſuis legitimis ſint inimici. Kalendaria aliquot nupera correcta. §. XXIII. Falluntur illi, qui aliter atque nos de Wiccleviſtis ſentiunt. Reginaldus Peacockius, laude dignus, quod Lollardos oppugnaverit, in eo tamen reprehendendus, quod pravas opiniones divulgarit; utpote fidei orthodoxæ parum congruas. Quæ proinde opiniones in cauſſa erant, cur ab archiepiſcopo Cantuarienſi aliiſque etiam damnaretur. Hinc palinodiam egit Peacockius, pro hæretico cum ab aliis, tum ſpeciatim ab ipſo Thoma Gaſcoignio habitus. Cujus è Dictionario Theologico loca aliquammulta hiſtorica hoc in opere divulgare placuit. §. XXIV, XXV. Peacockii de regula Fidei tractatus imperfecte ab Henrico Whartono in lucem editus; nec quidem integrum dare potuit Whartonus, quum Codex ipſe MS. unicus, ut videtur, qui nunc exſtat, ad calcem ſit etiam μείωθος, idque, ut par eſt opinari, Peacockii ipſius opera. §. XXVI. Ignorantiæ non malevolentiæ tribuendum, quod Peacockium ob dogmata laude digniſſimum fuiſſe arbitratus ſit Whartonus. quippe qui neque Whethamſtedium neque Gaſcoignium, imo neque, ut videtur, Lelandum noſtrum conſpexerat, unde liquet, Hæreticum fuiſſe Peacockium,

eoque

eoque nomine ab archiepiſcopo Cantuarienſi cleroque damnatum. Neque tantum damnatum, ſed & epiſcopatu privatum fuiſſe conſtat. Qualis fuerit hæc deprivatio ambigitur. Nos autem Synodicam fuiſſe cenſemus. Ita tamen, ut & archiepiſcopi poteſtas, quatenus Pontificis Romani *legatus* eſſet *natus*, non ſit deneganda. §. XXVII. Peacockio poſt deprivationem quid contigerit? §. XXVIII. De morte Peacockii nænias aliquas conditas fuiſſe, non eſt, cur cenſeamus. §. XXIX. Licet Wiccleviſtas primo oppugnaſſet Peacockius, tandem tamen eorundem fautor exſtitit. §. XXX. Multa, ad res geſtas Wiccleviſtarum pertinentia, nos plane latent, ſicut & non pauca, ad perduelles recentiores ſpectantia, nos itidem ignoramus. Quemadmodum item quamplura de Carolo I^mo. hiſtorica adeo ſunt perturbata, ut non aliter quam è ſcriniis hominum curioſorum ſint elucidanda. §. XXXI. Domorum religioſarum clades à ſeditionibus regnante Ricardo II^do. primum emanaſſe videtur. Unde & veriſimile eſt, Henrico VIII. regnante domorum religioſarum deſtructores non alios quoque atque Wiccleviſtas fuiſſe. At domorum religioſarum hiſtoria accurata ac plena quum nobis deſideretur, non aliter utique quam è Regiſtris potiſſimum vetuſtis conſignari debet. Lelandus noſter ad fidem Joannis Whethamſtedii emendatur. §. XXXII. Lectores mendaciis ſuis mire fefellit Baleus, ſcriptor contumelioſus. à cujuſmodi contumeliis neque etiam alii aliquot ſcriptores, monachis inimici, abſtinuerunt. §. XXXIII. Et tamen bonas horas optime collocaſſe monachos teſtantur opera. Aſſumenta in monachorum operibus ſubinde comparent, ab ipſorum ſententiis moribuſque aliena. Sicuti & in Julianæ etiam Barneſiæ opere inſigni de aucupa-

cupatione &c. inſunt quædam ſuſpectæ ſane fidei. §. XXXIV. Præter illos, qui religioſorum libris verba inſerebant, fuit & aliud genus hominum, qui Codices, à monachis ſcriptos, integros deſtruere ſint auſi. Hinc opera illorum perplura penitus perierunt, aliis interim ita mutilatis, ut fragmenta duntaxat nunc fere exſtent. In qua ſtrage & ſcriptorum etiam vetuſtiſſimorum clades facta eſt plane horrenda. Fruſtra obtendebant cladis auctores, ſe rei litterariæ religioniſque primævæ patronos fuiſſe. In hac ſtrage libri item impreſſi hoſtium feritatem ſuſtinuerunt. §. XXXV. Quapropter in tanto infortunio laudandi proculdubio ſunt illi, qui librorum veterum, vel MSS. vel etiam impreſſorum, fragmenta conſervanda eſſe curant. In quibus nominatim ſunt cenſendi Joannes Bagfordius, Thomas Rawlinſonus, Joannes Murraius, atque Petrus Le Neve. De fragmento Miſſalis cujuſdam membranei, elegantiſſime excuſi. S. Martinus magno ſemper in honore ab Oxonienſibus olim habitus. Fragmentum, è Codice Magdalenenſi à nobis nuper editum, illuſtratur. Diſpoſitio vocum metricarum in MSS. vett. Nota de S. Wandregeſilo. §. XXXVI. Puritani Anglicani à Wiccleviſtis ſive Lollardis non diſſociandi. Durandi Rationalis Divinorum Officiorum Codex membraneus in bibliotheca Collegii Omnium Animarum eximius, ſed, Puritanorum, ut videtur, operâ, mutilatus. §. XXXVII. Cujus tamen operis exemplar perfectum, membraneum ſimiliter, in Bibliotheca Baronetti cujuſdam prænobilis exſtat. Libros à Puritanis mancos reddi non mirum, quum furti reos eſſe ſatis ſuperque conſtet. §. XXXVIII. Lollardi omnes fere enthuſiaſtæ. Neque alii atque enthuſiaſtæ perduellium principes. Certe talis erat & ipſe dux nuperus

Mone-

Monemuthenſis. Quibus tamen enthuſiaſtis minime accenſendus Gualterus Rawleius, Hiſtoriæ univerſalis auctor immortalis. §. XXXIX.

§. I. QUAMVIS Robertus Bradius pleriſque omnibus ſequioris ævi hiſtoricis noſtris Anglicanis ſit anteferendus, mirum tamen eſt, in ipſius hiſtoria, ſumma fide conſignata, nullam mentionem fieri Walteri (non, ut male in Codice MS. Arundelliano pariter atque Harleiano effertur, *Willi* ſive *Willelmi*) Hemingfordii, vel rectius forſitan Hemeingoburgi [1], Canonici de Giſſeburne. Quæ profecto obſervatio & de Bradii itidem Collectaneis MSS. intelligi debet.

---

1 I can't tell, whether I ever told you what I had to confirm Leland's calling this Author Hemengoburgus, and thereupon that his true ſirname was de Hemingburgh (of which name is a town in Yorkſhire, tho' indeed a pretty way from Giſburn) and not de Hemingford (there being no town in Yorkſhire of this name) as Bale, and Pits, and others from them have called this Author. In the King's Library (formerly at St. James's) is an old Book entitled Diſtinctiones quædam Theologicæ — in the beginning of which is this Note, in an old hand, Clauſtro de Gysborn, ex dono fratris Walteri de Hemyngburgh, quondam Canonici iſtius domus, Anno ſc. Domini 1307 — which agreeing with the time Hemingford is generally ſaid to live in, makes my conjecture more probable. *E Litteris v. cl. Thomæ Tanneri, Norvici ad nos datis Sept.* 20. 1731.

Nam

Nam nihil in iiſdem de Hemingfordio. id quod me docuit Thomas Bakerus Cantabrigienſis, amicus eruditiſſimus, mihi ſumme colendus; is nempe, qui è ſcriniis ſuis MSS. tam multa meam in gratiam deprompſit. Bakeri auctoritatem hac in re negligere nolui, eo quod ipſe Bradii adverſaria diligenter pervolverit. Nec dicere auſim, idcirco à Bradio non fuiſſe commemoratum, quod ipſius judicio è minorum gentium eſſet hiſtoricis. Contra, abſque dubio de Hemingfordio perquam honorifice ſenſit Bradius. utpote cum à Lelando [1], tum & à Baleo [2] atque Pitſeo [3] inter optimæ notæ hiſtoricos noſtros veteres diſertim recenſito. Adſtipulantur Joannes Joſſelinus [4], Fragmenti Murraiani [5] apud Hemingum auctor egregius anonymus (quem Stoveum, ſicuti conjeceram, re vera fuiſſe tandem didici) Gerardus Joannes Voſſius [6], Henricus Whartonus [7], reliquique etiam ſcriptorum recentiorum primarii. De Guilielmo Nicholſono nihil dico, quia quæ huc ſpectantia in Bibliotheca ſua Anglo-Hiſtorica prodidit, non ſunt alicujus momenti.

§. II. Imo & illud mihi argumento ſatis valido eſt, magni olim æſtimatum fuiſſe Hemingfordium, quod non tantum ejus maxime veſti-

---

1 *Vide Append.* N.I. 2 *Vide Append.* N.II. 3 *Vide Append.* N.III. 4 *Vide Append.* N.IV. 5 *Vide Append.* N.V. 6 *Vide Append.* N.VI. 7 *Vide Append.* N.VII.

giis inſtiterit, ſed & eundem fere exſcripſerit Chronici Abbingtonienſis auctor. Liquet ex ipſo illo Chronico, nunc Cantabrigiæ adſervato. uti etiam è vita Edvardi I^mi. in Bibliotheca Bodleiana MS^ta. ex Chronico ſane Abbingtonienſi conflata. Eſt autem eadem hæc vita atque illa, qua uſi ſunt Guilielmus Dugdalius & Jacobus Tyrrellus. In eo tamen valde decipi Tyrrellum opinor, quod ſignaverit, Hemingfordii opera hiſtorica è Chronico Abbingtonienſi contexta et coagmentata fuiſſe. Reclamat enim ipſa dictio Hemingfordii, qui preſſe & ſuccincte omnia eſt perſecutus, quæ fuſius ſubinde Chronici Abbingtonienſis auctor, interpolatoris re vera munere functus, dum alibi tamen non pauca reſecat, recte utcunque ab Hemingfordio litteris mandata.

§. III. Quo minus etiam Tyrrelli opinionem amplectar, obſtat Matthæi Parkeri & Joannis Caii judicium. Quemadmodum & nuper quoque innui [1]. Atque eorum gravem eſſe auctoritatem prompte agnoſces. Neque abit Gerardus Joannes Voſſius. Sic enim ille in libro III. de Hiſtoricis Latinis: "Agmen ducat [Anony-"morum] antiquus auctor Chronici de mona-"ſterio *Abentonenſi*, ſeu Aventonenſi, quod & "Abonenſe, ſeu Avonenſe, nominatur. Eſt au-

1 *Not. in Thomæ Caii Vindicias Antiquitatis Academiæ Oxonienſis, p.799.*

"tem

"tem Albone ſeu Avone, prout Ptolomæus vo-
"cat, (*Avington* vulgo dicitur) vicus exiguus
"Gloceſtriæ juxta flumen Sabrinam. Anony-
"mus ille imprimis ſequitur Gualterum Heming-
"forde, Chronicum Gisbornenſem: ut obſer-
"vat is, qui præfatur in Matthæum Weſtmona-
"ſterienſem. Aliqua ex eo adfert quoque Bria-
"nus Twynus lib. II. [Pag. 142.] de antiquitate
"Academiæ Oxonienſis." Quibus adde quæ in Appendice [1] è libro II^do. dicti operis de Hiſtoricis Latinis adduximus. Cæcutiit autem Voſſius, verba faciens de cœnobio *Abentonenſi* perinde quaſi in agro eſſet Glouceſtrienſi. Quid de hoc dicam, niſi Voſſium, alienigena quum eſſet, in rebus noſtris monaſticis minus fuiſſe verſatum? Quid quod & nondum prodierat *Monaſticon Anglicanum*, in quo tam multa de cœnobiis noſtris è veteribus eruuntur monumentis? Ceterum quomodocunque hoc ſit, illud certiſſimum eſt, non aliud cœnobium atque monaſterium Abbingtonienſe, in agro Bercherienſi ſitum, intelligendum eſſe. quod equidem monaſterium tantæ erat famæ, ut, omnium fere cœnobiorum per Angliam noſtram longe celeberrimum fuiſſe, facile dixeris. Nec tamen eſt, cur putes, vel à fluvio, vel etiam ab homine aliquo, nomen tuliſſe hoc cœnobium. Siquidem nominis origo arceſſenda eſt ab ipſa abbatia ibi

[1] N. VI.

condita. perinde ac ſi dicas, *Abbatiæ* (ſive *Abbatis*) *oppidum*; lingua vernacula Abbey (ſive Abbat's) Town. Antea vocabatur Seukeſham[1] ſive Sheoveyham[2], temporibus ſcilicet antiquiſſimis Anglo-Saxonicis. quando & ibi concilia nonnunquam celebrata ſunt. At Sheoveyham corruptelam eſſe pro Bedæ Clofeſhoch ſive Clofeſhoo vel Cleofeſho, ſuſpicari proclive eſt, judicante Somnero[3], cui aſſentitur venerabilis Bedæ operum hiſtoricorum editor nuperus doctiſſimus, Joannes Smithus.

§. IV. Eſt & alius Jacobi Tyrrelli error, quem hîc etiam notare ac corrigere viſum eſt. Abſit tamen, ut ſpiſſum appellem. At vero eo præcipue monere operæ duxi, quia hac parte poſſunt etiam falli alii. Speciatim illi, qui, dormitantium inſtar, levioribus plumâ argumentis aliâs niti ſolent. Jam vero quid Tyrrellus? Docuit profecto, Henricum Knyghtonum optimam hiſtoriæ ſuæ partem è Chronico deſumpſiſſe Abbingtonienſi. At non probo clariſſimi viri ſententiam. Eum falli puto. Mihi veriſimile potius videtur, Knyghtonum nunquam vidiſſe vel chronicon Abbingtonienſe, vel etiam Hemingfordii partem poſteriorem. Si vidiſſet, vel ſaltem inſpexiſſet, pactum nuptiarum Edvardi de Carnarvon cum filia Regis Francorum mancum

---

1 *Lelandi Coll. Voll.* IV. *p.* 57. 2 *Camd. Brit. in Attrebatiis.* 3 *Dict. Sax. voc.* Ābban-ƀune.

non

non dediſſet. Neque dubito, quin nobis ſis aſſenſurus, ſi rem ad judicii examen perpendas. Integrum enim exſtat hoc pactum (ſive ſponſio) tam apud Chronicon Abbingtonienſe, quam & apud Codicem (quo uſus ſum) manuexaratum Hemingfordii Cantabrigienſem. Ex quo etiam illud aſſequor, Knyghtonum exemplar duntaxat imperfectum ob oculos habuiſſe. illis, ni fallor, geminum, de quibus in notis noſtris [1], ubi hac de re ſatis verborum fecimus.

§. V. Atque hæc potiſſima ſunt, quæ de Tyrrelli erroribus in præſentia conſignanda duxi. Minutias neutiquam ſectamur, ne faſtidium gignamus. Nunc de nomine auctoris chronici Abbingtonienſis diſpiciendum eſſet, niſi quod illud me prorſus lateat. Monachum tamen Abbingtonienſem fuiſſe fidenter dixerim: indeque factum, ut tot, ad cœnobium Abbingtonienſe pertinentia, inferſerit. Hujuſmodi prætermittimus additamenta, tanquam ab Hiſtoria Angliæ generali aliena. idque ex omnium, harum rerum peritorum, conſenſu; Bakeri ſpeciatim. Aliter dicendum de additamentis illis, ad Univerſitates noſtras pertinentibus, quæ in id genus Codicibus ſubinde occurrunt. Nemo enim inficiabitur, ea omnia maximi momenti, quæ de Univerſitatibus referuntur, ab Hiſtoria noſtra generali minime recedere. utpote ad

1 *Ad imum pag.* 151, 152.

quæ

quæ omnium aures patere debent. Nec dubium, quin ea de cauſſa tam multa de Academiis apud hiſtoricos noſtros legantur. Quamobrem non abs re fore judico, fragmentum quoddam egregium è Chronico Abbingtonienſi in Appendice[1] divulgare. In eo de rebus, ab Academicis Oxonienſibus A.D. M.CC.LXIV. geſtis, diſertim agitur. Et quidem in eodem ipſa illa omnia perinde tractantur, ut acta fuerunt. Exſcripſit manus perita Thomæ, quem diximus, Bakeri, v. amiciſſimi. Nihil de hoc fragmento in *Hiſtoria & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis*. Cave autem verum putes (quod nonnulli forſitan ſuſpicabuntur) de induſtria fuiſſe ab Antonio Wodio, auctore illius operis, omiſſum. Ni fallor, auctor nunquam adſpexerat vel Chronicon, vel etiam fragmentum, etſi conſpexiſſe videatur Mileſius Windeſorius, quo plurimum uſus eſt Wodius (qui tamen non agnovit) uti intelligo ex illis, quæ è Windeſorio propria ſua manu deſcripſit ipſe Wodius, mecum à viro perquam humano Thoma Rawlins, de Pophills in agro Warwicenſi, armigero, communicatis. Si alterutrum vidiſſet Wodius, minime dubitandum, quin advocaſſet. Fidem faciet ipſius diligentia. quippe quem antiquitatis lacinias atque verba ſedulo adeo collegiſſe ac ſublegiſſe, nemo ignorat. unde docuit, ſe non extrinſecùs

1 N. VIII.

ali-

alicunde, ſed ex ipſis viſceribus vetuſtatis omnia, quæ de priſcorum factis moribuſque memoriæ prodidit, ſumpſiſſe. Fateor tamen, & nonnulla habere auctorem antiquitatum Oxonienſium, huic fragmento fere gemina, utcunque ex aliis adducta ſcriptoribus. id quod antiquariorum vulgo, adeoque iis etiam, qui necdum ære lavantur, notiſſimum eſſe arbitror. Certe neminem hoc fugere poteſt, qui antiquitates illas legerit.

§. VI. Poſtquam intellexiſſet vir doctiſſimus Thomas Galeus (propter eximiam litterarum Græcarum, rerumque etiam noſtrarum antiquarum ſcientiam, magni æſtimatus) tantæ auctoritatis eſſe Hemingfordium, de illo edendo cogitavit. Partem igitur ejuſdem, ad mortem uſque Henrici III, in ſecundo volumine Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptorum veterum (quorum primum volumen in lucem emiſerat auſpiciis magni Felli, epiſcopi Oxonienſis, præſtantis judicii vir, Guilielmus Fulmannus) juris fecit publici anno Domini M. DC. LXXXVII. Quo tempore & poſteriorem partem ſe typis aliquando mandaturum eſſe pollicitus eſt. Sed quo minus pergeret alia conſilia, tandemque mors ipſa obſtiterunt. Nec quidem pars hæcce poſterior comparet in tertio illo volumine Hiſtoricorum, quod equidem Oxoniæ protulit Galeus A.D. M. DC. XCI. Quod ſi miraberis, Galeum partem dun-

ta-

Rectiſſime Stillingfletus: quem obſervo non tantum apographum contuliſſe, ſed & nonnunquam proprio Marte emendaſſe. Stillingfleti manus paſſim cernitur, quemadmodum & hinc inde conſpicitur etiam hominis cujuſdam manus, à Stillingfleti manu prorſus alia. is vero homo quis fuerit (quem tamen Stillingfleti amicitiam ſibi conciliaſſe opinor) minime manifeſtum. Certe è notulis clarum, Stillingfleto alios, præter Arundellianum, Hemingfordii Codices fuiſſe notos MSS. At Arundellianum aliis, quos viderat, præferendum eſſe Codicibus exiſtimaſſe, ex eodem ipſius apographo in proclivi eſt intelligere. Adeo ut de ea re fruſtra quis ambigeret. Apographum igitur quum ab ipſo Stillingfleto examinatum fuiſſe ſatis ſit evidens, non eſt quod jure oggerat aliquis, nos incaſſum eodem uſos fuiſſe. Contra, laude potius dignos eſſe ſtatuet. Sicuti et eo nomine nos etiam laudandos eſſe putabit, quod ea, quæ deſiderantur in Galeo, ad ejuſdem fidem deſcribenda eſſe duxerim. Quam noſtram opinionem illud firmavit, quod ſciverim, Stillingfletum, ob egregiam peritiam in hiſtoriis Britannicis, pariter atque in ſtudiis Theologicis ac juridicis, laudibus ſummis fuiſſe celebratum. Hac certe de cauſſa ea, quæ conſervat apographum Stillingfletianum nondum in lucem edita, adamuſſim exſcribo, ne quidem omiſſis notulis etiam illis, ſeu à Stillingfleto, ſeu

etiam

etiam ab alio neſcio quo, hinc inde aſperſis, de quibus paullo ſuperius.

§. IX. Etſi autem nobis gratiſſimus fuerit labor Stillingfletianus, magnoque itidem uſui, in ipſius tamen apographo non pauca ſuſpectæ fidei comperi, utpote quæ partim luxata, partim corrupta eſſe videbantur. Deſiderio igitur flagro ipſum Codicem Arundellianum conſpiciendi. Peto, ut mutuo detur. Libentiſſime concedunt Collegii armorum ſodales, antiquitatum noſtrarum ſummi fautores. E quibus diſertim nominandus Joannes Anſtis, fecialium princeps. Is (qua eſt in ſtudiis noſtris hiſtoricis & antiquariis ſedulitate) perquam amice, ut ad nos adveheretur Codex, impetravit. In qua re opera uſus eſt Joannis Murraii, viri & ingenioſi, & nobis amiciſſimi. Codicem jam tandem nobis in manus traditum diligenter confero cum apographo noſtro, quod ejuſdem ſubſidio prelo paro, ita nimirum, ut textus repræſentetur ad fidem Codicis Arundelliani, variantes vero lectiones aliæque notæ ad imum paginæ ſuis quæque locis collocentur. Quæ notæ tum illuſtrabunt, tum & corrigent textum. Nam Codicem Arundellianum (Henrico V^to, ut veriſimile fit, regnante ſcriptum) mendis ſcatere manifeſtiſſimum eſt. Harum pleraſq; ſcribæ oſcitanti jure merito tribuerem. Porro, id adjiciendum, memet & eam partem Hemingfordii, quam publico dedit Thomas

Galeus, cum Codice itidem Arundelliano contuliſſe, plurimiſque in locis emendaſſe. id quod ingenue fateberis, ſi Notas noſtras in dictam partem perpenderis, in Appendice [1] hîc infra ſubnexas. Dignas enim judicavimus, quæ tecum communicentur.

§. X. Sed quî fit, inquies, ut abrupte annales iſti terminentur, tam in Codice Arundelliano, quam & in aliis Codicibus Hemingfordii veteribus, ne quidem illo ipſo excepto, quo uſus eſt Lelandus [2]? Quî fit etiam, ut ejuſmodi Codices ad annum duntaxat M. CC. XCVII. annales perduxerint, quum tamen in proœmio fidem obſtrinxerit autor, ſe ad annum uſque M.CCC. hiſtoriam eſſe proſecuturum? Jam ut, quid mihi videtur, aperte proferam, Hemingfordio proculdubio primum in animo fuit, ad annum uſque M. CCC, & non ulterius progredi. Tandem vero ſententiam mutavit, placuitque etiam ſcribere de annis ultimis Edvardi I. pariter atque de rebus geſtis Edvardi II. Edvardique III. At vero mihi incidit ſuſpicio, inprimis Hiſtoriam Edvardi I. atque II. in capitula non fuiſſe diſpertitam ſive diviſam, quanquam haud dubie Chronicam Edvardi III. in capitula, quo tempore ſcripſerit, diſtribuerit, ſinguliſque capitulis ſua lemmata adſignaverit. Ceterum, ut & aliæ lucubrationes hiſtoricæ Chronico huic re-

1 *N.* IX. 2 *Coll. Vol.* III. *p.* 315.

ſpon-

ſponderent, & illas ſimiliter in capitula diſpeſcendas eſſe judicavit, quodlibetque capitulum lemmate quoque inſigniendum. Aſt, quod dolendum, dum ſerio ac diligenter in hocce ſtudium incumbit, diem obit, eopſe ſcilicet tempore, quo lemma affixerat capitulo illi, in quo agitur de ſponſione matrimonii Edvardi de Carnarvon cum Francorum Regis filia Iſabella; quo itidem tempore de bello de Creſſy tractare cœperat. Nos ſane membra (lemmatibus diſtincta) haud ſecus à nobis atque ab illo partita ac diſtributa, ubique retinuimus, neque Codicibus MSS. invitis lemmata ulla membris, quomodocunque eadem deſiderantibus, affigere placuit. Habes de Codice Arundelliano aliiſque Hemingfordii Codicibus vetuſtis A.D. M.CC.XCVII. terminatis, aliter atque in proœmio propoſuerat auctor, quid ſentiam. Adjungam etiam de partibus illum annum excipientibus à nobis emiſſis, ut te labore levem, neque fruſtra à nobis quicquam exſpectes, quod Codices MSS. non conſervarunt. Pergo igitur.

§.XI. Quodnam remedium Codicibus, quos dixi, hiſtoriam imperfecte tradentibus invenirem, diu apud me cogitavi. Tandem ſenſi, amicum optimum Cantabrigienſem Thomam Bakerum conſulendum eſſe. id quod reapſe factitavi. Intellexi ſcilicet, in Codice quodam MS^to. bibliothecæ collegii Trinitatis Cantabrigiæ Heming-

mingfordii hiſtoriam ad A.D. M. CCC.XII. deduci. idque etiam ab ipſo Hemingfordio. Ejuſdem mentionem facit Catalogus Codicum MSS. impreſſus. Certiorem me fecit per litteras Bakerus, hoc veriſſimum eſſe. Paulloque poſt Codicem ipſum ad me tranſmiſit manuſcriptum. Cum Bakero hunc in finem communicaverat Thomas Parnius, vir pereruditus, collegii jam dicti Trinitatis ſocius. Quo nomine Parnio gratias ſummas cum habeo, tum & ago. Quemadmodum & Bakero ſimiles grates referendas eſſe mecum agnoſces. Imo utinam utrique pro tam officioſa erga me ſedulitate parem beneficio gratiam tribuere poſſem. Proſpere ac feliciter hucuſque omnia proceſſerant. Quapropter juxta Codicem hunc Cantabrigienſem prelo paro, quæ omiſerat Thomas Galeus ad annum uſque ſextum Edvardi II^di. Nempe ea, qualiacunque ſint, propria deſcribo manu. Nullus tamen dubito, quin præclara eſſe ſis exiſtimaturus, Hemingfordioque prorſus digniſſima. At nec hoc duntaxat præſtiti. Complura itidem in ea parte, quam protulerat Galeus, ejuſdem Codicis Cantabrigienſis ſubſidio tum emendavi tum & illuſtravi, ut è Notis in Appendice[1] colliges. Fortaſſe autem poſt annum M. CCC. XII. cuncta, quæ de regno Edvardi II. memoriæ prodiderat Hemingfordius, perierunt. For-

1 N. IX.

taſſe

taſſe aio, quia nuſpiam, quod ſciam, in bibliothecis noſtris exſtent, operamque dederint nebulones, ut alia itidem ad reges, *de jure* imperantes, pertinentia penitus perdantur. Inde ingens penuria monumentorum, quæ perduellium evincant ſcelera atque flagitia. Et tamen permulta conſervavit DEUS OPT. MAX. quæ malevolentiam ſimul ac malitiam hominum improborum oſtendant. quod & quantivis pretii argumentum eſſe adverſus id genus ſceleſtos puto. Utinam animadvertiſſent quotquot optimis principibus noſtris neutiquam veriti ſunt facere injurias. Maxime omnium utinam meminerint illi, qui vulgum, alioqui ſatis innocuum, aperte fallere dolis conantur, quibus tamen quivis telo, quod innui, pugnans non difficulter obviam iverit.

§.XII. At ne cenſeas, verba tibi dari, neque ultra annum quintum Edvardi II. perrexiſſe Hemingfordium,vel id evincat, ipſum Hiſtoriam integram atque abſolutam regni illius principis litteris conſignaſſe, quod Chronicon Edvardi III. cum particula illativa *igitur* incipiat. Ejuſmodi particulæ certe reſpiciunt verba mox præcedentia, quæ in Hemingfordio non alia fuiſſe arbitror quam quæ ad regni Edvardi II. partem poſteriorem ſpectaverint; adeo ut nemo dubitaverit,plene contexuiſſe Edvardi II.hiſtoriam Hemingfordium, quam aliquando illam ipſam fuiſſe pu-

putaveram,quam è Codice MS. amiciſſimi Weſti magno, ut ſpero, reipublicæ litterariæ (pariter atque hiſtoriarum noſtrarum ſtudioſorum) commodo nuper eruimus. Sed quo minus in ea permanerem ſententia, obſtiterunt multa. Itaque tribui potius monacho, neſcio cui, anonymo Malmesburienſi. Nec proinde mirari debet aliquis, ea nobis, quæ de ejuſmodi monacho ſcripſimus in Præfatione ad Trocloum, excidiſſe. Nam nemo ex alio quovis occurrit cœnobio, cui adſcribam. quod identidem etiam Weſto noſtro ſignificavimus. Et ne putes, ſententiam noſtram de particula illativa *igitur* nihili eſſe, placet hîc obſervare, Hippolyti, epiſcopi & martyris, λόγον δὲ τ̃ σωτηλείας ℨ κόσμ, ϗ δὲ τ̃ ἀντιχέιστ, ϗ εἰς τὴν δ ́ευτέραν παρσίαν τ̃ κυ ́ίυ ἡμῶν Ιησ̃ χρ̃ς, typis Regiis Lutetiæ Pariſiorum excuſum A.D. M. D. LVI. hoc pacto incipere: Επειδὴ γὰ οἱ μακάριοι προφῆται ὀφθαλμοὶ ἡμῶν γεγόνασι, τ̃ ἀποκρύφων τὴν δήλωσιν ἡμῖν ἐμφανιζόμνοι, Δι ́ά τε βίυ, Δι ́ά τε ἐμφανείας, ϗ ἀποφοιτήσεως τ̃ ἁγίυ πνεύματος, ϗ τὰ μήπω γεγονότα Δηλεγόμνοι· &c. Ad quem locum in nota marginali clariſſimus Dodwellus monuit, *Fragmentum* eſſe *fortaſſe Comment. Hippolyti in Daniel. niſi potiùs legendum* γε pro γάρ. idque ſagaciſſime. Sed vir cl. Joannes Millius poſtea docuit, particulam γὰ deeſſe plane in Codice antiquo MS. Barocciano. Patet ex exemplari illo editionis Pariſienſis, in quo notam, quam dixi, pari-

pariter atque alias notas ſuas, breves equidem ſed admodum utiles, inſeruerat Dodwellus. in quo & paſſim etiam occurrunt lectiones variantes, à Millio, cum è Codice, cujus mentionem feci, Barocciano, tum et ex aliis Codicibus collectæ. Librum olim vidi in muséo Dodwelliano, eo nempe tempore, quo, mox poſt Dodwelli mortem, bibliothecæ Dodwellianæ Catalogum confeci, Signavi numero 496, qui numerus & nunc ad initium libri comparet. Sed nuper hunc librum eximium è muséo Dodwelliano redemit amicus noſter eruditus Ricardus Rawlinſonus. Millius autem, ut obiter moneam, Hippolyti opera edere ſtatuerat, quibus & Dodwelli Diſſertatio præmittenda erat. Hunc in finem ſchidas perplures congeſſerat Millius, in theologi cujuſdam ſcriniis etiamnum adſervatas; in quibus ſcriniis & idem theologus exemplar penes ſe habet Cypriani Felliani, à memetipſo cum Codice MS. accuratiſſime collatum, ne quid dicam de aliis itidem lucubrationibus, ibi forte latentibus, quas à nobis exegerat Millius. Redeamus ad Hiſtoricum noſtrum.

§. XIII. Tantum vero abeſt, ut, quid ab anno M. CCC. XII. ad M. CCC. XXVI. ſcripſerit Hemingfordius, indicare queam, ut Minerva etiam pinguiori enarrare ne quidem auſim. Sed quum abſque dubio vir eſſet virtute ac probitate illuſtris, inde jure conjicere eſt, de rebellione

contra Edvardum, rebellibuſque itidem ſubditis (qui præſtigiis fallaciiſque uti ſolebant) pariter atque de eorundem flagitiis, fuſe egiſſe. Forſitan et in annalibus iiſdem, nunc, ut veriſimile fit, deperditis, de pietate quoque Edvardi ſcriptum exſtitit. Nam pium fuiſſe ſatis conſtat. qua de cauſſa utinam in omni opere ſuo contra homines perditos ſe feliciter geſſiſſet, conſiliariique ipſius pravi pœnas dediſſent. Ceterum quum nobis deſit pars longe major Hemingfordii vitæ Edvardi II^di, de illa in præſentia amplius non anquiramus, ſed ad ejuſdem Chronicon Edvardi III^tii noſmetipſos citra ullam cunctationem nunc conferamus.

§. XIV. Jam ſi quis ſuſpicetur, ἁμάρτημα eſſe, quod Chronicon illud Hemingfordio adſcribamus, ipſum falli vel illud monſtrat, quod Hemingfordii eſſe diſertim teſtentur Baleus, Pitſeus, Voſſius, Whartonus, aliique. Nec eſt cur dubites de illorum auctoritate, vel innuas, temet haud ſcire, an, quæ hac de re dixerint, ſint vera omnia. Auſculta paucis, & ſcies, omnia profecto veritati eſſe congrua. Quamvis enim Baleus in multis ſit mendax, in hoc tamen decipi ne quidem potuit. utpote qui Codicem ejuſdem manuſcriptum viderat. unde & meritò eadem in re ipſum ſecutus eſt Pitſeus, qui alioqui, Baleum maximi faciendum eſſe, neutiquam cenſuit. Viderat etiam, ni fallor, ipſe Voſſius.

ſius. Certe viderat Whartonus. Sicuti & nos quoque vidimus manibuſque verſavimus, teſteſque ſumus, exſtare ad calcem Codicis MS. Cantabrigienſis, de quo ſuperius. Qui Codex licet ſit recentior, non alius tamen eſt ab eo, quem uſurparat Whartonus. Adeo ut mirum ſit, Whartonum non indicaſſe, Chronicon Edvardi III in eodem item Codice adſervari, ſed referendum duntaxat duxiſſe ad Bibliothecam Cottonianam. in qua equidem Bibliotheca exemplar exſtare & ipſe docuit etiam eruditiſſimus nuperus amicus noſter Thomas Smithus. At vero adeo eſſe mendis inquinatum, è litteris medici amiciſſimi doctiſſimique Ricardi Meadi collegi, ut deſcribere operæ pretium eſſe minime putem. Aliter dicendum de exemplari Cantabrigienſi, quod noto, ne ſuſpiceris, nihil eſſe diſcriminis inter utrumque. Nam ſane Cottoniano longe emendatius eſt Cantabrigienſe. Undenam vero deſcriptum fuerit, ſi quæratur, ex nota hacce, ut videtur, ad initium patet, *Dnam Cheke*; ſupra quas voces una atque altera etiam olim comparuerant, hæ ſcilicet aut ejuſmodi, *E Cod. MS. penes*, quomodocunque à bibliopego, ut fieri ſolet, exciſæ. Unde intelligas, Codicem ipſum, quem ſequebatur ſcriba, ad *Dominam Cheke* aliquando pertinuiſſe. Nec tamen id genus Codicem commemoravit Joannes Joſſelinus. At quo minus ambigas, obſtat D^ni Joannis Cheke cu-

rioſa diligentia, qui multos Codices vetuſtos coacervaverat.

§.XV. Non deerunt fortaſſe qui putent, nos non tantum deſcripſiſſe dictum exemplar Cantabrigienſe hujus Chronici de rebus geſtis Edvardi III. utpote Cottoniano multo ſincerius, ſed & ejuſdem ubique veſtigiis inſtitiſſe. Sed non ita eſt. Sequi placuit aliud longe vetuſtius. Nimirum illud, quod in bibliotheca adſervatur collegii Magdalenenſis Oxoniæ. Et mihi ignoſces profecto, ſi dicam, me hac in parte recte feciſſe. Exemplar etenim auctoris ipſius ætatem prope attingere exiſtimo. Quamobrem nec fruſtra doctiſſimus Tannerus opinatus eſt, aliis anteferendum eſſe. Unde & ſuum in uſum etiam exſcribi curavit. quippe qui volumen quoddam hiſtoricorum noſtrorum veterum, nondum typis expreſſorum, evulgare in animo olim habuerat. at quo minus ederet, impedierunt alia negotia. Sæpe ego hac de re Tannerum differentem audivi. quid dico ſæpe? immo nonnunquam: ſæpe enim quî potui, qui per maximam vitæ partem magna à Tannero diſtantia degerim? ſed ne incaſſùm laborem ſuſcepiſſe Tannerus videretur, nobiſcum apographum communicari voluit. in quo tamen multa παραγράφους eſſe illico compertum habui. uti etiam haud paucas omiſſiones. Quæ omnia ut ſanarentur pariter atque ſupplerentur operam dedit Joannes Lovedaius, juvenis diligens

gens harum litterarum, mihique amiciſſimus, è collegio Magdalenenſi. Is ſedulo contulit, ſubinde tamen conſilio noſtro atque opé uſus. Interim diffitendum non eſt, aliquibus in locis è Codice Cantabrigienſi nos variantes adhibuiſſe lectiones, ſicuti & in vita Edvardi I. Hemingfordiana è Tanneri itidem ſchedis quamplurima extraximus, quæ loca perplura non tantum faniora, ſed & nonnunquam ampliora reddent. At in illis ſchedis Tannerianis vim ingentem eſſe ſphalmatum lubens agnoſco, quarum pleraſque proinde à nobis prætermiſſas atque intactas eſſe ſcias velim. uti et hoc quoque notandum, ſchedas illas è Codice quodam MS. in Bibliotheca Bodleiana fuiſſe conflatas.

§. XVI. Ceterum et alia ſunt, quæ de Tanneri diligentia decet ut hîc dicamus. Dum vir clariſſimus admodum ſollicitus erat de Hiſtoricis noſtris antiquis, Codicem quendam Polychronici mutuo accepit ab amico quodam ſuo, in quo chronicam de rebus geſtis Edvardi III invenit. Hanc Hemingfordio ſubnectendam eſſe meritò judicavit. Quam ob cauſſam & ipſe quoque Hemingfordio ſubjunxi. Nec tamen diffiterer, acta annorum quorundam deeſſe. Quæ ſane omiſſio quum ipſi auctori dubio procul ſit tribuenda, nihil prohibet, quo minus, opuſculum auctoris fœtum eſſe genuinum, ſuſpicemur. Quæcunque deſiderantur ex aliis ſcriptoribus facile ſuppleri

pleri poſſunt. Quis vero auctor fuerit neſcio. Opinor, non alium fuiſſe atque monachum quendam Eveſhamienſem. nec alium fortean atque illum, qui Ricardi II vitam ſcripſit, à nobis editam. Rem ita ſe habere argumento eſt, quod hæc etiam vita in eodem apographo Tanneriano excipiat anonymi vitam Edvardi III. Quapropter & ejuſdem vitæ Ricardi exemplar ſuum Tannerus nobis quoque impertiit, qui tamen eandem (utpote, ſicuti diximus, jam antea à nobis divulgatam) prorſus omiſimus, lectionibus tantummodo variantibus contenti, quas operæ nos facturos exiſtimavimus, ſi adponeremus, maxime quum, ſi conferas, inde ſis compertus, editionem noſtram ejuſdem vitæ (quomodocunque ſæpius apographo Tanneriano longe emendatiorem) poſſe earum auxilio non raro emaculari. Atqui hac de re ad initium notarum, ſive variantium lectionum, monuimus. quæ ſane mox ſubſequuntur anonymi, quam dixi, vitam Edvardi III. Alii etiam ſunt de Edvardo III. Ricardoque ſecundo ſcriptores anonymi, quos alii forſitan, à re ſua non eſſe alienos, arbitrabuntur. uti neque ipſe conſpectu conſiderationeque etiam indignos exiſtimaverim, ſi modo ad nos pervenerint. Unum equidem vidimus & pervolvimus. Neque pœnitet vidiſſe. utpote in collegio noſtro Magdalenenſi adſervatum. Hoc titulo inſignivit Catalogi excuſi auctor

ctor eruditiſſimus: *Hiſtoria Edvardi* III. *& continuatio Ranulphi Higden*[1]. Neque aliter ſe habet titulus in ejuſdem viri clariſſimi Catalogo penes nos MS^to. At vero Hiſtoria Edvardi III ac Ricardi II hoc in Codice, ſicuti curtior & imperfectior, ita & corruptior eſt hiſtoriâ eorundem regum binorum, quam nos in lucem ex aliis edidimus Codicibus. Quod vero in eodem Codice memoriæ proditum eſt de Henrico IV^to & V^to (nam pugna de Hareflu Codicem claudit) è Thoma Walſinghamo decerptum eſſe conſtat, ita tamen, ut omnia plenius pariter atq; emendatius apud Walſinghamum exſtent. Imo & tam Hiſtoriam Edvardi III, quam & Hiſtoriam Ricardi II, ex Thoma Walſinghamo fere deſcriptam fuiſſe colligo, quum contra anonymo illo, quem nos divulgavimus, uſum fuiſſe Walſinghamum ſatis liqueat. Sed ne putes, nos rudes incondite ac temere hæc fudiſſe, ſpecimen Codicis Magdalenenſis accipe, eò lubentius à nobis exſcriptum, quod ad conflictum magnum pertinet Oxonienſem. —— *Eo anno* [CIↃ. CCC. LIV.] *gravis ſedicio inter laicos et ſcolares Oxoniæ eſt exorta. Laici nempe, collecta multitudine virorum de patria, in ſcolares atrociſſime irruerunt, & vulnerantes quoſdam, plurimos peremerunt. Poſtremo*[2] *bonna eorum diripientes, eos de villa fugere com-*

---

1 *Vide Catalog. Librorum Manuſcriptorum Angliæ & Hiberniæ Tom.*I. *Part.*II. *p.*74. *n.*69. 2 *L.* bona.

pu-

pulerunt. Ob quam cauſam dicta villa ſuppoſita fuit diu eccleſiaſtico interdicto. Depoſt, mediantibus Regni magnatibus, & aliis amicis parcium, pax inter eos eo pacto firmata eſt, ut cives Oxon̄, qui cauſam diſcordiæ [1] *minſtrarunt, obligarent ſe firmiter nunquam de cetero ſcolaribus nocituros, et Regimen tocius villæ penes cancellarium univerſitatis de cetero remaneret, ita quod* [2] *illum in poſterum nullus laicus poſſideret. —— Item hoc anno* [CIↃ.CCC.LVII.] *Kal. Aprilis relaxatur interdictum latum Oxon̄ per ipſum Lincolnienſem* [Johannem Gynewell ſive Gyndwelle] *in laicos, qui clericos nequiter invaſerant ſtudentes ibidem* [3].

§. XVII. Abſque chronologia hiſtoriam valde eſſe obſcuram omnibus notum eſt. id quod & alibi ſane oſtendimus. Quamobrem rectiſſime faciunt, qui artem chronologicam cum arte conjungunt hiſtorica. Perperam igitur, qui *ματαιοτεχνίαν* appellant. non alii utique atque illi, qui & antiquitatis etiam ſtudium inutile & inane eſſe clamant. Adeo ut, illos hiſtoricos omnium præſtantiſſimos eſſe, ſemper exiſtimarim, qui in rebus geſtis accurate obſervandis, temporum itidem notationem examuſſim ſignant. Eo nomine fere laudandus eſt Hemingfordius. In quo tamen omiſſiones deprehendi chronologicas aliquammultas facile conceſſeris. Inde in Codi-

1 *Sic, pro* miniſtrarunt. 2 *L.* illud. 3 *Coll. noſtr. MSS. Vol.*130.*p.*93.

ce

ce Cantabrigienſi, mox poſt has voces *vel dignitatem ei adſcribo*, ad calcem libri II^di Hemingfordii, docuit vir quidam eruditus, in chronico Abbingtonienſi ſeriem annorum diligentius, quam apud Hemingfordium, obſervatam eſſe. Sic nempe ille vir doctus neſcio quis.

Finis 2^i. Libri.

Hîc finit liber ſecundus hujus hiſtoriæ Gisburnenſis. Tertius liber, qui incipit à Rege Henrico tertio, habetur in Chronica Abendonenſi, uſque ad ultimum annum Edwardi [1] *ſecundi, hoc eſt, ab anno Chriſti* 1066. *uſque ad annum ejus* 1308. *Quæ Chronica plurimum ſequitur hunc Walterum, pluribus mutatis, et additis: Serie tamen annorum diligentiùs obſervata. Tandem in foliis ſequentibus* [Codicis hujus MS.] *continetur hiſtoria Edwardi tertii, conſcripta per prædictum Walterum Hemyngforde, canonicum Giſburnenſis cœnobii: regularis ordinis Divi Auguſtini, quod cœnobium eſt prope Cliviam Eboracenſis patriæ provinciolam, Theſi flumini adjacentem. Claruit ſub Edwardo tertio: obiit, anno* 1347. *Gisbornæ.* A quibus non abludunt, quæ ſub initium chronici Abbingtonienſis (in bibliotheca publica Cantabrigienſi, cui utique dono dedit Matthæus Parkerus) ſicuti me docuit v. amiciſſimus Thomas Bakerus, ſcripta ſunt. Nam ſic Bakerus in Litteris ad me datis Cantabrigiæ Jan. 10. 173°.

1 *L.* primi.

—— I have the Chronicon Abindon̄: now before me, beginning with the Reign of Hen. the 3d. An. M.CC. XVI, & concluding with the Reign of Edward the first an. M.CCC.VII°. It wants that Title, but before the Book, is prefixt a Catalogue of the Books MSS: given by ArchBp Parker to our public Library.

Matthæus Cantuar̄: Archieps: dedit Academiæ Cantebrigiensi, in Bibliotheca sua communi servandos, hos Libros script: sequentes A°. D^i. 1574.

The second Book has this Title, *Chron: Abendon̄: per R.* [forte G. vel *W.*] *Gisburnum. Contitinet Paginas 256.* It should be, *Folia 256*, for so many Leaves the Book contains, only two leaves are blancks. In the Margin of the first leaf is this note in a modern hand; *Ex Cenobio Abindoniæ confectum est hoc Chronicon, et sequitur multum G. Gisburnensem, sed fusius et per annos distinctius.* And at the Conclusion this Note, in a hand rather more antient;

Prosequitur Historiam Edwardi Secundi, ab anno 1307. ad annum 1313. inclusive hic Author Gualterus Hemyngforde, Canonicus Gisburnensis, quem hic scriptor Abendonensis in hac Historia Henr. tertii et Edwardi primi sequitur maxime, pluribus tamen ab eo adjectis, et ad annos aliquanto accuratius dispositis. Scribit etiam prædictus G. Historiam Edwardi III^i. ad annum ejusdem Regis 21. hoc est A°. D. 1346. quo anno obiit Gualterus.

Up-

Upon the Cover of the Book, the following Note is entred in Minium in Archbp. Parker's own hand, as far as I can judge.

Hoc Chronicum habet Hiſtoriam Wal. Gisborne, ſed multo plura et ordine et materia.

§. XVIII. Non excutio, an vere hæc de temporum ſerie retulerit vel anonymus ille ſcriptor, vel etiam Matthæus Parkerus? uti neque, quantum erraverit uterque, Chronici Abbingtonienſis concinnatorem Hemingfordio diligentiorem fuiſſe, docendo? Mihi certe videtur, longe majorem in Hemingfordio, quam in concinnatore comparere induſtriam. Alioqui Hemingfordium neutiquam defloraſſet concinnator, nedum ipſius ſcrinia compilaſſet. Sed neque puto, temporum ſeriem adeo notaſſe vel Hemingfordium, vel etiam concinnatorem, ut auxilio noſtro nil opus ſit. Contra, nobis neceſſe viſum eſt, in lectorum levamen, pariter atque adjumentum ſive ſubſidium, chronologiam utique margini adſcribere. Quod quoque intelligendum eſt de opera noſtra, in ejuſmodi ſimiliter chronologia deſignanda ad oram anonymi vitæ Edvardi III^tii. Quod idcirco tibi gratiſſimum fore auguror, quia alibi id genus noſter labor maxime placuerit lectoribus, quemadmodum mihi teſtati ſunt amici. Abſit autem, ut noſmetipſos laudemus. Non poſſum tamen non monere, hujuſmodi chronologiam margi-

nalem aliis annos notandi rationibus, utcunque verbis pauciſſimis conceptis, longe præſtantiorem eſſe, utpote quæ rationes memoriæ plus negotii faceſſere, quam prodeſſe ſolent. Atque ita judicarunt tum doctiſſimus Fellus, tum & alii, qui bonas litteras Oxoniæ poſt Theatrum Sheldonianum exſtructum coluerunt. Exteroſque etiam hanc rationem probare argumento ſatis valido eſt, quod eruditos Oxonienſes in eadem aliquando imitari non dubitârint. idque jure merito. Etſi enim multos homines doctiſſimos, qui è regionibus tranſmarinis litterarum bonarum gratia Oxoniam acceſſerint, olim audiverim de rebus chronologicis diſputantes: neminem tamen Anglis noſtris vel clariorem vel etiam ſubtiliorem vidi, fatente etiam doctiſſimo Grabio, qui ingenia noſtrorum (immortalitate ſane digna) ſummis laudibus ſubinde celebrabat, confirmavitque, in rebus chronologicis omnibus aliis anteferendos eſſe noſtros. Neque eſt cur arbitreris, Grabium tam inertem, tamque nullius conſilii fuiſſe, ut illos laudare conſueverit, laudibus minime dignos. Contra, ſerio ac conſiderate feciſſe vel hoc probat, quod, ad tabulas in duodecim Patriarcharum teſtamentorum auctorem Helleniſticum chronologicas conficiendas, virum emunctæ naris è noſtratibus ſibi adſciſcendum eſſe duxerit. cl. nimirum Dodwellum. abſque quibus tabulis manca fuiſſet

ſet Teſtamentorum editio, quemadmodum & manca quoque fuiſſet ſine Diſſertatione de Tabulis cœli, ab eodem itidem viro conſignata.

§. XIX. Vidimus hactenus de Hemingfordii operibus (anonymique etiam opere de Edvardo III^tio.) quæ nunc primum publico damus. Nunc de locis aliquot apud Hemingfordium anonymumque illum diſpiciendum eſſet, ſi modo in animo eſſet diſſertationes curioſo-criticas contexere. Sed hoc agere ab inſtituto noſtro abhorret. Siquidem editoris tantummodo munere fungimur, non item de locis ſelectis diſſertatoris. Quid mirum igitur ſi dixero, nos ejuſmodi loca operâ deditâ intacta relinquere? Interim tamen non poſſum non obſervare, in gratiam rei nummariæ ſtudioſorum, *monetam falſatam* apud Hemingfordium tantundem valere atque *monetam corruptam*, ipſo etiam Hemingfordio interprete. Quod proinde de materia ejuſdem intelligendum eſt. Adeo ut id genus *moneta corrupta* diverſa fuerit à *moneta retonſa*, de qua alibi loquitur. Talis moneta digniſſima eſt, quæ in curioſorum conſervetur ſcriniis. Certe nummus apud me eſt Henrici III^tii. ſubæratus, quem è nummis adulterinis eſſe nemo negaverit, utpote perinde corruptum ac ſi eſſet vel æreus, vel etiam ferreus. Mihi dono dedit Georgius Ballardus (de Campoduno in agro Glouce-trienſi) antiquitatis ſtudioſus admirator. Et for-

forſitan penes ſe habet hujuſmodi nummos Thomas etiam Grangerus, amicus noſter Londinenſis, harum rerum collector tum diligens, tum & earundem arbiter peritus. qui et, ut hoc obiter moneam, in ſcriniis habet nummum aureum principis illius invictiſſimi, quem *Principem nigrum* vulgo appellant, Edvardi III^tii. filii primogeniti. Quem nummum jure optimo rariſſimum voces, quia id genus alium nondum vidi. Imo neque in præſentia indigitare queo, ubinam alius, eidem geminus, adſervetur. Nummum autem hunc Edvardi Principis re vera eſſe, liquet ex ipſa à parte obverſa epigraphe. nempe, EDPOGIRS [i.e. *primogenitus*] REGIS ANGLIE DIRS AQITANIE. Neque dubito, quin Edvardi principis auctoritate percuſſus fuerit, utpote cui poteſtas monetam cudendi data eſſet ab ipſius patre Edvardo. Quid quod & mihi videtur, percuſſum fuiſſe in Aquitania, non in Anglia? Nam epigraphe à parte averſa non alia eſt à ſymbolo, tunc temporis in Aquitaniæ ducatu uſurpato. Quod facile agnoſces, ſi fortean unquam videris nummos antiquos Regum Franciæ filiorum primogenitorum. Sed en tibi ipſam inſcriptionem: DEVS IVDEX IVSTUS FORTIS & PACIENS. B. Quam inſcriptionem claram eſſe (nam *B.* nummum Burdigalæ percuſſum fuiſſe indicat) nullus eſt qui neget, licet in quibuſdam nummis principum noſtrorum inſcriptio-

ptiones longe ſint difficiliores intellectu, quam ut primo intuitu expediri queant. Unde et, Oedipo opus eſſe, forſitan aias. E quo nummorum genere et Edvardi noſtri IV^ti nummum aureum eſſe merito judices, angelum præ ſe ferentem. cujuſmodi nummos Angels proinde vulgo vocant noſtrates. ejuſmodiq; etiam nummos cudebant itidem reges Gallici. At ab una parte nummi Edvardi IV legitur V P ⅇ V I G quinquies,ab altera T V I P ⅇ quinquies ſimiliter. Nempe hunc in modum:

V P ⅇ V I G. V P ⅇ V I G. V P ⅇ V I G. V P ⅇ V I G. V P ⅇ V I G.
T V I P ⅇ. T V I P ⅇ. T V I P ⅇ. T V I P ⅇ. T V I P ⅇ.

Simul ac videram, de incantamentis veterum cogitavi. Ab id genus enim formulis non abludunt verba. Non aliud valent, mea ſententia, atque, *Uriel vigila tuere.* Neque novum, ut *i* uſurpetur pro *e*, litteræve etiam Græcæ cum Latinis miſceantur. Sæpius itidem in Codicibus magicis id genus voces compendiarias videas. Conjeceram, è nummis aureis (niſi amuleta appellare malis) fuiſſe,quos dederat Edvardus morbo regio laborantibus. Qua occaſione ſatis apta eſſe verba, non eſt cur inficieris. maxime, ſi ævi illius rationem habeas. Rerumque magicarum ſtudioſi pro ingenio ſuo verba cudebant; quæ propterea ficta eſſe opinentur quidam. at minus recte. Nam ſi penitius ſpectentur, vocum

cum in uſu quotidiano ac familiari in iiſdem, qua quidem per cuſores licuit, veſtigia ſatis manifeſta apparebunt.

§. XX. Dum in moneta corrumpenda ſive adulteranda ſedulo exercitati eſſent homines nefarii, haud raro in orthographia peccarunt. quippe qui ſubinde characteres ſive litteras ordine præpoſtero poſuerunt. id quod fecerunt plane ex ignorantia potius quam incuria. utpote qui linguæ Latinæ imperiti eſſent. quod nil mirum, quum è numero ejuſmodi hominum flagitioſorum eſſent Judæi, ſermonis Latini neutiquam ſtudioſi. Non tamen eſt, cur hinc colligas, litterarum μετάθεσιν ſemper monetæ corruptionem denotare. Sæpenumero certe id genus tranſpoſitio in nummis ſine dubio authenticis deprehenditur. Exempla petas tum è nummis Anglo Saxonicis ab Andrea Fontanio (viro his in ſtudiis verſatiſſimo) tum & è nummis noſtris Anglo-Normannicis à Speedio, Thoresbeio aliiſque juris factis publici. Noſque item in operibus noſtris exempla paucula pro re nata porreximus. Ejuſmodique etiam μετάθεσις non raro occurrit in nummis Græcis atque Romanis. quemadmodum & in marmoribus vetuſtis, in quibus & ſyllabas nunc miſere diſtractas, nunc inepte ſociatas videas. At hac de re fuſius diſſerere extra inſtitutum eſſet. Itaque abſtineo. Ea tamen conditione, ut prius te certiorem faciam,

pe-

penes me esse nummum egregium Carausii, non dissimilem μετάθεσιν præbentem. Ex ære est. Rarissimumque esse nemo inficias ibit. Eo vero notatu digniorem esse existimo, quod Corinii sive Cirenceſtriæ fuerit repertus. Mihi dono dedit Georgius Ballardus, supra laudatus. Hujus nummi pars obversa hacce signatur epigraphe: IMP CARAVSIUS P F AVG. aversa vero: PMoIIPTIICSIIII pro PM TR POT II COS IIII. At ne fucum faciam, nummi ectypum ad amussim adhibeo.



Qua occasione operæ pretium est notare metathesin etiam quandam aliam insignem in alio quodam nummo Carausii, ex illis scilicet, quos bibliothecæ Bodleianæ dono dedit Thomas Sykesius, collegii Trinitatis Oxoniæ non ita pridem Præses. in quo sane nummo CEA pro CAE legitur. qualem etiam in voce CAESAR

litterarum tranſpoſitionem in noſtro utique nummo Ballardiano (in quo admodum rudis eſt, imo &, vetuſtatis, omnia depaſcentis, forte injuriâ, valde imperfecta, characterum forma) deprehendere videor, ad imum nempe lupæ, lactantis Remum & Romulum, ad partem averſam conſpectæ (quod animadverſione digniſſimum judico) ubi C ſubter lupa plane occurrit, particulaque litterarum E atque A, ita nimirum ſitarum, ut tria elementa ſimul juncta C E A [id eſt, *Ceaſar*] conficiant. Ex nummo vero hoc Ballardiano illud (equidem ſingulare) diſcere eſt, Carauſium in Britannia noſtra (maxime, ni fallor, Corinii ſive Cirenceſtriæ) tanta fuiſſe poteſtate, ut, perinde ac ſi ipſe fuiſſet Octavius Cæſar Auguſtus, imperiique Romani fundator, ſummis honoribus cumulandum eſſe duxerint Britanni, incuriæ in inſcriptionibus Latinis formandis proculdubio accuſandi, quanquam, ſi conſilium eorum cogites, alioqui nihil fortean magnopere invenies in iiſdem Britannis (qui nova comminiſci ſtudebant) culpa dignum. Adeo ut exiſtimem interea eſſe, quo purgari Britanni poſſint, quod O poſt M ita collocaverint, ut tam ad P T, quam & ad C S, referatur. Nempe, ut id facerent, in cauſſa erat, partim linguæ Latinæ imperitia, partim metus, ne, niſi ænigmatice repræſentarentur litteræ, Carauſii inimicis pœnas darent, quod Carauſium Pontificem Maximum ap-

appellaverint. Atque hinc etiam discas, II post eandem litteram O in T R convertendum esse; nisi malis II referre ad P M, ut indicet, anno II^do Pontificatus Carausii hunc nummum cusum fuisse. Nec est cur dubitem, Corinii re vera fuisse percussum; præcipue quum & alios nummos ibi percussos viderim. Equidem nunc penes se habet Ballardus ille Campodunensis unum nummum Carausii, binos vero Allecti, proculdubio Corinii percussos, modo littera C in parte eorundem aversa *Corinium* denotet, id quod reapse signare mihi videtur. Adeo ut lubens Corinium inter illa oppida, sive civitates illas Romanas recenserem, quæ nummos cudendi privilegio gaudebant. Ceterum quod dixi de *Cea*, idem quoque observatum olim erat amico nostro cultissimo, raræque sanctitatis ac eruditionis viro, Henrico Dodwello, Historices prælectori Camdeniano. Sic enim ille in litteris ad me datis Shottesbrochiæ in agro Bercherensi Jan. 5. 170$\frac{5}{6}$.

——— Sr, I have received your's. But would rather we might have enjoyed your good company, than have had your good excuses, why we could not have it. I do not love to take payns where there is so little History to assist. Yet I should think CEA for CAE the likelyest in your Coyn of Carausius. The Saxons after-

wards do as commonly write the Diphthong EA as AE, and might have learned it from the custome of the Britains, whilest the Romans were among them. Carausius Augustus might have had a Cæsar under him who got the victory for him, though our very imperfect Historyes do not mention him. You should review the front, whether it be AVG. or AVGG. if it be not immediately joyned with the name of Carausius. That would shew, whether it was before the Peace between him and Diocletian and Maximian Herculius, by which he was owned as a 3d. Augustus. Withall observe the device of your Reverse, whether it have a triremis or a prow of a ship. That may shew the victory to have been at Sea. Possibly it may relate to the Sea fight, which gained him that honourable Peace from the 2 Augusti. It must needs be acceptable to have those barren times of History of our Island cleared, if possible. I therefore congratulate the design of Sr. Andrew Fountain [who you inform me intends to write & illustrate the History of Carausius and Allectus

from

from Coins,] and return my hearty thanks for his kind remembrance of me, who never had the honour of being personally known to him. Quo tempore hæc consignavit Dodwellus, nummum Sykesianum haud videram. Tandem autem videndo didici, τὸ AVG, in quo unica duntaxat G, conjunctum esse cum voce CARAVSIVS, trophæumque, non vel navem, vel etiam proram navis, in parte nummi aversa conspici. Nam in Catalogo nostro (de quo in Præfatione[1] ad Aluredum Beverlacensem) hunc in modum descripsimus nummum:

"IMP CARAVSIVS AVG. Carau-
"sii cap. radiatum.
"VICTORIA CEA *[pro CAE]
"Trophæum, cum duobus captivis. [De
"Carausio vid. Eutrop. l. IX. — *purpu-*
"*ram sumpsit, & Britannias occupavit.* Est
"nummus rariss. repertus autem erat U-
"roconii in agro Salopiensi.]

* "De Epigraphe hacce vide Præfat. "nostram "ad Vol. VIm. Itinerarii "Lelandi.

§. XXI. Notam illam nostram de simplici G non esse absurdam, vel tu ipse consenties, si cogites, numerum singularem in vocum compendiis per simplices, pluralem per plures litteras vulgo denotari. Nec secus etiam antiquitas. Non tamen diffiteor, optimi ævi monumenta simplices etiam litteras in numero plurativo adhibere. Certe eo modo usurpatur in saxo quo-

1 §. 2.

dam

dam antiquo, apud Thornburgh, in Brigantum noſtrorum Britannicorum agro, ad Swalæ Fl. ripam, 17. Julii 1620, reperto. Inſcriptionem conſervavit Camdenus in ſchedula quadam, ad Britanniæ ſuæ pag. 595. inſerta. Exemplar illud, ſchedulam continens, jam penes me eſt, ex dono amici nuperi eruditiſſimi Thomæ Smithi. Viderat Seldenus, qui & edidit, in Auctariolo nimirum ad Marmora Arundelliana, pag. 57. num. VI. Sed minus accurate. Nam hoc pacto αὐτόγραφον Camdenianum:

DEO · QVI · VIAS
Ħ · SĒMITAS · COM
MENTVS · EST · T · IR
DAS S · C · F · V · L · L · M
Q. VARIUS · VITA
LIS EĒ COS · ARAM
SACRAM RESTI
TVIT
APRONIANO · Ē · BRA
DVA COS

COS in verſiculo ultimo idem eſt quod COSS ſive CONSVLIBVS, vel [veteres [1] enim, li-

1 *Joan. Meurſii Append. ad Crit. Arnob. M. 2. p. 120. Lugd. B.* cIↃ. IↃ. IC. 8vo. *Joſ. Scaliger. Ind. in Gruteri Inſcriptt. cap.* XIX.

cet

cet non ita recte [1], N aliquoties omittebant sequente S. ut in COSERVA, COSERVVS, COSTITIT, CRESCES, DAMNAS, DOLES, ISTITA, FABRICIESIS vel FABRICESIS, similibus] COSVLIBVS. Apronianus vero & Bradua consules erant anno ab V.C. DCCCCXLIII. sive (ut alii) DCCCCXLIV. id est, anno Christi CXCI. Litteras in Inscriptionibus veteribus sæpe coalescere, notissimum est. Itaque, ut ineptiarum crimen effugiam, hoc de argumento de industria tacebo. Nec est, cur quis à memet id genus opera quotidiana & pervagata exspectet. Potius adeant illos, qui de Orthographia veterum egerunt. Ex illa proculdubio consuetudine & in hac etiam Inscriptione litteræ quædam coalescunt. Quod tamen non animadvertit Seldenus. uti nec etiam Reinesius, qui & ipse hanc edidit Inscriptionem, in Syntagmate suo p.171. Sed non mirum est, minus emendate protulisse Reinesium. quippe quem fugerat αὐτόγραφον Camdenianum. Itaque Seldenum omnino secutus est Reinesius. Unde ambo in versiculo sexto ET E COS· pro E ET COS· male ediderunt. Hanc siglam E pro ET adhibuerunt etiam recentiores. Conspicitur certe in numismate aureo, in memoriam coronatio-

1 *Vide Dissert. nostram in Inscriptionem Bathonienſ. ad finem Æluredi Magn. Vit.* §.6.

nis

nis Edvardi VI, Angliæ regis, anno ætatis decimo, penes juriſconſultum eruditiſſimum amiciſſimumque Samuelem Meadum. In eo autem recte Reineſius (qui hanc partem doctrinæ egregie ornavit & illuſtravit) quod BF. COS. (id eſt, BENEFICIARIVS CONSULIS) reponendum eſſe duxerit. Quemadmodum & recte quoque monuit, in v. quarto S.C.F. idem eſſe quod *SaCro Facto*, ut integra ῥήσις ſit, SACRO FACTO VOTVM (*ſolvit*) LAETVS LVBENS ſive LAETVS LIBENS (non, ut alii, LIBENS LVBENS ſive LIBENTISSIME) MERITO [1]. Porro, nec in eo forſitan aberravit, quod in v. 3. T. IRDAS idem eſſe monuit quod T. IRBASIVS, ERBASIVS, ſive HERBASIVS, quum è lapidibus nota ſit familia Herbaſiorum: an eadem atque Urbaſiorum, non temere dixerim.

§. XXII. Ceterum eam potiſſimum ob cauſſam dictam Inſcriptionem (quam, ſed & mendoſe itidem, in Antonino ſuo protulit etiam Galeus) evulgavi, quod ſatis probet, in lapide quodam quadrato veteri, hoc ipſo anno M.DCC.XXXI. Dorceſtriæ (Oxoniâ Euro-auſtrales verſus ad ſeptimum lapidem ſitæ) effoſſo AVG. (cum ſimplici G) non aliud valere atque AVGVSTORVM. Sed ut, quid velim, intelligas, parumper opperire, dum Πυγαφλῶ ad fidem exempla-

1 *Vide Lelandi Coll. Vol.* VI. *p.* 62.

rium,

rium, quæ à ſtudioſis aliquibus, qui equidem viderunt, accepimus, exſcribam; minutias aliquot, quas de eadem commemorarunt nonnulli, nihil moratus, utpote qui exploratiſſimum habeo, iiſdem inſiſtere, nihil aliud eſſe, quam oleum operamque perdere. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ ταῦτα (ut loquitur ſophiſta [1]) ἢ χρόνου ἀναλώματα;

I▲ O▲ M▲
ET NMINB▲ AVG
M▲ VAR▲ SEVERVS
B▲ [2]CoS▲
ARAM▲ CVM
CANCELLIS
D▲ S▲ P▲

In qua Inſcriptione etſi, quod ad ejuſdem attinet lectionem, nihil ſit tenebrarum, in gratiam tamen quorundam lectorum, his in ſtudiis fortean minus verſatorum, plene dare non verebor. *Jovi Optimo Maximo, et Numinibus Auguſtorum Marcus Varius* [ſic potius quam *Varus* legend. quemadmodum & *Encolpius* rectius quam *Encolpus* apud Petronium ſcribitur] *Severus, Beneficiarius Conſulis, Aram cum cancellis de ſuo poſuit.*

---

1 *Ælian. Var. Hiſt. l.*I. *c.*XVII. 2 *In aliquib. vett. lapp. habemus* CŌS. *cum virgula ſuperne poſita.*

Inter duodecim Deos nobiles (ſic enim, ad diſtinctionem ſemideorum, ab Ovidio appellantur) Jovem primum obtinuiſſe locum, omnibus manifeſtiſſimum eſt. Inde & in juramentis veterum primus ſane occurrit. Quamobrem neque aliter in Fœdere inter Smyrnæos ac Magneſios, quod nobis conſervavit marmor eximium Arundellianum. Nimirum hanc in ſententiam ibi: ΟΜΝΥΩΔΙΑΓΗΝΗΛΙΟΝΑΡΗΑΘΗΝΑΝ ΑΡΕΙΑΝΚΑΙΤΗΝΤΑΥΡΟΠΟΛΟΝΚΑΙΤΗ.. ΜΗΤΕΡΑΤΗΝΣΙΠΥΛΗΝΗΝΚΑΙΑΠΟΛΛΩ ΤΟΝΕΜΠΑΝΔΟΙΣΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣ ΘΕΟΥΣΠΑΝΤΑΣΚΑΙΠΑΣΑΣ. Id eſt, litteris minuſculis, & cum accentibus, ὀμνύω Δία (male Seldenus pariter atque Prideauxius, monente etiam Reineſio [1], διὰ) Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἄρειαν, καὶ τὸν Ταυροπόλον, καὶ τὴ[N] Μητέρα τὸν Σιπυλῆνον, καὶ Ἀπόλλω τὸν ἐμ Πάνδοις, καὶ τὰς ἄλλας Θεὰς πάντας καὶ πάσας. Latine, *Juro per Jovem, Terram, Solem, Martem, per Minervam Martiam, & Dianam, & Matrem Sipylenem, & Apollinem in Pandis, & per reliquos Deos Deaſque omnes.* Quam formulam jurandi idcirco notabis, quod ethnici etiam in juramentis magnam ineſſe vim cenſuerint, illorumque violatores contemptu ſummo eſſe digniſſimos. Adeo ut ædituos etiam ſuos, quorum fidei fanorum ſacrorum cura eſt commiſſa, non diutius honorandos eſſe duxerint, quam religio-

1 *P.* 8.

ſe

ſe muneribus fungerentur. Quod quum admodum in illis eſſet conſpicuum, mirandum forſitan eſt, in officiis perfungendis admodum eſſe negligentes ædituos aliquot Chriſtianos. Id quod non tantum de ædituis recentioribus, ſed & de antiquioribus ſimiliter dicendum eſt. Inde certe ad Diabolum id genus ædituos abire monuerunt, qui ad officia admiſerunt. Colligo è formula quadam, lingua vernacula concepta, meam in gratiam à v. Rev. Ricardo Peers exſcripta, eccleſiæ de Faringdon in agro Bercherienſi vicario erudito. Hunc enim in modum ſchedula v. Reverendi, in Collectaneis noſtris MSS[1]. à memet inſerta.

At Great Faringdon Berks, *in an old Church-Warden's Book of Accounts, bearing Date* 1518, *there is the Form* (*as we ſuppoſe*) *of then admitting Church-Wardens into their Office, in the following Words*; vizt.

Cherchye Wardenys, thys ſhall be your charge, to be true to god and to the cherchye, for love nor favor off no man, wythe in thys parrchye to whoold eny Ryght to the cherchye, but to Reſſeve the Dettys to hyt belongythe, or ellys to goo to the devell.

Quonam ſeculo vixerit Varius ille, quem commemorat Inſcriptio Dorceſtrienſis (non eſt enim

---

1 *Vol.* 130. *p.* 101.

cur ſuſpicer, vel M. Aurelium Severum Alexandrum,vel ipſius patrem Metellum Varium fuiſſe) facile expediri nequit. Arbitror, Imperatores tum fuiſſe Diocletianum atque Maximianum Herculium, de quibus accipiendæ voces, in Inſcriptionibus veteribus, IMPERATORES AVGVSTI CONSVLES[1]. & de quibus proinde intelligenda eſt vox compendiaria AUG in Inſcriptione noſtra Dorceſtrienſi. Ni fallor, anno V.C. CIↃ XXXIX, vel CIↃ XL, Chriſti CCLXXXVII, jure aſſignari poteſt. Nec quidem illud fugerim dicere, eopſe tempore vitam egiſſe Varium, quo in Britannia clarus eſſe cœperit Carauſius. ita tamen, ut Varius tam Diocletiano quam et Maximiano eſſet fideliſſimus. qua de cauſſa & merito ipſi conceſſum eſt, ut Conſulis Beneficiarii titulo ac penſione frueretur. idque etiam ab ipſis Imperatoribus, qui plane ipſi nunc fuerint Conſules pariter atque Auguſti. Jam vero, quid fuerit *Beneficiarius Conſulis*, nequeo clarius edocere, quam è Reineſii Epiſtola XII. utpote quam et eundem in finem ipſe quoque adduxit Sertorius Urſatus, qui Reineſium (à cujus tamen conjecturis in aliquammultis conſultò diſſenſerim) antiquitatum ſubtilem ſcrutatorem fuiſſe ingenue agnoſcit, quo titulo & Urſatum ipſum etiam ornandum eſſe opinor, qui breviter ac luculenter quæ ipſi nota

1 *Coll. noſtr. MSS. Vol.*130. *p.*66.

erant

erant expoſuit. Prodidit igitur Reineſius, quod Beneficiarius Conſulis erat is, quem Conſul, quiſquis fuerit, ad eum militiæ gradum, ſive togata, ſive armata ea fuerit, promoverat, ut liber eſſet à muniis faciundis, ſive in procinctu ab erectione valli, paranda foſſa excubiis, angariis, baſtagiis, pabuli materia, lignorum aggeſtu, & ſimilibus muneribus militaribus. De ejuſmodi Beneficiariis intelligendum eſſe Polybium, l. VI. ubi nominat τίνας τῶν ἐθελοντηδὸν στρατευομένων τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι, monuit Reineſius Syntagm. Inſcr. p. 524. quo loco leviter etiam reprehendit Virum doctum, qui putarat, in gratiam Conſulum militaſſe. Aliter ſe res habuit. Nimirum beneficio Conſulum vel alterius Magiſtratus (nam non tantum de Conſulum, ſed & de Tribunorum, Prætorum ac Præfectorum in ſaxis legimus Beneficiariis) præmia, gradus, emolumenta, immunitatem adepti, à muneribus vacabant. Sicuti è contrario *munifices* vocabantur, qui non vacabant, ſed munus reipublicæ faciebant. Etſi igitur *milites* re vera eſſent, non alii tamen utique erant atque *milites emeriti*, quales ſcilicet *evocatos* aliter appellabant. Penſioners lingua dixeris vernacula. & quidem aptius quam Volunteers, ne de *tyronibus* pariter atque *militibus emeritis* intelligas. Equidem fateor, tam juniores quam ſeniores ultro militaſſe. At ſenioribus potius quam junioribus conveniunt voces

Po-

Polybianæ. Abſit autem, ut ex hac immunitate colligam, otioſos penitus fuiſſe *milites* hoſce *emeritos*. Immunitas tantum fecit, ut à ſervilibus officiis eſſent liberi, non ut vitam agerent deſidioſam. Adeo ut, ſi ſpectemus diſciplinam Romanam, in hac ipſa immunitate eſſent diligentes ipſi etiam Conſulum Beneficiarii (ſinguli ſuum munus, ut ritus eorum ferebat, obeuntes) ne quidem ipſo excepto M. Vario Severo, qui, ut veriſimile eſt, viarum aliquot his in partibus, poſtquam Conſulis Beneficiarius evaſiſſet, vicinalium curator erat, ita ſcilicet, ut in iiſdem muniendis ac reficiendis dirigeret, præmia artificibus opificibuſque, pro ſui cuique muneris ratione, diſtribueret, caveretque etiam, ne vel aræ, vel etiam ulla opera in iiſdem viis erecta, deperirent. Unde non mirum, ſi & damni infecti quoque promiſerit, quum & tales promiſſiones à Romanorum conſuetudine minime eſſent alienæ, maxime ſi promiſſiones factæ ad ædes ullas pertinerent, quæ ut ſartæ tectæ redderentur par erat. At, ni fallor, maxima ipſius cura verſata erat circa viam illam vicinalem, quæ ab Alceſtria ſive Ealdceſtria in agro noſtro Oxonienſi Dorceſtriam uſque perducebat, cujus paucis abhinc annis veſtigia inter ambulandum vidimus in *bruera Baldeniana*, vulgò Balden-heath. Imo nobis videtur viæ illius vicinalis ramuſculus quidam aquam ſecuiſſe ex adverſo viculi de Radley, cu-

cujus veriſſimum nomen eſſe exiſtimo **Rodley**. Nam eo modo effertur in ipſis tabulis Saxtonianis. Hinc conſtat, pontem ibi olim fuiſſe, viamque publicam per eundem tranſiiſſe in agrum Bercherienſem. In tanta otii abundantia, non mirandum erit, ſi & Alceſtriam, ab antiquitate ſua, non ab Allecto, nomen trahente, nonnunquam viſeret Varius, pariter atque Burncestriam (ſic dictam à fluviolo, ſive torrente, quem **Bourn**, ab Anglo-Saxonica Bỳpna, vulgo vocant, non, ut voluit auctor quidam nuperus, à S. Birino) aliaque in vicinià oppida, non tamen Amerſdenum (Romanis apud nos degentibus minime celebre) à palude (non, ut perperam itidem auctor ille nuperus, ab Ambroſio) appellatum; eo pacto, quo & alia ſimiliter ibi oppida nomen à palude tulerunt. paludes etenim Anglice ſonant **Meers**. paludemque de **Otmeer** (male vulgo **Otmore**) juxta Amerſdenum, magnæ eſſe famæ neminem latet. Atque hæc de oppidis hiſce adjacentibus celeriter exigueque dixiſſe ſufficiat. Redeamus ad Varium. Is vero, ut mea fert ſententia, Dorceſtriæ mortem obiit. Quinimo opinor, ibidem cineres reconditos fuiſſe. ritu ſcilicet illo, quem tetigit Homeri Scholiaſtes hiſce verbis, ad ιλ. Δ'. v. 99. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ σώματα οὐκ ἔθαπτον ἀλλὰ γλῶ, εἰ μὴ ποτέρου ἔκαυσαν. Εἶθ' ὕτως τὴν τέφραν σὺν τοῖς ὀστέοις ἐχώνευον, ἐν ἀγγείῳ τινὶ ἀποθέμενοι. Certe paucis abhinc annis

nis

nis in campis Dorceſtrianis effoſſæ ſunt duæ ur
næ, uti etiam duo lachrymatoria. Ullatenuſn
ad Varium ſpectarint, non dixerim, niſi figla
ullæ vel in urnis vel in lachrymatoriis id prode
rent. At haſce antiquitatis reliquias penitu
confractas & in fruſtula comminutas fuiſſe au
dio. Poſſunt tamen alia id genus ibi forſitan
reperiri. Nec dubito, & olim ollas ſepulchra
les ibidem effoſſas fuiſſe. Sepulchretum etenim
illic fuiſſe, multa ſunt indicia. Cujuſmodi ſe
pulchreta extra urbes fuiſſe, teſtantur omnes
qui his de rebus ſcribunt. Nec tamen diffiten
dum eſt, magiſtratuum ſuperiorum cineres at
que oſſa infra urbes ſepulturæ fuiſſe tradita
Inter quos magiſtratus ſuperiores non eſt quoc
quis numeret Varium, niſi forte poſtea ad digni
tatem, *Conſulis Beneficiario* majorem illuſtriorem
que, evectus fuerit. Quonam nomine jam olim
hîc imperantibus Romanis gaviſa fuerit Dorce
ſtria (quæ, Mycenarum adinſtar, εὐρυάγυα fuiſſe
videtur,) non eſt in proclivi enarrare. Ex illis
enim ſtationibus eſt in Antonino prætermiſſis
Nam crebro monuerunt docti, hac in re valde
imperfectum illud eſſe opus. Si fides Bedæ ex
emplaribus optimis, Dorcic antiquitus vocita
batur. At in aliis Codicibus *Dorcinia* ſcribitur
teſte Camdeno. Non aliter tamen atque Dop
ceceaꝛtpe in ipſa Ælfredi Magni verſione Anglo
Saxonica. quod nomen adprime loco congruere

fa-

fatentur omnes, tum ſi aquam ſpectes, tum ſi ipſum oppidum Dorceſtrienſe, pariter atque caſtrum in agro Bercherienſi Sinnodunianum, (ubi Britonum fuerunt præſidia, à Romanis vero, qui cum omnibus fere ſuis copiis his in partibus jacentibus obſederant, tandem expugnata) quod (nam duobus conſtat collibus editiſſimis,quorum faſtigium ſæpe conſcendi) clunium feminearum tumentium quum formam locum à diſtantia proſpicientibus referat, non deſunt juvenes lepidiſſimi (modo pudicitiæ leges commemorare non vetent) qui à femina quadam moribus forſitan caſtiſſimis, ſed quæ gratia ſua ac eximia pulchritudine & venuſtate (quippe quæ ætate eſſet integra) Dunchiis fere omnibus (nam è Dunchiorum erat familia) antecelluerit, ibi ante ſeculum unum atque alterum ſericis aliiſque lautioribus ac ſplendidioribus indumentis fulgente, (unde cum Philoſtrato Lemnio Sophiſta, qui ſub Antonino Philoſopho natus, ad Philippum uſque vixit, dixerunt amaſii, τὸ λινοῦν τοῦτο χιτώνιον, ἀντιλάμπει τῇ παρειᾷ) delicateque & molliter vivente ac recubante, (quem in finem neque hîc loci deerant Nymphæa) **Lady Dunche's Buttocks** (ſeu, ut alii, **Dunch Hills** vel **Butt Hills**) nomen indiderint. Quo nomine & locum ſuperbire ſæpe monet vulgus, qui & admodum eſſe amœnum gloriatur, umbraculiſque atque hortulis aliiſque deliciis ornatum & decoratum,

quibus utriuſque ſexus homines ſpecioſiſſimi, famulis dextra lævaque ſtipati, jucundiſſime vel prandeant amicoſque lautis epulis accipiant, vel etiam ad libitum quieſcant ac perpotent. Neque ridicule ſic loqui vulgus ipſe poſſum teſtari, qui ſæpius olim locum ſpectatum iverim, judicavique plane ſapientes illos eſſe, qui, admiranda aulicæ pompæ fercula relinquentes, ſeceſſerint, ſcholaſticoque otio abundantes amœnitates hîc ruſticas amplecterentur. Mihi certe vel ideo loci deliciæ maxime placent, quod Dorceſtria, quæ proxime ſita eſt, quomodocunque nunc viculus pauperculus, olim ſedes eſſet epiſcopalis, eam ob cauſſam, mox poſt Normannorum ingreſſum, Lincolniam tranſlata, quod antiqua gloria ac magnitudo urbis Dorceſtrienſis paullatim fuiſſet diminuta. Hujus rei ſatis locupletes ſunt teſtes hiſtorici plerique noſtri omnes, in lucem editi, è quibus proinde (nam in omnium manibus ſunt) nihil hîc nobis adducendum. Lubet igitur verba illa duntaxat proferre, quæ hiſtoricus quidam anonymus in collegio Magdalenenſi [1], mihimet ab amiciſſimo juvene Joanne Lovedaio monſtratus, memoriæ mandavit. Scilicet in hanc ſententiam (nec ſane prolixus eſt hic hiſtoricus, uti nec ipſa hiſtoria, quod plorandum, ultra mortem Henrici II^di pertingit, licet Ricardo II^do regnante floruiſſe

1 *Num.* 72. 4to.

au-

auctorem exiſtimem. Adeo ut in proclivi ſit ſuſpicari, operis exemplaria alicubi latere, niſi perdiderint Wiccleviſtæ, ad ipſum Ricardum, Regum formoſiſſimum, hiſtoriam perducentia. Sed, quod diximus, anonymi verba accipito [1] :) *Hoc eciam tempore* [anno XIIII°. Willelmi Senioris] *celebratum eſt conſilium Londō in eccleſia Sancti Pauli ſub Lanfranco, ubi primo ordinatum eſt de ſeſſione epiſcoporum in conſiliis celebrandis. 2°, quod ſedes epiſcoporum de viculis tranſirent ad urbes majores, unde factum eſt, ut ſedes Seleſienſis tranſiret ad Ciceſtriam, Cornubienſis ad Exceſtriam, Wellenſis ad Bathoniam, Shireburnenſis ad Salisburiam, Dorceſtrenſis Lincolniam, Lichefeldenſis ad Ceſtriam tempore Petri epiſcopi, ſet Robertus, ſucceſſor ejus, tranſivit de Ceſtria ad Coventre.* Et paullo poſt (ſub eodem anno XIIII° Willelmi Senioris, hoc eſt, anno Domini MLXXX, in quo tamen ab Ingulfo aliiſque etiam diſcrepat:) *Rex Willelmus Remigio, qui monachus fuerat apud Fiſcamb, epiſcopatum Dorceſtriæ dedit, quæ ſita eſt ſuper Thamaſim. Cum autem epiſcopatus ille, major omnibus Angliæ, à Thamaſi uſque ad Humbram, duraret, moleſtum viſum eſt epiſcopo, quod in ipſo termino ſedes eſſet epiſcopalis. Diſplicebat enim ei, quod urbs illa modica erat, cum in eodem epiſcopatu opulenta & florentiſſima civitas Lincolnī dignior ſede epiſcopali videretur. Mercatis igitur prædiis in ipſo vertice ur-*

1 *Pag.*163. *Exſcripſimus etiam in Coll.noſtr.vol.*130. *p.*129.

bis, juxta caſtellum, in loco illo eminenti amœnoque & ſalubri, pulcherimam virgini virginum conſtruxit eccleſiam, quæ & grata eſſet Deo ſervientibus, &, ut pro tempore oportebat, hoſtibus invincibilis, qui opus inceptum peregit, peractumque clericis, doctrina & moribus approbatiſſimis, decoravit. Hoc tempore, hoc amore, hiis de cauſis incepta eſt eccleſia moderna Lincolniæ. Quibus & illa poſſunt addi, quæ idem auctor anonymus attulit[1] de Remigii morte, viri dubio procul magnanimi, etſi ſtaturæ admodum exilis. —— *Hoc anno* [quarto W. junioris] *obiit Remigius præſul, qui nuper ſedem Dorceſtrenſem ad Lincolniam tranſtulerat, qui, præ corporis exiguitate, pene portentum videretur, naturam vicit, animum glorioſum foras extulit.* Sis autem cognoſcere Dorceſtriæ veteris magnitudinem, habes apud Roperum noſtrum, p. 258. Ac de hoc lapide Dorceſtrienſi (nondum à me viſo, utpote Dorceſtriæ nunc temporis haud adſervato) ſatis vel pluſquam ſatis; in pauculorum præcipue gratiam, qui antiquitatis ſtudio ardentes, à me ejuſdem ſententiam curioſius forte quam neceſſe eſt, ſed ſatis tamen verecunde requiſiverunt. Neque refert de cancellis ſive ſeptis quid animadvertere, niſi eorundem fragmina comparerent. Cancellorum in lapidibus antiquiſſimis mentionem rariſſime reperias. Et tamen vocem eſſe

1 P. 170. *Inſerta autem habemus in coll. noſtr. MSS. vol.* 130. *p.* 130.

ve-

vetuſtiſſimam, non eſt cur inficieris. Suſpicorque etiam, cancellos ad templum aliquod ſpectaſſe, ab alio, neſcio quo, hîc itidem condito, aramque honori Diocletiani atque Maximiani Herculii (quorum principum ſtatuæ, ut credibile eſt, utpote qui ejuſmodi honorum, ſecus atque Trajanus [1], neutiquam parciſſimi erant, in templo, inter alias ſtatuas, conſpiciebantur) poſitam fuiſſe, ad conſuetudinem profecto illarum provinciarum,quæ in aliqua ſuarum urbium præcipuâ templa ac aras eum in finem imperatoribus ponere ac conſecrare ſolebant, ut communi nomine populi totius provinciæ, imperatorum honoris ergô, ibi ſacra facerent, ludoſque in ejuſmodi civitatibus ederent. Quæ urbes et ipſæ etiam νεωκόροι dicebantur, eo quod curam habuerint id genus ludorum atque templorum, licet alioqui vox νεωκόρος de hominibus intelligenda ſit particularibus. Hinc ſane fere conjicio, Dorceſtriam noſtram Dobunorum urbem fuiſſe præcipuam, νεωκόρον etiam, ſacraque adeo totius Dobunorum provinciæ (in duas partes, **Glocester-ſhire** nempe & **Oxfordſhire**, diviſæ) hac in ara & in hoc templo (modo hîc loci re vera exſtiterit templum) peracta fuiſſe. idque etiam ab ipſis agricultoribus, quibus ſolenne erat feriatis diebus ſacra diverſis numinibus per lucos, vicoſque celebrare. Equidem fatendum eſt, poſt Gallie-

1 *Plin. Epp.* X. 25.

ni tempora desiisse civitates se Νεωκόρας appellare. At hoc nihil prohibet, quo minus etiam post Gallienum privilegiis, quibus et Νεωκόροι gavisæ fuissent, frui possent provinciarum civitates maxime celebres; præsertim quum, *metropoles* fuisse nominatas, nemo est, qui dubitet. Ad formam templi quod attinet Dorcestriensis, ex illis fuisse judico, quæ quatuor columnarum esse perhibentur. In nummis Bodleianis id genus templa occurrunt, in quibus & NEOKOPOI, vel (nam utroque modo in nummis illis) NEΩKOPOI nuncupantur. Indigitavi in Appendice ad Catalogum nummorum Bodleianorum Ashmolianum. Atqui id notatu perquam dignum esse opinor,quod nummi Bodleiani tria templa cum quatuor columnis in una eademque urbe exhibeant. quod argumento est, non unicum duntaxat in civitatibus Νεωκόροις templum exstitisse, uti nec etiam in metropolibus. Vox Νεωκόρος legitur in Actis Apostolorum. þe dedis of apostlis vocatur liber hic sacer in versione Novi Fœderis Anglicana veteri, Wicclefo vulgo tributa. Cujus versionis exemplar penes me habeo eximium, anno Christi M.CCC.XLV. sive anno XIX Edvardi III. scriptum. Verba Græca, in quibus νεωκόρας mentio, sic se habent in Codice[1], characteribus uncialibus à nobis edito. in quo & versio *Italica* primam occupat columnam, è qua pro-

1 *P.* 238. *Ed. nostr.*

in-

inde & verba ſimiliter Latina proferenda eſſe judico, ut inde liqueat, verbum *νεοκόρον* (nam ſic ibi item ſcribitur, ſecus atque vulgo, licet non deſint cum lapides tum &, quemadmodum ſupra innuimus, nummi antiqui, qui & ipſi quoque per *ω* adhibeant) in verſione hac *cultricem* ſonare.

[1]SEDASSETAUTEM	ΚΑΤΑΣΙΣΑΣΔΕ
SCRIBA	ΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
TURBAS	ΤΟΝΟΧΛΟΝ
DIXIT	ΕΦΗ
UIRI	ΑΝΔΡΕΣ
EPHESII	ΕΦΕΣΙΟΙ
QUISENIM	ΤΙΣΓΑΡ
EST	ΕΣΤΙΝ
HOMINUM	ΑΝΩΝ
QUI	ΟΣ
NESCIAT	ΟΥΓΙΝΩΣΚΕΙ
CIUITATEM	ΤΗΝΠΟΛΙΝ
EPHESIORUM	ΕΦΕΣΙΩΝ
CULTRICEMESSE	ΝΕΟΚΟΡΟΝΟΥΣΑΝ
MAGNAE	ΤΗΣΜΕΓΑΛΗΣ
DIANAE	ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ
ET[2]IOUISEPROLIS	ΚΑΙΤΟΥΔΙΟΠΕΤΟΥΣ

Worſhipere interpretatus eſt auctor verſionis Wicclefianæ. quod mirari non ſubit, quum ipſe

1 *Sic.* 2 *Sic in MS. Sed littera* E *delenda eſt, ni fallor.*

ſe-

ſecutus ſit verſionem vulgatam Hieronymianam, in qua & *cultricem* itidem habemus. At vero ea de cauſſa verſionem Latinam vulgatam preſſe ſequebatur verſionis Wiccleſianæ auctor, quod linguam Græcam haud calluerit; quemadmodum & alii, qui ſeculo Wiccleſiano verſioni illi manus adhibuerint, linguæ Græcæ æque etiam expertes eſſent. ſecus atque verſionis vernaculæ auctores recentiores, qui licet **worſhipper** in textu retinuerint, exadverſo tamen in margine monuerunt[1], Græce non aliud vocem ſignare atque **the temple-keeper.** Ceterum, ne fraudi tibi eſſe, quæ diximus, exiſtimes, accipe totum verſiculum è verſione Wiccleſiana. **& whanne þe ſcryue hadde ceeſſid þe puple. he ſeide/ men of effeſie. what man is he þat knowiþ not þat e cite of effeſians is þe worſchipere of greet diana & of þe child of iubiter/** Atque ex his, quæ diximus, colligas, apud Ethnicos etiam cancellos templorum ſuorum partes ſummas fuiſſe, Chriſtianoſque ipſis in eodem ſenſu vocis uſum acceptum retuliſſe. In hoc autem ab Ethnicis differebant, quod numero ſingulari non raro itidem efferrent, quum plurativum duntaxat adhibuiſſe videantur Ethnici. Numero ſane ſingulari legimus in Inſcriptione, litteris majuſculis concepta, veteri, in presbyterio eccleſiæ de **Wolhampton**, prope Newbury in agro Bercherienſi.

1 *Act.* XIX. 35.

hac

hac ſcilicet, *Hîc jacet Ricardus de Herclond, Rector hujus loci, conditor cancelli.* Pro *cancelli* male legitur *Capellan.* in libro inſcripto, The Antiquities of *Berkſhire* by *Elias Aſhmole*, Eſq;, Vol. I. p. 20. Intellexi è ſchedula quadam, mihi à clerico quodam oſtenſa Sept. 3. M. DCC. XXXI. in qua ſchedula & ipſam litterarum figuram expreſſerat ad fidem lapidis, ab ipſo conſpecti. At vero ego nec lapidem vidi, nec clerici (in vico publico mihi ambulanti forte fortuna obviam facti) ſchedulam deſcripſi. Familia de Herclond Edvardo I^mo. regnante, ni fallor, floruit. Fateor tamen, me paucula tantummodo de eadem legiſſe. Sed linquamus hæc (nam ſingula, ad quorundam morem, operoſe perſequi, eſſet cum infinitus, tum puerilis labor) & de nummorum corruptoribus ulterius videamus.

§. XXIII. Judæorum tanquam hominum flagitioſorum in ſuperioribus meminimus. Et quidem hiſtoriæ noſtræ Anglicanæ ſcriptores de moneta corrupta Judæos ſolent accuſare. Et, ut opinor, jure merito. quippe quos regibus noſtris, pariter ac religioni Chriſtianæ, inimiciſſimos fuiſſe ex iiſdem ſimiliter conſtat ſcriptoribus. Quamobrem non raro ob atrocia facinora ſuppliciis affectos fuiſſe legimus. Itaq; non eſt mirandum, & ipſos itidem monetam noſtram adulteraſſe. At præter Judæos, alios inſuper monetæ noſtræ corruptores fuiſſe ſatis liquidum eſt.

Quales vero illi fuerint ſi quæras, confeſtim reſponderi poteſt, omnigenos fuiſſe hac in terra commorantes otioſeque agentes perduelles. Nec impedit aliquid, quo minus, hoc veriſſimum eſſe, cenſeas. Nam dubium non eſt, quin id genus homines nunquam non fuerint regibus optimis perquam moleſti, ipſoſque ſummis injuriis afficere ſtuduerint. Unde lucri cauſſa nummos novos cudere nebulonibus hiſce ſolenne erat, nummis authenticis longe deteriores, quomodocunque forſitan neutiquam minores; imo nonnunquam adeo primo intuitu à genuinis non alienos, ut fraudem prodere judicio ſatis acri opus ſit. Ejuſmodi nebulones ad incitas redacti, ſæpe indicarunt methodos atque rationes, quibus uſi ſint in moneta adulteranda, domicilia itidem, ubi in artibus hiſce malis ſeſe exercuerint, efferre ſpe vitæ ſubinde perſuaſi. Quæ diximus pluribus firmarem exemplis, niſi abunde ex hiſtoricis conſtare ſcirem. Quemadmodum & perduellium monetæque corruptorum ſimiliter fautores fuiſſe Wiccleviſtas, qui poſtea orti ſunt, ex iiſdem itidem patere poteſt hiſtoricis. quippe quos hypocritas fuiſſe, nemo pernegabit, qui unquam, quæ de illis memoriæ prodita ſunt, ea, qua decet, attentione perlegerit. Sicuti & ipſe Wiccleviſtarum pater Joannes Wicclefus hypocrita fuit, prout & ipſe agnovit ſanctiſſimus antiſtes Oxonienſis Joannes Fellus, ne quid dicam

de

de aliis, qui partibus neutiquam dediti de illo egerint. Nec tamen moror centones recentiores, è quibus Thomæ Jameſii libellum reliquis omnibus anteferendum eſſe mea fert ſententia. Nam mihi quidem, hæc ſerio cogitanti, ſcriptorum illorum ſententia vera ac ſapiens eſſe videtur, qui tam Wiccleſum, quam & ipſius aſſeclas eo nomine damnandos eſſe putant, quod lolia in eccleſia ſeminaverint, eaque de cauſſa jure optimo ipſi appellentur *Lollardi*; quorum doctrinis magna ex parte tribuenda ſunt bella nupera civilia, quibus periit principum omnium optimus maximus CAROLUS PRIMUS, periitque fere funditus eccleſia noſtra Anglicana. Præclare itaque faciunt illi, qui, quanta ſuperbiæ inſint pericula, oſtendunt; de quibus tamen periculis neutiquam ſunt illi ſolliciti, qui principibus ſuis legitimis ſint inimici, Wiccleviſtarum veterum ad inſtar, quibus hæc verba incaſſum enunciarunt illorum temporum viri aliquot principibus ſuis fideles, quemadmodum conſervata eſſe video in fragmento quodam penes me, ex dono v. egregii Roberti New, è Medio Templo Londini, qui è Collectaneis redemit v. doctiſſimi Petri Le Neve nuper defuncti, nobiſque, una cum aliis permultis fragmentis, ex iiſdem itidem collectaneis ſatis feliciter à ſemet recuperatis, perquam amice dono dedit. Greuos is þe vois of voſtyng and of pride, and ful pe-

rilous it is. for it caſtiþ down ſowlis fro þe ȝiengis of perfeccion̄. and þer fore ẏ wole, þat ȝe wante firſt þat vys of alle oþir. Fragmentum attingit ætatem Ricardi II^di. qui à perduellibus,perfidiſſimis pariter atque ſuperbiſſimis, abdicatus eſt die 29 Septembris, admodum tamen invitis ſapientiſſimo integerrimoque viro Thoma Merkeſio, aliiſque etiam hominibus, virtute ac probitate illuſtribus, A. D. M. CCC. XCIX. Kalendaria ſane aliquot nupera lubentiſſime corrigerem, in quibus 20 *Septembris* pro 29 *Septembris* legitur.

§. XXIV. Quod ſi quis erit, qui, ductus opinione vulgi, aut Wiccleſum, aut ipſius fautores, innocentiores integrioreſque fuiſſe putet, quam quomodo à nobis inducti ſunt: is erit ex iis, qui aut illos plene non noverint, aut judicare non poſſint: vel ſaltem ex iis, qui perverſe, ne dicam impudenter, ſentire velint. A nobis certe ſtabunt viri ſapientes, qui plorant, ejuſmodi hoſtes unquam ortos fuiſſe, qui tum in optimos principes, tum & in alios homines optimos vehementer invehi auſi ſint, ſuoſque etiam errores, ethologorum ad inſtar,diffundere. At quum certiſſimum ſit, plus quam fere credibile eſt eorum copias creviſſe, mirum non eſt, ſi à viris magnis non ſolum fuerint docte graviterque etiam refutati, ſed & acerbe reprehenſi. Inter illos vero, qui Lollardorum errores oppugnabant,

bant, erat Reginaldus Peacockius, epiſcopus Ciceſtrienſis, qui eo nomine magnam laudem conſecutus eſt. Vir erat utcunque acerrimo, præfervido tamen ingenio, voceque rauca ac terribili, dignuſque proinde, qui cum Lollardis altercaretur ; in qua re recte feciſſe, neutiquam pernegarunt ipſius inimici etiam acerbiſſimi. At vero in hoc eum infamiæ nota ſignandum eſſe docuerunt, quod opiniones pravas pro virili apud populum divulgarit, novum Fidei Symbolum condiderit, articulumque de Chriſti ad inferos deſcenſu, alioſque etiam varios articulos, ſepoſuerit. Teſtis eſt Joannes Whethamſtedius, abbas S.Albani, ſolidæ eruditionis amator,quem ſemper maximi æſtimavit Humphredus, dux Glouceſtrienſis, omnium bonarum litterarum Mæcenas munificentiſſimus. Quod moneo, ne quis aiat, memet hæc fingere, auctoreſve non coævos, Dolmannum nimirum, (qui de Peacockii erroribus & recantatione pariter atque abjuratione contra Foxium egit) Indicum expurgatoriorum conſarcinatores[1], anonymumque quendam, qui itidem de Peacockii opinionibus ſcri-

---

1 *Index Librorum prohibitorum et expurgand: Madriti* MDCLXVII. *pag.*805. Reginaldus Perok, ſeu Reg. Pecock, Latine, Pavo. Anglus ex Cambria, Aſaphenſis primum, deinde Ciceſtrienſis Pſeudo-Epiſcopus, Profeſſor Oxonienſis Lutheranus. *E quibus verbis, quid de Antiquariorum Hiſpanicorum in re critica peritia ſit judicandum, facillime elici poteſt.*

pſit[1],

pſit [1], penes v. amiciſſimum Thomam Wardum, armigerum, è Foxio, qui ſtuduit placere Puritanis, maximam partem, ut inde qualis ſcriptor ſiet ſentias, excerptum, ſecutum fuiſſe. Ipſam autem Whethamſtedii hac de re narrationem è Chronico ſive Regiſtro ejus in Bibliotheca collegii armorum in lucem edidi [2], cujus Regiſtri copiam mihi fecerunt collegii ſocii pereruditi, meam in gratiam obtinente Joanne Anſtiſio, feciali doctiſſimo. Inde diſcas, ipſius dogmata, fidei orthodoxæ parum congrua, adeo diſplicuiſſe Eccleſiæ patribus, *forcioribuſque fidei pugilibus, militibuſque aulæ eccleſiaſticæ audacioribus*, ut pergentes ad archiepiſcopum Cantuarienſem, Thomam Boucher, de Peacockio non tantum ſint conqueſti, ſed perſuaſerint etiam, ut citari faceret Peacockium, *ad comparendum coram ipſo, reſpondendumque in hiis, quæ in cauſa fidei objicienda erant contra eum*. Id quod re vera factum eſt, tantumque lapſum eſſe Peacockium archiepiſcopus aliique compertum habuerunt, ut, ipſum hæreticum fuiſſe, judicârint: quam ſententiam juſtam eſſe ipſe agnovit Peacockius; qui proinde ut dolorem palam teſtaretur, non tantum privatim publiceque confeſſus eſt errores, ſed & eoſdem abrenunciavit ſive abjuravit, palinodiamque egit apud crucem Sancti Pauli Londini. Poſſem permultos adducere auctores, qui Peacoc-

1 *Vide Append. N.X.* 2 *Vide pag.* 490.

kium

kium hæreticum nuncuparunt, ipſiuſque opiniones recenſuerunt. Sufficit autem unicum duntaxat proferre, Thomam nimirum Gaſcoignium, Cancellarium Oxonienſem, virum & virtute & pro ſeculo doctrina celeberrimum. At vero opus Gaſcoignii, in quo de Peacockio ſcripſit, nunquam in lucem prodiit. Nec quidem dignum eſſe puto, quod integrum prodeat. Opus hoc inſcribitur *Dictionarium Theologicum*. Nonnullis dicitur *liber de veritatibus collectis in forma tabulæ*. Quo titulo & ipſe citat Brianus Twynus, p.291. qui ſedulo pervolutaverat. At licet de rebus Theologicis in hoc opere diſertim agatur, obiter tamen in eodem aliquammulta eſſe hiſtorica jam olim animadverterunt cum Twynus tum & alii. in quibus numerandus Gerardus Langbainius, vir ſane maximus, in epiſtola ad cl. Seldenum. Videas apud Lelandum, Coll. Vol.V. p.287. Nos ſane multum tempus in acerrima atque attentiſſima cogitatione hac de re poſuimus; in qua cogitatione quum nos defixos eſſe ſenſiſſent amici aliquot, ut ipſi tandem ederemus hortati ſunt, idque ad fidem apographi viri antiqua virtute ac fide Georgii Harbinii, amici noſtri egregii. Lubens morem gerendum eſſe duxi[1]. quippe qui Codicem ipſum MSS^tum. ob oculos non habuerim. quo tamen ipſo uſus eſt Harbinius, cui accommodaverat

1 *Vide infra pag.* 509.

lin-

linguarum veterum Septentrionalium inſtaurator ſummus Georgius Hickeſius, qui mutuo ſumpſerat à collegio Lincolnienſi.

§.XXV. Dixerint aliqui, quædam prætermiſiſſe Harbinium, digna quæ excudantur. Quod etſi veriſſimum, non tamen dubitandum, quin judicium adhibuerit Harbinius, rectèque propterea omiſerit. quippe qui exploratum habuerat, jam antea vel à Twyno, vel à Wodio, vel etiam forſitan ab aliis edita fuiſſe. Sed nihil attinet hæc fuſius perſequi. Nam de iiſdem notulam collectaneis ſuis ſubjunxit ipſe Harbinius. quam qui abſurdam dixerit, næ eum plane fugiat ratio. Interim tamen unum atque alterum locum collectaneis Harbinianis inſerere viſum eſt è litteris ad me ſcriptis à cl. Tannero; quæ quidem ipſa licet alii etiam obſervarint, placuit tamen lectorum ob oculos ponere, ut ſimul cum Harbinianis legantur, remque gratiſſimam iis faciamus, quibus in deliciis non eſt plures de eodem argumento libros adire. Tanneriana autem ab Harbinianis diſtinximus uncis.

§.XXVI. Anno Domini M.DC.LXXXVIII. in lucem edidit Londini Henricus Whartonus *Peacockii* de *regula fidei libellum*, ſermone noſtro vernaculo conſcriptum. Præfatione prolixa illuſtrare conatus eſt editor; in qua, inter alia, auctorem laudibus ſummis extulit. Codicem ſecutus eſt MS. in bibliotheca collegii Trinitatis

Can-

Cantabrigiæ. Duabus partibus conſtat libellus. E parte priori excerpta duntaxat protulit Whartonus. Reliqua ſuſque deque habuit, tanquam ad rem ſuam parum pertinentia. Nec quidem integram dedit partem II^dam^. Quod non mirum. Nam partis hujus poſterioris editio perfecta à Whartono nequiit exſpectari. Codex enim MS. (quem unicum eſſe cenſemus) μέχρος eſt ad calcem; ubi, ut opinor, multa de Chriſti ad Inferos deſcenſu litteris conſignaverat Peacockius. Αὐτόγραφον eſſe Codicem MS. cenſet Whartonus; propriaque etiam ipſius auctoris manu exaratum. Mancum eſſe dolet Whartonus. id quod & egomet quoque ipſe. aliam tamen ob cauſſam atque Whartonus. Is idcirco ægre tulit, quod putarit, ibi multa comparuiſſe, veritati apprime conſona. Atqui id veriſimile non eſt, nedum, ut arbitror, verum. Contra, permulta ad calcem inſerta fuiſſe dogmata, à veritate prorſus aliena, judico. Quidni igitur cenſeamus, folia, dogmata illa continentia, ab ipſo fuiſſe exciſa atque deſtructa Peacockio? idque eo circiter tempore, quo de ipſius opinionibus conqueſti ſunt viri cum eruditi, tum & pii atque orthodoxi?

§. XXVII. Etſi autem laude digniſſimum fuiſſe Peacockium ob dogmata arbitratus ſit Whartonus, tamen nolim id tribuere malevolentiæ, ſed ignorantiæ; utpote qui nec Whethamſtedium

nec Gaſcoignium conſpexerat, qui abunde docent, doctrinas Peacockii pravas, perverſas hæreticaſque etiam fuiſſe, eumque ea de cauſſa pœnas luiſſe. Quinimmo, neque, ut exiſtimo, viderat Lelandi Collectanea, ubi hæc de Peacockio memoriæ prodidit Lelandus [1] ex Chronico incerti auctoris, quod reperit Oxoniæ in bibliotheca collegii Lindenſis.

Anno D.1457. Reginaldus Pecok, natione Wallicus, doctor Theologiæ, & epiſcopus Ciceſtren: qui ingenio & literatura pollens veteres hæreſes renovavit.

Male ſenſit de Euchariſtia, & de ſanctionibus eccleſiæ.

Damnatus fuit apud Lambhith à Thoma Cantuar: epiſcopo & clero.

Recantavit errores ſuos apud D. Paulum.

Ejus libri partim Londini partim Oxon. combuſti ſunt.

Itaque non exiſtimandum, Peacockium oppreſſum fuiſſe opinionibus, non modo vulgi, verum etiam hominum leviter eruditorum, ab unoque atque altero duntaxat condemnatum. Quod moneo, quia in hac etiam parte deceptus fuiſſe videtur Whartonus. Aſpice potius, lector, atque intuere, quid interſit inter conventionem clandeſtinam ſynodumque publicam. Nihil ad hoc negotium pertinens clam agitatum eſt, ſed

1 *Coll. Voll.* III. *p.*409.

pa-

palam in luce aperta, ſynodo ſatis frequenti coacta virorum et limatorum et proborum, qui Peacockii etiam amicis aliquo in numero eſſe videbantur. Quod attentiſſime iis conſiderandum eſſe arbitror, qui, abſque ſynodo omnia peracta fuiſſe, produnt; (nullam forſitan aliam ob cauſſam, niſi quod diverſi etiam Angliæ epiſcopi, ut accepimus, primùm Peacockii aliquot faviſſent erroribus, etſi poſtea correxerint depulerintque.) Quemadmodum & id demum eiſdem diligentiſſime videndum eſſe puto, qui hiſtoricos noſtros ac Regiſtra pervolvunt, quo ſua quemque natura maxime tuliſſe videretur. Etenim ſæpe videmus, ſcriptores, pro ſuo quemque ingenio atque arbitrio, multa ſubinde de induſtria prætermiſiſſe, quæ alioqui, ſi aperte ac plene narrarentur, mirifice ævi priſci res geſtas illuſtrarent. id quod plane & hîc de ſeculo, quo vixerit Peacockius, eſt intelligendum. Is enim quamvis epiſcopatu, poſt dogmata damnata, eſſet privatus, archiepiſcopali tamen ſola auctoritate factumne id fuerit, an potius aliorum etiam conſentientium ac ſuffragia ſua ferentium auctoritate, res equidem obſcurior difficiliorque eſt, quam ut eam prompte poſſim explicare. At mihi videtur, id factum fuiſſe aliorum etiam ſuffragantium conſilio ac auctoritate. opinionemque firmare judico Thomam Gaſcoignium. Neque diſſenſiſſe videtur Lelandus, qui, Peacoc-

cockium inter hæreticos cenſendum fuiſſe,& ipſe judicavit. Itaque *privationem* vel *deprivationem ſynodicam* appellarim. Nec tamen diffiteor, mihi ſatis eſſe apertum,archiepiſcopum etiam ipſum potuiſſe privare ſola ſua ipſius auctoritate, modo ea uti voluerit. Cujus opinionis inde argumentum capio, quod pontifices ſummi Romani talem archiepiſcopis Cantuarienſibus dediſſent poteſtatem, utpote *legatis* ſuis, quod dicunt, *natis*. id quod nemo ſanus inficias ibit, modo conſideraverit quantam poteſtatem pontifices illi ſummi vendicaſſent, quomodocunque primævorum ſeculorum praxi atque doctrinis minus conſentaneam. Sed ſi de hac poteſtate fuſius in me ſuſciperem diſſertare, vaſtum ſane ingrediendum eſſet mare. Pauciſſimis ergo, quæ innui, contentus, malim ut cl. Dodwellum, in antiquitate eccleſiaſtica longe verſatiſſimum, potius audias, quam memet ipſum, cujus proinde eò ſpectantem epiſtolam, nondum editam, ad Thomam Smithum, doctrina pariter ac probitate ſummum virum, in Appendice[1] proferam. Dodwellus magnæ profecto eruditionis magnique judicii vir erat, ſed quem interdum humanitus aliquid paſſum fuiſſe, non eſt denegandum; unde & nunc temporis etiam non invitus confiteor, memet ab ipſo diſcedere in hoc, quod de jure ex *præſcriptione* colligendo tum hîc tum alibi litteris

1 *Num.* XI.

man-

mandaverit. Neque in ejuſmodi lapſibus temere liceat vel ſequi, vel etiam imitari, ſeu Dodwellum, ſeu ullum alium virum, alioquin ſane maximum.

§.XXVIII. Atque hæc de Peacockii opinionibus, condemnatione atque deprivatione. *Quid illi exinde contigerit, parùm conſtat. Tradunt nonnulli, eum in carcere nece clandeſtina ſublatum eſſe, alii in ædibus Epiſcopalibus ad mortem uſque incarceratum, plures vero in Cœnobium quoddam ſeceſſiſſe, dato illi ex redditibus Epiſcopalibus exiguo admodum ſtipendio* [1]. Quam poſteriorem ſententiam veriſſimam eſſe fidenter dixerim. Nam pro certo habeo, Peacockium, Epiſcopatu privatum, ſeceſſiſſe, archiepiſcopo Cantuarienſi ita dirigente ac decernente, ad cœnobium Thorneyenſe, ibique vitam egiſſe uſque ad mortem. Colligo ex nota quadam, mecum ab amiciſſimo Bakero communicata. Is accepit à doctiſſimo Anſtiſio, Anſtiſius autem è Collectaneis Whartonianis. Unde liquebit, neque illud neſciviſſe Whartonum, etſi forſitan ad manus ipſius devenerit nota, poſtquam tum Peacockii libellum edidiſſet, tum & Appendicem ad Caveum litteris conſignaſſet. Hoc nihil apertius eſſe vel ipſe fateberis, ſi notam expendas, quam hîc integram dabo. è qua nota et illud quoque liquebit, archiepiſcopum

1 *H. Whartonus apud Caveum, p.*102.

uſum

usum fuisse consilio fratrum suorum, tam scilicet episcoporum, quam etiam aliorum è clero.

Instruction geven by us, Thomas Archebp: of Can. withe thy advis of oure Brethren of this Land, to thy Abbot of Thorney, howe Reginalde Peacock, whome we have sent unto hym, shall be treatyd in ye Monastery aforesd.

First, hit is thought convenable, that the sd. Reynolde shall have a secrete closed Chambre having a Chymeney, & an House of Easement, within the Abbey aforesd. where he may have sight to some Aulter to here Masse, & that he passe not the saide Chambre. Item, the sd. Reynolde to have but oon personne, that is sad & well disposed, to make his bedde, & to make hym fyr, as hit shal nede. Item, that the sd. Reynold have no bookes to looke on, but oonly a Portnol, a Masse booke, a Saultez, a Legend, & a Bible. Item, that he have nothing to write wyth, noe stuffe to write upon. Item, that the sd. Reynolde have competent small according to his age, & his necessitye shall requere. Item,

that

that the ſd. Reynold be ſerved dayly of meat & drink as a Brother of the ſaide Abbey is ſerved, when he is excuſed from the Freytour, & ſomewhat better, after as his diſpoſition & raiſonable appetit ſhal deſire conveniently, after the good diſcretion of th' abbot above ſaide.

Forty pounds aſſigned to the ſd. Abbey, for his fynding &c. Collect. H. Wharton Vol. notat. Y. P. 32. è Libro Formularum tempore H.6. penes El. Aſhmole. Copied by Jo. Anſtis, Eſq; Garter &c. from whom (addit Bakerus) I had it.

§. XXIX. Quamdiu poſt deprivationem vixerit Peacockius, nondum exploratum habui. Et tamen *parvo illum tempore dignitati ſuæ ſuperfuiſſe, inter omnes convenit*, obſervante Whartono. Nec eſt cur refragemur. Ni fallor, ſepultus eſt Thorneyæ. De morte nænias aliquas conditas fuiſſe, non eſt quod cenſeas. intolerandi etenim ſupercilii virum fuiſſe quum exiſtimarent plerique omnes, id quod de omnibus hæreticis fere eſt dicendum, inde pauci, ſi etiam ulli, de obitu dolorem prodebant. potius lugebant, ejuſmodi hominem unquam exſtitiſſe, qui ſententias pernicioſas tum amplecteretur, tum & diſſeminaret. Quod ſi vitio vertas, quod adverſarii, poſtquam palinodiam ceciniſſet, in cubiculo incarceraverint, neque libere circumire permiſerint,

rint, mihi equidem rectiſſime feciſſe videntur, ne forſitan populum ſuaviſſimis ſuis dictis (nam ipſi neutiquam defuit elocutio) iterum ſubduceret.

§.XXX. Supra innui, Peacockium impugnaviſſe Wiccleviſtarum errores. Quamobrem hac in parte laudem meruit. At vero hoc loco non eſt prætermittendum, ipſum tandem (nam in ancipitibus diſputationibus verſatiſſimus, in utramque partem copioſe differendi & vim & artem habuit) Wiccleviſtis faviſſe. Id quod illi ipſi etiam fatentur, qui alioqui Peacockium vehementer commendarunt. Itaque non miraberis, ſi & dogmata etiam ediderit, quæ perduellibus longe eſſent acceptiſſima. Nam & ejuſmodi dogmata Wiccleviſtis tribuenda eſſe, multi docuerunt, qui de ſecta illa egerunt. Quid quod & dogmata eorum ſatis ſint manifeſta ex ipſis ſeditionibus, quarum Wiccleviſtæ eſſent auctores? Tales erant ſeditiones à Gualtero Tylero & Joanne Strawo regnante Ricardo II^do concitatæ; quas & mirifice promoverunt Joannis Balei ſacerdotis, aliorumque etiam, conciones. Talis & ipſa itidem erat D. Joannis Oldcaſtelli regnante Henrico V^to ſeditio atrox, qui eo nomine pœnas luebat, igne abſumptus; quem tamen inter martyres numerant Wiccleviſtæ, quos fortean hanc ob cauſſam venia aliquatenus dignos eſſe cenſebunt nonnulli, quod Henricus V^tus non eſſet *de jure*, quod dicunt, *Rex*. At hujuſmo-

modi perturbationum pernicioſarum auctores nemo unquam bonus probaverit.

§.XXXI. Etſi vero tantopere debacchati ſint Wiccleviſtæ, hominesque probos male habuerint, multa tamen, ad illorum res geſtas pertinentia, nos plane latent; ſicuti & alia etiam, ad Wiccleſianos perduelleſque item recentiores ſpectantia, æque ignoramus, quæ ſi nota eſſent, mirifice illuſtrarent temporum hiſtorias. Quod equidem ea præcipue de cauſſa animadvertendum puto, quod quamplura quoque, quæ ad CAROLI PRIMI, principum optimi, regnum pertinent, adeo ſint obſcura et perturbata, ut ipſum etiam præſtantiſſimum ac nobiliſſimum fugerint hiſtoricum. Qui proinde neque plene ac aperte deſcribere potuit ab Urbe Oxonienſi principis ſanctiſſimi fugam. Hanc partem Hiſtoriæ, aliaque id genus, qui velit ornare, (id quod optime poteſt, ſi lubet, antiſtes ille doctiſſimus, qui nuper apud nos, præfiſcine dixerim, floruit tum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) neceſſe eſt, ut ſchedis aliquot lectiſſimis utatur, in curioſorum ſcriniis hominum adhuc deliteſcentibus. Ejuſmodi ſchedas jure merito cenſueris illas, quas à doctiſſimo amico Thoma Bakero (mihi dono dante) nuper accepi, dignas quæ hoc in opere lucem adſpiciant[1]. Nam quum aliquot

[1] *Vide infra pag.* 551.

earundem à Michaële Hudſono ſint ſignatæ, inde colligas, ſummam fidem iiſdem eſſe adhibendam. Et quidem, ut verum fatear, admodum curioſas ſchedas appellaverim. Utpote è quibus permulta diſcamus, ad Regis optimi, jam vultu veſtibuſque regiis mutatis larvati, ac perſonam obſcuriorem induti, fugam ſive diſceſſum pertinentia, quæ fruſtra alibi quæras. Authenticas autem eſſe nemo dubitaverit, cui nota eſt Bakeri probitas ac incorrupta fides. Neque eſt, cur te legiſſe pœniteat, ſi forte Michaëlis Hudſoni unquam ad te fama pervenerit, in quo tanta inerat virtus pariter atque fortitudo ac prudentia, ut ipſius plane auſpiciis non tantum fortunas ſuas, ſed & ſeipſum concrediderit Regum optimus.

§. XXXII. Jam, ut opinor, nemo, cui Wicleviſtarum ingenium fuerit perſpectum,unquam dubitabit, eoſdem, homines fuiſſe, qui ſtudioſe pacem perturbarint, dogmataque illa paſſim ediderint, quæ populum ad male ſentiendum de ſuperioribus commoverint. Quemadmodum neque inficiabitur, eoſdem itidem hoſtes fuiſſe cœnobiis, aliiſque domibus religioſis, infenſiſſimos. Hoc enim adeo mihi videtur eſſe verum, ut, domorum ſacrarum cladem à ſeditionibus regnante Ricardo II^do primum emanaſſe, fere judicarim. Certe, res geſtas in illis diebus à Wiccleviānis aliiſque rebellibus ob oculos habuiſſe re-

cen-

centiores noſtros Wiccleviſtas, manifeſtiſſimum eſſe exiſtimo. Quidni itaque & Henrico VIII^vo regnante domorum religioſarum deſtructores non alios atque Wiccleviſtas fuiſſe declararim? Quo minus faciamus, nihil prohibet, modo hiſtoriis authenticis credamus; quanquam non pauca, ad cladem domorum ejuſmodi ſpectantia, nos latent, è ſchedis MSS. elucidanda, in bibliothecarum angulis aliiſque locis fortean adſervatis. Quod ſimul atque à me audiverint Wiccleviſtæ hodierni, vehementer forte ſuccenſebunt, ſeſeque propter iram macerabunt. Itaque quum ſatis inſaniant ſua ſponte, ne operâ noſtrâ inſtigemus, ſed potius miſereamur, hortemurque etiam, ut ipſi reſipiſcant, opemque ferant viris eruditis atque aliis, cœnobiorum hiſtoriam perquam accuratam emittere in animo habentibus. Saltem laborent, ne per ſe ſtetiſſe quis credat, quo minus id genus opus prodeat accuratum, omnibuſq; numeris abſolutum. Proinde gratias re vera agant doctiſſimo Archero, archidiacono Wellenſi, qui Narrationem hiſtoricam de domibus religioſis in Diœceſi Bathonio-Wellenſi contexuit, nobiſque tranſmiſit, alia, ad antiquitates pertinentia, ſi ita res feret, poſthac tranſmiſſurus. Qui ſane eo magis laudandus, quod in hac conſignanda uſus ſit Regiſtris veteribus, quibus fidem ſummam eſſe adhibendam cuncti, partium ſtudio neutiquam dediti,

agnoſcent. Si alias id genus à nobis exſpectes narrationes, abſit ut ipſi, quibus ad manus non ſint Regiſtra, polliceamur. Nec tamen Catalogum domorum religioſarum in agro Somerſettenſi hoc in opere prætermittere viſum eſt, à Joanne Stracheio, armigero (olim aulæ Edmundianæ commenſali ſuperioris ordinis) conſcriptum (nondum autem editum) utpote ex ipſius auctoris obſervationibus conflatum, quam ob rationem fidem forſitan mereantur parem fidei Regiſtrorum veterum. Quod ſi, ut diximus, de proprio noſtro Marte quid, huc pertinens, à nobis exſpectandum eſſe cenſeas, abſit ut promittamus, quum nobis prorſus ob oculos non ſint Regiſtra. Fecimus nihilominus quod in proclivi eſt, quomodocunque invidentibus aliquot, hoc in ſtudio diligenter, licet minus, quam optaverim, feliciter, verſatis. Et tamen hi etiam eatenus laudem merentur, quatenus Regiſtrorum auctoritatem ſint ſecuti. Quod idcirco noto, ut, hac oblata occaſione, moneam, Joannem Stoke, abbatem monaſterii S. Albani, mortem obiiſſe A. D. M. CCCC. LI. quartodecimo die menſis Decembris, corpuſque in boreali parte presbyterii eccleſiæ conventualis S^ti. Albani honorifice fuiſſe tumulatum. Colligo ex Joannis Whethamſtedii Regiſtri Parte II^da, ubi teſtatur [1], ſe ipſum vice ſecunda in abbatem electum fuiſſe

1 *Vide Append. Num.* XII.

die

die Januarii 16. Stokii obitum mox ſequenti, cœnobiumque multos per annos rexiſſe, Regiſtrum vero ſuum ultra annum decimum ſecundæ Præfecturæ (quo quidem anno deſinit) perducere ob ſenium nequiviſſe. Hinc corrigas Lelandum noſtrum, ubi Coll. Voll. VI. p. 136. admonetur, Joannem Stokium animam exhalaſſe A. D. M. CCCC. LXII. eoque ipſo anno iterum ſuffectum fuiſſe Joannem Whethamſtedium. Neque rectius illi, qui innuant, Joannem Stokium jam viventem Whethamſtedio abbatis munus reſignaſſe. Et tamen teſtem advocant Henricum Whartonum, virum & Græcis litteris & Latinis doctum, & in rebus monaſticis verſatiſſimum, quique & preſſe & fideliter auctorum ſuorum verba proferre ſolebat. Sed Whartonus non inſpexerat Whethamſtedium. ideo veniam meretur. niſi forſitan dicas, Whartonum non falli, ſed illos plane, qui ipſius Collectanea MSS. citaverint. Abſit autem, ut ipſe quid temere judicem, immiſceamve diſputatiunculas de ſcriptoribus illis, qui Whartoni uſi ſunt Adverſariis.

§. XXXIII. Atque hæc ipſa emendatio è Whethamſtedio ſatis comprobat, in rebus noſtris monaſticis enarrandis admodum eſſe neceſſaria Regiſtra. Utinam eorum fidem ſecutus eſſet Baleus. Si feciſſet, tot utique mendacia de monachis non protuliſſet. Ejuſmodi mendaciis mi-

rum

rum eſt quantopere lectores fefellerit. Quamobrem veriſſime dicas, innumerabiles apud eum eſſe fabulas. Verum enimvero & eo nomine reprehenſione digniſſimus eſt Baleus, quod de viris ſanctiſſimis aliquammultis contumelioſiſſime ſcripſerit. perinde ac ſi hominum bipedumve eſſent nequiſſimi, quia ab aliis auctoribus ob vitæ integritatem ſempiternæ gloriæ commendantur. Imo eo proceſſit audaciæ atque inſolentiæ, ut viros etiam optimos ſimias appellaverit, ne quid dicam de aliis nominibus, quibus uſus eſt in operibus ſuis, quotieſcunque de hominibus, vitam aſceticam monaſticamque agentibus, locutus fuerit. Qua de cauſſa & alii itidem ſcriptores aliquot ſunt culpandi, quomodocunque virtutum, quibus monachi abundabant, experites. perinde ac ſi homines, quietem atque otium ſecuti, totos ſe ad pietatem ac religionem bonarumque etiam litterarum cognitionem transferentes, ignavum plane ſint pecus, & à terra noſtra Anglicana procul abigendi: ſecus atque judicarunt perplures è veteribus, qui in ea equidem fuerunt ſententia, ut exiſtimarint, ejuſmodi vitam, quæ propter tranquillitatem, & propter ipſius ſcientiæ (nam ſcientiam expedite acquiri cenſebant è vita privata) ſuavitatem, qua nihil eſt hominibus jucundius, maximi faciendam eſſe, aliiſque etiam multas ob cauſſas vivendi rationibus anteferendam, utpote quæ viris

ris religioſis & eruditis opportunitatem longe commodiſſimam præbuerit tum ſcribendi tum & precandi, adeoque optime merendi de principibus aliiſque civitates genteſque etiam regentibus.

§. XXXIV. Et quidem bonas horas optime collocaſſe monachos, teſtantur opera. Diligentiam ac conſtantiam in orationibus, ſive precationibus, tum ipſa officia, quæ habemus, ſacra, tum & hiſtoriæ docent. Sed neceſſe eſt, ut homines, labore aſſiduo & quotidiano aſſueti, ad ludos aliquot ſe conferant. *Quippe non vigorem ſuum animus tueri poteſt, niſi ſe remittat etiam; plane ut arcus, qui, ſi tenſum ſemper teneas, tandem rumpitur*, ut Meurſii de Ludis Græcorum verbis utar. At vero hi ludi monachorum nihil continebant nocumenti. Contra, in ipſis hiſce ludis aliquid excogitabant, quod moribus bonis apprime eſſet congruum. Adeo ut pene dixerim, homines hoſce religioſos omne tempus atque ætates ſuas non aliter conſumpſiſſe, quam ut mentes cum ſuæ, tum & aliorum, ad humanitatem pietatemque fingerentur, atque virtutem. Ad religioſorum opera ipſa quod attinet erudita, nemo ingenuus eſt, quin agnoſcat, laude pleraque digna eſſe, eoſdemque etiam ſæpe nos ipſos, qui arte typographica jam inventa multo majoribus, quam ipſi, beneficiis gaudemus, longe ſuperaſſe. Id quod & ipſorum quum viderint

derint inimici, ſubinde religioſorum operibus aſſumenta infarſerunt, ab ipſorum ſententiis moribuſque alieniſſima. eo ſcilicet conſilio, ut, ſi fieri poſſet, lectoribus metum incuterent, odiumque magnum in religioſos concitarent. Inde profecto ſuſpicor, pauca etiam in Julianæ Barneſiæ, vel potius Berners [1], feminæ clariſſi-

---

1 In Bp. Moore's Study [now, I ſuppoſe, at Cambridge public Library] I formerly ſaw the books of Hawking, Hunting and Armory, uſually aſcribed to Julian Barnes, [the book of Fiſhing was not there, or elſe it had been torn out] printed at St Alban's 1486. in ſmall Folio, and had a remarkable note writ in the beginning under the hand of Will. Burton, of Leiceſterſhire, to this effect: *Julian Barnes* ſaid to be Author. her name ſhould rather be *Berners*; daughter ſhe was of Sr *James Berners*, of *Berners Roding* in *Eſſex*, ſiſter to *Richd* Ld *Berners* -- Prioreſs of *Sopewell* [which, you know, was a Nunnery, Cell to & very near St Alban's.] this the ſubſtance of my extracts, which are in Latin, but whether Burton's note was ſo, or in Engliſh, or what the words were verbatim, I can't tell. *Ita cl. Tannerus in litteris ad me ſcriptis Nordovici Sept.* 20. 1731. *Atque in Bibliotheca Mooriana re vera exſtitiſſe Julianæ Barneſiæ (quâ prioriſſa alia nulla vel pulcrior, vel etiam doctior erat) librum, monuit item Joannes Bagfordius, vir ille inclytus, artis typographicæ incunabulorum longe peritiſſimus, in adverſariis quibuſdam, ſatis egregiis, penes nos, ex dono amiciſſimi Bakeri. In hoc autem à Tannero diſcrepat Bagfordius, quod librum typis excuſum fuiſſe innuit A. D.* M. CCCC. LXXXI. *Imo & Bagfordius mihi videtur fere prodere, bis equidem prodiiſſe in villa S. Albani. Quid quod & ipſe etiam, ni fallor, viderim duas in folio editiones? uti etiam adſpexi non ita pridem Guilielmi Caxtoni editionem, rariſſimam ſane, & auro contra non caram; quemadmodum & maximi ſimiliter æſtimandos eſſe duco non tantum Julianæ Barneſiæ librum, in villa Albanenſi impreſſum, ſed & omnes alios libros ibidem excuſos, ne quidem excepto aditu illo ad linguam Latinam,*

cu-

mæ, prioriſſæque abbatiæ monialium de Sopewell, cœnobii S. Albani cellæ, opere inſigni *de aucupatione* &c. ineſſe, quæ non ſint re vera ipſius Barneſiæ. atque eo ſpeciatim in loco, ubi de locutionibus aliquot, ab hominibus, accurate dicentibus, uſurpandis, agitur. Nam his in artibus, de quibus egit Juliana, Anglice & perſpicue dicendi magna laus non eſt: decore vero & apte dicendi etiam admiratio. In iiſdem enim conſiderare, quid rebus, quid perſonis, quid locis, quid temporibus conveniat, non eſt artis litterariæ, ſed ingenii plane et experientiæ. Loco illo, quem innuimus, Julianæ legas de exſecrabili monachorum copia; quod plane facit, ut locus omnino ſit nobis ſuſpectus. quippe qui putamus, ab ipſo Julianæ judicio penitus abhorrere. Neque reclamabit (ut videtur) ſi nunc uſpiam exſtet ipſum Barneſiæ *αὐτόγραφον*. quod tamen omnino periiſſe, arguit Codicum MSS. Julianæ mira raritas. At ab initio mul-

---

cujus ἀπόσπασμάτιον nos habemus in Fragmentis Newianis. Sed Bagfordii mens manifeſtior erit, ſi verba ejus ipſiſſima adferam. quod eo lubentius facio, quia non ſint aliis animadverſa. Julian Barnes her Gentleman's Academie of Hawking, Hunting, Fiſhing and Heraldry, the Armes in proper Colours, printed at and called the Booke of St. *Alban*'s, becauſe there first printed. A pot folio. The firſt that I ever ſaw had been the book of John Leland, after it came into the hands of Burton of Leyceſterſhire, and is now in the Collection of the Biſhop of Ely [Dr. Moore.] Julian Barnes was Abbeſs of the Nunnery of Sopewell near St. Alban's. There have been two Impreſſions of it in folio. M. CCCC. LXXXI.

tos fuiſſe codices chirographos, nullus dubito. Tam enim nobilibus, quam aliis, perplacuit feminæ, tum corporis tum animi dotibus conſpicuæ, opus. unde & in linguam Latinam verſum fuiſſe legimus [1]. Sed en tibi verba ipſa Julianæ, ſicuti concepta exſtant in fragmento Codicis impreſſi, ex editione, ni fallor, Pynſoniana. Reperi autem inter Fragmenta Newiana.

a multiplyenge of husbandes
a pontyfycalyte of prelates
a dygnyte of chanons
a charge of curates
dyſcrecyon of preeſtes
a ſcoll of freres
abominable ſyght of monkes

Pro **monkes**, ſive *monachorum*, repoſuerim **monkeys**, vel *ſimiarum*, niſi quod de viris in mox præcedentibus loquatur. Quod quum ita ſit, additamentum eſſe hunc ultimum verſiculum potius ſuſpicor. Nam plane per mihi mirum viſum eſt, Julianam perperam de monachis potuiſſe ſentire, feminam exculti ſſimam, & quæ neque ad dicendum, neque ad intelligendum eſſet invalida. Eo modo etiam de ipſa ſcribunt biographi, perinde ac ſi bona ſapienſque ſimul eſſet pariter atque erudita. Imo viraginem vocant, innuentes nimirum, neque voluptariis diſ-

1 *Pitſeus*, *p.*649.

pu-

putationibus, neque voluptariis vocibus, fuiſſe delectatam, verecundiuſque proinde egiſſe, quam ut inter homines illos, qui voluptate omnia metiuntur, numeretur. Hæc faciunt, ut & hæc verba, **a ſcoll of freres**, mihi etiam ſint fidei ſuſpectæ. **a ſcoll** idem eſt atque Anglo-Sax. ȝceole, ſive *cætus magnus*, vulgo **a ſhole**. Hîc autem eo fine uſurpatur, ut in contemptionem adducantur fratres, aliter, ut opinor, atque voluerat Juliana, quæ de his etiam pariter atque monachis optime, ut videtur, ſentiebat. Itaque & hæc itidem verba ab hominibus male feriatis inſerta fuiſſe fere dixerim. Wiccleviſtis nempe, vel certe Wiccleviſtarum fautoribus. Neque tamen inficias iverim, **freres** exſtare in Codice, Henrico VI^to^ regnante ſcripto, penes Thomam Rawlins, v. egregium. qui ſane Codex ſententiam noſtram ſtabilit, opus Barneſiæ, quod nunc vulgo circumfertur, in aliquibus minus eſſe authenticum. In eo **ſculk** pro **ſcoll**, & **mockes** pro **monkes**, legitur. hoc modo ſcilicet:

a ſculk of foxus. of frer^s^. of thebes. an honynable ſhyt of mockes. a ſuperfluite of nonnes[1].

§. XXXV. At præter illos, qui verba ad arbitrium inſerere religioſorum libris ſolebant,

1 *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 132. *p.* 87.

fuit & aliud genus hominum, qui, ſe omnes fere religioſis adeo fuiſſe inimicos, dicebant, ut Codices ab ipſis ſcriptos integros etiam temere deſtruere auſi ſint. Cujuſmodi item homines & nunc itidem dierum exſtare permultos, apertiſſimum eſſe arbitror; quorum equidem patrocinium non deſunt viri magni nominis qui ſuſcipiant. Verum ego non quæro nunc, quænam ſint nomina id genus patronorum, ſed moneo duntaxat doleoque etiam, tantam ſtragem (quam incredibilem veriſſime vocarim) factam fuiſſe operum, à monachis conſignatorum, quorum perplura penitus deleta ac perdita fuiſſe conſtat, aliaque etiam ita mutilata, ut fragmenta duntaxat eorundem nunc fere exſtent. In qua ſtrage & S. Patrum Eccleſiæ & auctorum claſſicorum Codicum clades facta eſt plane horrenda. Id quod & ipſe faſſus eſt Joannes Baleus, partimque etiam deploravit, alioqui ſane *Puritanus*, & in illorum numero cenſendus, qui religioſorum adverſariis non ſolum faverint, ſed & ſuppetias tulerint. Qui tamen adverſarii publice prodiderunt, ſe re vera rei litterariæ, religioniſque etiam primævæ, patronos fuiſſe ſtrenuos, hypocritas quomodocunque deteſtabiles, populique deceptores improbos; quorum poſteros paſſim notatos videas in Hiſtoriis belli nuperi civilis, digniſſimos profecto, qui morte plecterentur, etſi plerique principis clementiſſimi miſericordiam

diam adeo ſint experti, ut veniam ipſis plane dederit, lege amneſtiæ hac de re lata: gementibus interim non paucis, qui declarabant, id genus homines, qui principes legitimos oppugnant, ferociores plerumque fieri, ſi intelligant, ſua cujuſque crimina non eſſe pœnis mulctanda. Quamobrem & ipſum hiſtoricum nobiliſſimum culparunt non pauci, quod principem clementiſſimum hortatus ſit inimicos ad honores evehere, ſuſque deque vero habere amicos. Verum hæc politica miſſa faciamus, tanquam abhorrentia ab auribus plerorumque lectorum: attamen ejuſmodi, quæ veriſſima eſſe perſuaſum habeo. Sed vere an ſecus, nihil ad hoc tempus. Ad inſtitutum propius ſpectant fragmenta librorum impreſſorum, qui & ipſi etiam hominum, religioſis inimicorum, feritatem ſuſtinuerunt. Nec propterea illis veniam dandam eſſe cenſemus, qui tot Miſſalia, non tantum manu exarata, ſed & typis excuſa, manca reddiderunt, ſicuti & alia prorſus perdiderunt. Quod fecerunt nullam aliam ob rationem, niſi propter odium in religioſos, obtendentes, id genus omnes libros fugiendos, abjiciendos, vel ſaltem expurgandos eſſe, eo quod eorundem auctores fuerint papiſtæ, papiſtarumque amici: imo & in aliquibus vocem ipſam *papam* crebro occurrere objiciunt. quam proinde vocem homines quidam male curioſi nobis furcillare ſtudent, dum alii penitus expungunt: plane

ne non intelligentes, quid re vera vox ipſa denotet, quemadmodum neque conſiderant, loca permulta Miſſalium, aliorumque etiam Officiorum ſacrorum, deſtruendo ſe agere contra Eccleſiæ ritus vetuſtiſſimos, auctoreſque proinde multos antiquiſſimos, qui & ipſi eopſe modo ſint locuti. Quod ſi vel vocis, quam diximus, vim atque ſignificationem intelligunt, vel etiam cogitant ab antiquitate primæva perquam plura in id genus officiis non abludere, malunt nihilominus (ut mihi videtur) perverſe & agere & loqui, quam ut homines decet & modeſtos & Chriſtianos. quemadmodum & principes illi perverſe egiſſe videntur, qui omnem Angliam noſtram compilarunt, ſublatis Divorum ſimulacris ſanctiſſimis, ornamentiſque eccleſiarum ac fanorum; quorum fanorum ſane aliquot tanta fuit religio, ut eorundem adire ſecreta penetralia hominibus permultis nefas eſſet, tantaque etiam antiquitas, ut omnes hiſtoriæ loquantur, ipſi Joſepho de Arimathæa originem primam debuiſſe.

§. XXXVI. Quæ quum ita ſint, proculdubio laudandi ſunt illi, quotquot librorum veterum, vel MSS. vel etiam impreſſorum, ἀπαπασμάτια [ſive fragmenta] conſervanda eſſe curant. haud aliter atque veteres etiam illos laudare ſolebant, qui Homeri operum lacinias hinc inde collegerant, et veluti tabulas pretioſas de naufragio quaſi arripuerant. In quibus & ipſe fuit Piſiſtratus.

tus. Quid vero ille? Is certe (nam iisdem illis temporibus nemo aut doctior exstitit, aut cujus eloquentia litteris instructior fuisse traditur) primus Homeri libros confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Quare & eo nomine nos etiam ipsos forte laudabis, quod omnium maturrime serio cum cl. Dodwello dissertarim de librorum aliisque vetustatis reliquiis, quippe qui jam adolescens ab academia nostra Oxoniensi ad Shottesbrochiam pedibus, pro more nostro, iter fecerim, tum ut v. cl. Henrici Spelmanni, doctrina, consilio judicioque excellentis, Historiam Sacrilegii exscriberem, tum ut his de rebus cum Dodwello colloquium haberem. Sed missa isthæc faciamus. nam perridiculum est de nobismet ipsis scribere. Quare non quid ego, sed quid alii fecerint, disputandum. At vero in hoc genere fragmenta colligendi omnes quidem alios (quantum ego existimare possum) facile superavit Joannes Bagfordius, de quo apud Hemingum[1]. Incredibile est, quanta usus sit diligentia in laciniis veteribus coacervandis. Imo in hoc labore quidem tantum versari exoptabat quantum potuit, tantum autem re vera versabatur, quantum ingenio (nam divino sane fruebatur) quantum mediocri doctrina, (nam neque ingenue, neque liberaliter unquam fuit educatus) quantum usu valuit. Atque hæc habui, quæ

1 *Pag.* 656.

de

de Bagfordii in hac parte doctrinæ (ſi modo doctrina ſit appellanda) induſtria in præſentia dicerem. Quam certe tantam rem eſſe nonnulli cenſuerunt, ut ipſum ſint imitati. In his fuit amicus noſter nuperus Thomas Rawlinſonus, cujus peritiam in ſupellectile libraria, animique magnitudinem nemo fere hominum eruditorum unquam attigit, quod tamen vix agnoſcet ſeculum ingratum. Quanquam non deſunt, qui putent, ipſius memoriæ ſtatuam deberi. idque etiam ad ſumptus Bibliopolarum, quorum facultates mire auxerat. quorum tamen aliqui (utcunque de illis optime meritus fuiſſet) quum librorum Rawlinſoni auctio fieret, pro virili (clandeſtinò tamen) laborabant, ut minus auſpicatò venderentur. Quod videntes probi aliquot, qui rem omnem noverant, clamitabant, *ô homines ſceleſtos! hos jam oportet in cruciatum hinc abripi!* Quod hæc notem, non eſt cur vitio vertas. Nam nil pol falſi dixi, mi lector. Quo tempore vixit Rawlinſonus (& quidem perquam jucundum eſt commemorare) magna & laudabilis erat æmulatio inter viros eruditos, alioſque etiam, in libris perquirendis ac comparandis. imo in fragmentis quoque. Adeo ut domicilia, ubi venales id genus res pretioſæ proſtabant, hominum cœtu frequenti ſemper complerentur, in magnum profecto commodum eorum, ad quos libri aliæque res illæ pertinebant. quippe quod emptores par-

parvo ære nunquam, aut rariſſime compararent. E quibus hominibus et ipſe etiam eſt amicus noſter egregius Joannes Murraius, qui fragmenta, pariter ac libros raros integros, jam per multos annos colligere conſuevit. Specimen fragmentorum Murraianorum cum alibi, tum & apud Hemingum noſtrum habes. Atque ex ejuſmodi fragmentis non exigua pars ipſius collectionis conflatur. Rejectis aliis permultis, quos, ſi otium eſſet, celebrare liceret, Petri le Neve duntaxat nunc temporis faciam mentionem, qui nullis fere terminis inſtitutum ſuum de Antiquitatibus agri Norfolciani conſcribendis circumſcripſit aut definiit, quo minus ad arbitrium vagaretur. Itaque nullis quaſi ſeptus terminis, nihil ſibi prætermittendum eſſe judicavit, quod ad antiquitates noſtras omnigenas ſpectat. Unde &, Bagfordii ad exemplum, fragmenta itidem collegit; putans ſcilicet, in iiſdem forte fortuna reperiri potuiſſe non pauca ad rem ſuam. Neque dubium, quin operæ pretium fuiſſe expertus ſit. Id genus veſtigia manent in fragmentis illis, quæ ex ipſius collectione mihi donavit Robertus Newus, de quo ſuperius. Ejuſdemque monetæ perplura præterea habuit Le Neve, è quibus & typorum (quorundam prelorum veterum) elegantia aliquatenus elici queat. Non aliud equidem eſt illud fragmentum Miſſalis cujuſdam membranei, elegantiſſime excuſi, quod in reli-

quiis illis Newianis, quas dixi, inveni. At vehementiſſime dolendum eſt, fragmentum tantummodo eſſe exiguum, librumque ipſum adeo fuiſſe laceratum ac diſtractum, ut reliquæ fortean partes omnes interciderint. Cujus infortunii vel Wiccleviſtas, vel eorum ſimiles, auctores fuiſſe, rectiſſime, ut videtur, dixeris. Quemadmodum & ego ſimiliter cenſuerim, haud alios atque Lollardos ſive Wiccleviſtas fuiſſe, qui tractatum de laudibus S. Martini perdiderint, cujus mentionem habemus itidem in fragmentis Newianis. Quem tractatum eo potiſſimum dolendum eſſe arbitror nobis deſiderari, quod inde fortean eruere poſſem nonnulla, ad parochiæ antiquitates D. Martini apud Oxonienſes pertinentia. Quæ ſi lectori ſiſterentur, mirifice, ni fallor, placerent, Oxonienſibus præcipue noſtris, qui ſciunt, S. Martinum (*parem apoſtolis* & Ἰσαπόστολον à quibuſdam vocitatum) magno ſemper in honore ab Oxonienſibus olim habitum fuiſſe, donec à Lollardis monerentur, viris ſanctis honores non eſſe tribuendos; qui proinde Lollardi voluerunt, *parochiam de* Cairfax potius eſſe appellandam, quam *parochiam D. Martini*. Quo nomine hodie etiam fere venit, ſicuti & ita quoque, ſive *parochia de Quadrivio*, in veteribus itidem ſcriptis ſubinde vocatur. Unde & *Quadrivium* legas in collegii Magdalenenſis Codice MS. de quo nuper Diſſertationem brevem contexui atque edi-

di.

di. In qua noſtra Diſſertatione de Roberto Dobbys, à *Quadrivio*, quum jam plane eſſet vinolentus, redeunte, mentio habetur. Puto autem, Dobbys hunc vini plenum fuiſſe factum in taberna de Swyndleſtocke, paucis abhinc annis ſolo tenus diruta ac complanata. Certe collegii Mertonenſis ſocius erat. Liquet è Wodio, apud quem memoriæ proditum eſt, ejuſdem item collegii ſocios fuiſſe Thomam Eland & Robertum Gloceſtre. Equidem noſtra non vehementer intereſt, hæc notare. Tacere tamen nolui,eo quod, quum Caium ediderim, me fugiſſet, aliquid hac de re conſignaſſe Wodium. At plane ſterilior in hac parte eſt Wodius, quam oportebat. quippe qui nihil de fragmento illo orationis, ſive concionis, quod dedimus retulit, quomodocunque perquam jucundo, lectoribuſque etiam acceptiſſimo; utpote in quo manifeſta veſtigia terræ-filiorum Oxonienſium. Ceterum quod de metrica quæſtionum diſpoſitione animadvertit Wodius, id omne, ut exiſtimo, vel è Twyni, vel è Langbainii Coll. MSS. excerpſit; quam tamen diſpoſitionem in MS. Magdalenenſi non ſervari teſtor. Neque id genus diſpoſitio in aliis appareret Codicibus MSS. veteribus, licet non poſſit negari, verba, ſi ad examen revocentur, metrice eſſe concepta. Quod de orationibus ſive precibus quibuſdam ſimiliter etiam dici queat, voces metrice enunciatas exhibentibus, tametſi alio

ordine atque in carminibus positas. Sed hæc relinquenda virorum eruditorum, in Codd. MSS. versatorum, diligentiæ. Monuisse sat est. Neque vel jejunum, vel etiam inane, hæc me tetigisse, lector candide, arbitraberis; potissimum si tibi grata sit vel mentio Sanctorum, vel etiam Confessorum, è quibus Confessoribus erat S. Wandregesilus abbas, de quo & in fragmentis nostris lacinia occurrit quædam membranea, admodum licet manca, notitiamque paullo curtiorem tradens. De quo Sancto, si lubet, apud Belgicos quæras scriptores. uti etiam apud Surium, è quo constat, migrasse ex hac vita A.D.DCLXV. Sunt & alii scriptores, qui de Sanctis, idque etiam Surio fusius, egerunt, utpote qui quum perquam multos Codices MSS. evolverent, commentarios valde prolixos confecerunt. Sed Surium aliis hac in re potiorem puto.

§. XXXVII. A Wiccleviſtis, sive Lollardis, ejusmodique hominibus dissociandos esse Puritanos Anglicanos, non est, cur quis contendat. Neque ullum video argumentum extenuationis culparum criminumve utriusvis hominum generis. Omnes æque sacrilegii rei sunt, ipsisque tribuendus tot præstantissimorum librorum veterum interitus. Quidni igitur & Puritanis Fanaticisve ascriberem damnum, quod fecit Codex eximius, typis excusus, in bibliotheca collegii Omnium Animarum Oxonii? Quem, quum ejusdem

dem ſpectandi admodum cupidus eſſem, perquam benevole mihi oſtenderunt unus atque alter è ſociis collegii eruditis. Codex, quem dico, eſt *Durandi Rationale Divinorum Officiorum.* Eſt in membranis, ſed (quod doleo) valde mutilus. Mutilatio hæc obſtat, quo minus pro certo ſtatuere poſſim, quonam anno, vel quonam etiam loco, fuerit excuſus. Uti neque exploratum habeo, quonam pretio væniit. nam & hoc etiam ſcire intereſt, modo id nobis conſtare poſſit. Exemplar ejuſdem operis ὁλόκληρον ſive integrum, idque etiam in membranis, in bibliotheca quadam eſſe privata me certiorem fecit amicus non ita pridem defunctus. quæ profecto bibliotheca pertinet ad Baronettum prænobilem D. Thomam Sebright, de nobis præclare meritum. Et A.D. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono (ſine ſignaturis, quas vocant, ad imum paginarum typographicis) impreſſum fuiſſe, me certiorem fecit vir doctus Benjaminus Howellus, S.T.B. non ita pridem collegii Jeſu Oxoniæ ſocius. Codicem quod attinet mutilum in bibliotheca collegii Omnium Animarum, olim in capellæ choro adſervatum fuiſſe, è nota quadam colligo ad Codicis initium. Unde etiam liquet, collegio donatum fuiſſe A.D.M.CCCC.XCVIII. Id quod ſatis tibi erit manifeſtum ex ipſa, quam è Collectaneis noſtris MSS. vol. 103. p. 156. hîc divulgabo, nota, una cum illis, quæ de eodem

Co-

Codice breviter ipſe dixi. (Scripſi vero diu antequam annotationem ſuam de Codice Sebrightiano ad me miſerit amiciſſimus Howellus.) Nempe,

They have in All-Souls College Library, a noble folio Book, printed on Vellum, of Durantus's Rationale Divinorum, but then it hath been horridly abuſed, ſeveral leaves being cut out. Nor does the date when printed appear, tho' it was very early, as may appear from the following MS. Note at the Beginning of the Book: *Liber Collegii omnium animarum Oxon̄, quem Reverendus pater Jacobus Goldwell, Epiſcopus Norwicenſis, emit in civitate Hamburgenſi, dum erat miſſus in ambaſſiatam à Criſtianiſſimo principe Edwardo Rege Angliæ &c. ad illuſtriſſimum principem Regem Daniæ, voluitque dictus Reverendus pater, ut cathanetur in choro dicti Collegii, ad utilitatem ſtudencium. Et ſi quis eum alienaverit, vel contra hanc diſpoſicionem fecerit, anathema ſit. Et hæc diſpoſicio erat per præfatum Reverendum patrem anno Domini millimo* CCCCLXXXXVIII°.

This Book is even imperfect at the end, where, in all likelyhood, was the date.

Beughem in his Incunabula typographiæ notes, that Durandus or Durantus's Rationale divinorum officiorum was printed ſeveral times before 1500. viz. Moguntiæ 1459. Reutlingæ 1473. Venet. 1485. Argent. 1486. Baſileæ 1488. Norib. 1493. in f.

Gold-

Goldwell was made Bishop of Norwich 1472. 12 Edw.4. Godwin p. 497.

He was before Dean of Salisbury, & Secretary to K. Edw.IV.

It is, as it is, a Book of great value, but were it perfect, it would be look'd upon as worth about an hundred pounds among some curious men.

§. XXXVIII. Licet fortasse non desint, qui ex hac nota conjicient, nos esse stultos pretii librorum existimatores, haudquaquam tamen hercle nos inepte sensisse judicabunt alii, simul atque cognoverint, suam cuique rem esse carissimam, virumque quendam, his in rebus longe versatissimum, Baronetti prænobilis (quem supra innuimus) Codicem centum plus minus varere libras nobis indicasse. Quemadmodum neque putabunt, nos injuria Wiccleviſtis Puritanisque aliis librorum destructionem attribuisse, postquam accurate intellexerint, hujusmodi homines furta esse peccata neutiquam putare. Neque est cur existimes, hæc temere esse dicta. Sententiam sane confirmare haut leviter videntur bella nostra civilia, in quibus tanta librorum strages facta fuerit ab ipsis Wiccleviſtis reliquisque Puritanis, regiæ prosapiæ infestissimis. Proque eapse hac sententia adduci possint exempla recentiora. Id quod nemini latere potest, qui meminerit, Puritanos solere libros alienos sibi

ven-

vendicare, & tanquam proprios edere. Me autem, mi lector, fateor neque probare hoſce homines, neque rebus geſtis eorundem favere. Itaque ſi quæris de Wiccleviſtis aliquot hodiernis quid ego ſentiam, in artibus hiſce malis diligenter verſatis, non tantum furti damnandos, ſed & pro auctoribus dupondiis ac dyſcolis (vereor ne gravius hæc ferant Lollardi) habendos eſſe arbitror. Quid ſibi velit hæc oratio (nam tua æque ac noſtra refert ſcire) facilius aſſequêris, ſi id tibi forſitan in mentem veniat, nos alicubi de homine quodam conqueſtos fuiſſe à quo (ô audaciam ſingularem!) expilati ſumus: quod non miraberis, ſi, ut percrebuit fama (cui vix, ac ne vix quidem crediderim) omnem fere triverit in alienis operibus expilandis ætatem, deque rebus antiquis loqui auſus fuerit, ab ipſa natura adeo non adjutus, ut harum rerum funditus naturâ perhibeatur eſſe expers. Quod ſi verum ſit, inter ſcriptores illos jure optimo numeraveris, qui antiquitatem obtinent lacinia, ſive leviter, neque tam accurate de ea diſputant, quam etiam vulgus in agro. Sed manum de tabula.

§.XXXIX. Quemadmodum & quorſum Lollardorum fraudes ſpectent aperte videbis, ſi cogites, omnes fere enthuſiaſtas eſſe. Unde nil mirum, Oliverum itidem Cromwellium, hypocritarum ac perduellium recentiorum anteſignanum, enthuſiaſtam fuiſſe & ipſum. Quod cogno-

cognoſcitur ex omnibus ejus actionibus. Enthuſiaſtæ ſanctitatem ac religionem præ ſe ferunt, dum tamen in eo maxime ponunt ſtudium, ut omnia perturbentur, religioque etiam ipſa ſumma adeat pericula. Idcirco obſervare eſt, et perduellium principes, cuicuimodi eſſent, nunquam non fuiſſe enthuſiaſtas. quanquam non hæc ita ſtatuo ac decerno, ut putem, omnes ſententias ſuas enthuſiaſticas palam docuiſſe. Nonnulli enim tanta prædiți erant communis prudentiæ (quæ uſu magis, quam præceptis paratur) facultate, ut caute callideque celarint, donec ſatis opportunum eſſe viderent, aperte enunciare ac prodere, quid apud ſe concepiſſent. Quam tamen prudentiam in Duce nupero Monemuthenſi (qui, quid quandoque deceat facere, neſciviſſe videtur) longe deſiderabant amici ejus, quem plane enthuſiaſtam fuiſſe fatebatur etiam Guilielmus Lloydius, epiſcopus tunc temporis Aſaphenſis. Sed ne nobis animum inducas non credere, epiſtolam, huc pertinentem, Lloydii in Appendice [1] emittam, ad doctiſſimum ſanctiſſimumque Fellum, epiſcopum Oxonienſem, ſcriptam. Quæ quidem epiſtola tibi revocabit proculdubio in memoriam orationem illam cl. Spenſeri, quam nuper edidi ad Thomæ Caii noſtri initium, mecum communicatam ab amiciſſimo viro Beaupréo Bello Cantabrigienſi, qui adeo favet cona-

[1] N. XIII.

tibus noſtris eruditis, ut, dum opus hoc exercet prelum Sheldonianum, breviter in litteris, ad nos datis, de aginatore Swaffhamiano differuerit [1]. Ceterum ex epiſtola Lloydiana illud profecto manifeſtiſſimum erit, Ducem Monemuthenſem, quantumvis ab re uxoria non abhorrentem, amoribus tamen meretriciis vehementiſſime fuiſſe delectatum, uxorique proinde minus fuiſſe fidelem. At vero neutiquam mirandum, adoleſcentulas aliquot, alioqui forma & vultu adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra, ipſum incredibiliter deperiiſſe (quippe, ſi faciem vidiſſes, principem fuiſſe quantivis pretii juraſſes) deque ipſius pulchritudine eximia paſſim locutas eſſe, quum ſimul atque ex ephebis exceſſiſſet Dux ſpecioſiſſimus, pro deliciis gentis Britannicæ haberetur, ab omnibuſque artium popularium ſtudioſis coleretur, quod plane in ipſius cecidit perniciem, quippe qui omnes rumorum & concionum ventos exinde colligere conſueſſet, illorumque amplecti amicitiam, qui Regiæ Majeſtati inſidias ſtruxiſſent, ipſique tributa, vectigalia, portoriaque etiam ſolvenda eſſe pernegarent: cujuſmodi redditus non ad ipſam Regiam Majeſtatem, ſed ad Ducem formoſiſſimum re vera pertinere, perinde ac ſi Rex ipſe (à quo deſciverat, & in quem conſpiraverat Dux) nihil ad coronam juris haberet, prodebant.

---

1 *Vide Append.* N.XIV.

Ne-

Neque mirari ſubit, id genus ſermones vulgo valde placuiſſe, cincinnis ac fuco maxime fere delectato. Contra tamen audivi mehercule, & ſæpe admiratus ſum, hominum aliquot litteratorum cum levitatem & pravitatem, tum etiam puſillanimitatem ac timiditatem, qui dogmata illa eccleſiæ Anglicanæ, quæ jam contra Ducem Monemuthenſem defenderant, poſtea deſerenda eſſe docuerunt ac plane abjuranda. *Quid?* Ut verum fatear, non tantum admiror illos homines, ſed & doleo quidem, vel unquam natos fuiſſe, vel etiam jam natos in eam fraudem in Republica eſſe delapſos, ut doctrinas illas tenendas eſſe perhibuerint, quæ antiquitati primævæ minime congruunt. Abſit vero, ut quis putet, ea, quæ conſignaverim, ab hujus noſtri ſermonis officio abhorrere. Quocirca mi, te obſecro, lector, abi, & hominum illorum, de quibus diximus, facinora apud te expende, quorum ego nondum plane rationes, ſeu potius fallacias intelligo. Edidi autem (nam, ut hoc ſcias, decet maxime) non tantum quæ ad Caii calcem pollicitus ſum, ſed & plura; non quidem ut volui, ſed ut facultates permiſerunt. Sed nec hîc ſiſtendum. Nam priuſquam abeas, id etiam monere viſum eſt, etſi nimirum Dux Monemuthenſis enthuſiaſta plane fuerit, nos tamen minime opinari, enthuſiaſtam etiam fuiſſe Gualterum Rawleium, equitem auratum, Hiſtoriæ U-

niverſalis auctorem immortalem. Equidem ipſe etiam ob proditionem detruncatus fuit, inimicis ita volentibus, at quem ego puto probum, bene moratum, ac bonum virum profecto fuiſſe, & forſitan innocentem. Certe intrepidus [1] adeo mortem adivit, ut Romanam conſtantiam animique ſtabilitatem revocaſſe, vel potius ſuperaſſe, videatur [2]. Vale. Oxonii, ad diem 25 Novembris cIↃIↃccxxxi.

---

1 *Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. l.* II. *p.* 110. 2 *Vide Append. N.* XV.

A P-

APPENDIX.

Num. I. Vide Præf. §. I.

De GUALTERIO HEMENGOBURGO, *è* Lelando *de Scriptorib. Brit. p.* 305.

GUALTERIUS *Hemengoburgus*, canonicus *Giſiburnenſis* cœnobii, quod eſt prope *Cliviam*, *Eboracenſium* provinciolam, *Theſi* flumini celeberrimo adjacentem, impendio ſtudioſus erat literarum: quo tandem factum eſt, ut in eruditum evaſerit, & non levem apud ſuos gratiam ſibi pepererit. Ejuſmodi enim res literaria virtus eſt, ut autori gratiam, honorem, gloriam etiam facile conciliet. Quare virtutis præmio lætior factus, quanquam ipſa virtus per ſe ſatis illuſtris aliunde emicantibus ſplendoribus non eget, qua cœpit via perrexit, magnis plane paſſibus ad extremam ſacræ theologiæ metam contendens. In quo cum jam non infeliciter curſum longum continuaſſet, ecce cupido quædam ejus occupavit animum, ut hi-

hiſtoriam rerum *Anglicarum* poſteritati dedicaret. Bonis igitur avibus ab ipſo *Gulielmo Nortomanno* exordium ſumens, ad tempora *Edovardi* ejus appellationis primi, *Anglorum* res geſtas ſumma cura perſcripſit. Hanc ego nuper hiſtoriam *Giſoburnæ Clivienſium* ſedulo quæſivi; non tamen inveni: aliâs ſemel vidi in *Fontana*, ſive *Uuellenſi* bibliotheca. Cætera, quæ ſcripſit, nuſquam comparent. Vixit regnante *Henrico* tertio, & *Edovardo* ejus filio. Obiit *Giſiburnæ*, ubi & ſepultus eſt.

Num. II. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMMYNGFORDE, *è Baleo, Cent. V. Script.* LXXI. *p.* 426.

GVALTERUS Hemmyngforde, Canonicus Gisburnenſis cœnobii regularis, ordinis D. Auguſtini, quod cœnobium eſt prope Cliviam Eboracenſis patriæ provinciolam, Theſi flumini celeberrimo adjacentem: impendio ſtudioſus literarum erat, ut Lelandus ipſe colligit. Quo tandem factum eſt, ut in eruditum evaſerit virum, & non levem apud ſuos gratiam ſibi pepererit. In quo ſtudio quum jam non infœliciter curſum longum continuaſſet, ecce cupido quædam ejus occupavit animum, ut hiſtoriam rerum Anglicarum poſteritati dedicaret. Bonis igitur avibus ab ipſo Guilhelmo Normanno exordium ſumens, ad tempora Edvuardi ejus appellationis ſecundi, hoc eſt, ab anno Chriſti 1066, uſque ad annum ejus 1308, Anglorum res geſtas ſumma cura, ac plena oratione perſcripſit: ut & Guilhelmus Hormannus in ſuis collectaneis refert. vocabatque ſuum hoc opus,

Hiſtoriam Anglorum,	*Lib.* 1.
Chronicon Eduuardi tertii,	*Lib.* 1. *Eduuardus poſt conqueſtum tertius.*
Sermones aliquot,	*Lib.* 1.

Atque alia quædam edidit, ut produnt authores, ſed ea non comparent. Claruit ſub eodem Edvuardo tertio varia componens: & obiiſſe fertur anno patefactæ gratiæ per Chriſtum 1347, Gisburnæ in ſuo cœnobio, ubi & ſepultus eſt.

Num.

Num. III. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMMINGFORDO, *è Pitſeo Ætat.* XIV. *an.* 1347. *pag.* 456.

GUALTERUS Hemmingfordus natione Anglus, ordinis S. Auguſtini Canonicus regularis in cœnobio Gisburnenſi, quod ædificavit R. Brius ad Theſim fluvium in Eboracenſi Clivia. Vir, ut auctor eſt Lelandus, bono ingenio, & ſcientiarum avido. Unde accedente ad indolem naturalem labore, & induſtriâ, ad ſummam eruditionem pervenit. Cum autem, tranſacto ſtudiorum ſuorum curriculo, ſui juris eſſet, ut cui vellet ſcientiæ ſe applicare poſſet; amor patriæ eum impulit, ut hiſtorias Angliæ legeret, & ex iis notatu digniora ſeligeret, atque accurata methodo poſteritati traderet. Hiſtoriam igitur à Normannorum ingreſſu aggreſſus, à Guilhelmo primo uſque ad Edwardum ſecundum, hoc eſt ab anno Domini 1066, ad annum 1308 deduxit. Ubi, ut in ſuis collectaneis auctor eſt Guilhelmus Hormannus, res geſtas Anglorum ſtylo non inelegante, cura magna, & fide pari deſcribit. Quod opus prænotavit

Hiſtoriam Anglorum, ſeu chronica de geſtis Regum Angliæ, Librum unum.

Ne faſtidioſus. M. S. Cantabr. in Collegio S. Benedicti.

Chronicon Edwardi tertii, Librum unum. Edwardus poſt conqueſtum tertius.

Sermonum, Librum unum.

Obiit & ſepulturam accepit Gisbornæ in cœnobio ſuo, anno poſt incarnatum Filium Dei 1347, dum in Anglia feliciter regnaret, in Gallia potenter triumpharet Edwardus tertius.

Num. IV. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMMINGFORD, *è Joannis Joſſelini Ca-*

ta-

talogo Hiſtoricorum noſtrorum, ad calcem Roberti Aveſburienſis à nobis edito, p.291.

GUALTERUS Hemmingford plana oratione perſcripſit hiſtoriam, à Willelmo primo ejus nominis Anglorum Rege, uſque ad Edwardum ſecundum, hoc eſt, uſque ad annum.1308. Chronicon item Edwardi tertii, ſub quo claruit. Quod incipit: *Edwardus poſt Conqueſtum tertius.* Obiiſſe fertur anno graciæ.1347. Gisburno in ſuo Cœnobio ſepultus.

Num. V. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMINGFORD, *è ſcriptore anonymo, à nobis ad calcem Hemingi Chartularii Eccleſiæ Wigornienſis edito,* pag.650.

GUALTERUS Hemingford. **This man was an [1] Auſten frier in Yorkeſhire, who, burninge wyth the loue of hys countrey, writ an Hiſtory from the time of William Conqueror, to the time of Edward the ſecond. He alſo wrate an Hiſtorye of his owne time, contynuing the ſame til the XX. yeare of the reygne of Ed. the third, which was the yeare of Chriſt. 1346. He deceaſed in the yeare 1347.**

Num. VI. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMMYNGFORDE, *è Gerardo Joanne Voſſio de Hiſtoricis Latinis, lib.*II.

GVALTERVS HEMMYNGFORDE, Anglus, regularis Canonicus cœnobii Gisburnenſis, floruit ſub Eduardo III. Ingenii atque induſtriæ ſuæ monumentum nobis dedit, Chronicon Eduardi III, itemque hiſto-

---

1 **This is an unwary expreſſion. He was indeed Canon at** Gisburn, **which was of the Order of St** Auſtin, **but the difference was very great between an** Auſtin **Canon and an** Auſtin **Fryer.** *Ita cl.* Tannerus *in litteris ad nos ſcriptis* Norvici Sept.20.1731.

riam

riam Anglorum, ab Guilielmo Normanno, hoc eſt anno CIↃLXVI, uſque ad tempora Eduardi II, hoc eſt an. CIↃCCCVIII. Quod opus MSum Cantabrigiæ adſervatur in Collegio S. Benedicti. Liber eſt chartaceus, nec valde antiquus. Incipit, *Ne faſtidioſus*. Gisburnæ in cœnobio ſuo defunctus eſt anno CIↃCCCXLVII. Hunc auctorem exſcribere ſolet hiſtoricus monaſterii de Abbington: ut obſervat is, qui præfatur in Matthæum Florilegum.

Num. VII. Vide Præf. §. I.

De GUALTERO HEMINGFORDO, *ex Henrici Whartoni Appendice ad Guilielmi Cavei Hiſt. Litterariam, ſub anno* 1330.

GUALTERUS HEMINGFORDUS, gente Anglus, Giſburnenſis Cœnobii prope Cliviam in agro Eboracenſi Canonicus Regularis Ordinis Auguſtiniani. Claruit anno 1330. Obiit Gisburnæ anno 1347. in Cœnobio ſuo ſepultus. Scripſit *Hiſtoriam de Geſtis Regum Angliæ à Gulielmo Baſtardo ad Edwardi* II. *Regis tempora*, viz. ab anno 1066. ad annum 1308. ſi Balæo * ac Voſſio † fides. Curtiore exemplari uſus eſt Cl. Galeus, qui in annotatiuncula, Hiſtoriæ iſti, ab ipſo nuper evulgatæ, præfixa, nonniſi ad annum 1300. Hiſtoriam à Gualtero productam eſſe meminit. Aliud autem ejuſdem exemplar MS. vidi Cantabrigiæ in Collegio Corporis Chriſti, quod ad annum uſque 1313 progreditur, & in his verbis deſinit, *Terra ſiluit & quievit*. Ibidem MS. extat ejuſdem *Hiſtoriæ Edwardi* II. quæ tamen, ni male memini, haud aliud eſt quam poſtrema Hiſtoriæ prædictæ pars; quæ ad annum 1313. progreſſa res primo Edwardi II. ſexennio geſtas enarrat. Cæterum Hiſtoriæ illius partem priorem, viz. ab anno 1066. ad 1273. inter Hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores Quinque *Oxoniæ* 1687. fol. evulgandam curavit Cl. Galeus, reliquam ſe propediem editurum pollicitus. Præter Annales iſtos habentur MSS. in Bibliotheca Cottoniana ‡ *Geſta Edwardi* III. à Gualtero noſtro conſcripta; Verum, ut priores dun-

* Cent. 5. cap. 71.
† De Hiſt. Lat. l. 2. c. 65.
‡ Sub effigie Neronis D. 2. num. 19.

duntaxat Edwardi III. annos attingant, neceſſe eſt, cum triginta circiter ante Regem annis Gualterus obierit.

Num. VIII. Vide Præf. §. V.

De magna diſcordia Oxonienſi A. D. MCCLXIIII°. *inter Academicos & oppidanos, è Chronico Abbingtonienſi MS. in bibliotheca publica Cantabrigienſi.*

EODEM anno [MCCLXIIII°:] orta eſt diſcordia quam maxima inter Univerſitatem Oxon̄: et Burgenſes, ita quod ad invicem ſe percuciendo vulnerando interficerent. Quo facto Clerici ex toto receſſerunt per quindenam, et multi eorum, ex conſilio Baronum, Norhamtonam venientes legerunt. Quod cum Burgenſes vidiſſent, inito conſilio, partes hinc inde Regem adierunt, veritatem eidem nunciantes. Dominus autem Rex mandavit Scolaribus, ut redirent, et more ſolito ſtarent ibidem. Cumque quidam eorum reverſi fuiſſent, et legerent, ſicut prius, mandavit iterum Rex, tam Clericis quam Burgenſibus, ut omnes Clerici exirent, donec ipſe ibidem tenuerit Parliamentum ſuum, et tunc reverterentur, quod et factum eſt. Eodem anno, tempore Quadrageſimali, Rex Henricus, in die Sancti Benedicti Abbatis, intravit primitus in Caſtrum Oxoniæ, et ibidem [1] quod bibit nullus Regum fecit ante eum poſt mortem Sanctæ Fredewydæ Virginis. Eodem tempore, V. Kal. Aprīl. idem Rex primo intravit in Civitatem Oxon̄: et cum nobili proceſſione apud Sanctam Fredeſwidam ſuſceptus, Miſſamque ibidem audiens, poſtea ad Fratres reverſus eſt. Cumque ad mediam Quadrageſimam idem Rex mandaſſet, omnes, qui ei ſervicium debuerant, ut ibidem eſſent prompti cum ſervicio ſuo, nullus tamen Baronum, contra ipſum exiſtentium, ibidem voluit accedere, quia de pace non poterant expedire, ſed alibi tractabant et parlamentabant, quidam London̄ et quidam Norhamton. Cum autem Rex hæc audi-

---

1 *F.* bibit, quod.

ret

ret --- per mediam civitatem Oxon̄: pertranſiit armatus vexillo diſplicato, ducens exercitum non modicum verſus Norhamton̄, ubi Barones erant congregati ——Clerici vero Univerſitatis Oxon̄: quæ quidem Univerſitas, juſſu Baronum, ibi tranſlata fuerat, ipſis ingredientibus et inſultantibus, majora inferebant mala quam ceteri Barones cum fundis, arcubus et Baliſtis —— unde motus Rex, juravit in ingreſſu, quod ſuſpenderentur omnes ——— Pacificata tandem urbe, juſſit Rex in Clericos exerceri, quod juraverat. Et dixerunt Conſiliarii ſui: *Abſit à te hoc, O Rex, nam filii Magnatorum tuorum et ceterorum hominum de Regno tuo huc cum Univerſitate convenerunt, quos ſi ſuſpendi feceris, ſeu detruncari, inſurgent in te etiam tui, qui modo tecum ſunt, non permittentes pro poſſe ſanguinem filiorum ſuorum ſeu proximorum ſuorum effundi.* Placatuſque eſt Rex, et contra Clericos quievit ira ejus &c. ——

Num. IX. Vide Præf. §. IX, XI.

Notæ in eam partem Hemingfordii, *quam edidit V. doctiſſimus* THOMAS GALEUS.

PAG. 455. l. 10. *Erat*] Deeſt in Codice Arundelliano. l. 13. *Dominanteſque poſtea*] *Dominantes, ſed poſtea* Ar. l. 18. *Danos,*] *Dacos* Ar. Ib. *& poſtea*] *ſed poſtea* Ar. l. 22. M.LXVI. *ad*] M.LXVI. *uſque ad* Ar. l. 24. *Incipit Liber Primus.* CAP. I. *Incipit Liber primus.*] *Explicit Prohemium. Incipit Liber primus* Ar. abſque numero Capitis. Nec quidem ullibi hoc in Codice Capitum exprimitur numerus. l. 29. *Repetuntur.*] *Repetantur* Ar. l. 39. comma mox poſt *ſuo* pone. l. 40. *Joannes*] Lege *Swanus*, cum Ar.

P. 456. l. 7. *Magnatum,*] *Magnatorum*, Ar. l. 10. *Londonias,*] *London̄*, Ar. ut potius *Londoniis* legatur. l. 15. Commate poſt *Comes* diſtingue. l. 25. *Thameſin*] *Themiſiam* Ar. l. 34. *Vulnotum*] *Wlnotum* Ar. l. 35. *Suum Otharinum,*] Potius, cum Ar. *ſuum ſ. Hacum.* l. ult. *Quod*] *qd*. Ar. Itaque *quid* reponerem.

P. 457. l. 4. *Adjutorem*] *Adjuvaturum* Ar. l. 5. *Meum ; te*

facturum q. e. c. promiseris; sororemque] *Meum te facturum promiseris, sororemque* Ar. At cl. Stillingfletus in Codice O. hunc in modum emendavit: *meum te servaturum promiseris, sororemque.* l. 7. *Dem, te*] *Te cito* in O. emendavit cl. Stillingfletus. male proculdubio. l.10. *Extitero,*] *Extiterim* Ar. l.15. *Itaque*] *Ita* Ar. l.17. commate distinguend. post *Wilhelmum.* l.19. *Præcenseo*] *Præsentio* reposuit cl. St. in O. Ib. *Supera*] *Superna,* Ar. & commate distingue. l.20. *In brevi, post hoc*] *In brevi post hæc* Ar. l.22. *Quod*] *Quo* Ar. l.29. *& victor*] *& Willelmus victor* Ar. l.49. *Atoldus*] L. *Airedus* cum Ar. l.ult. deest *privilegia* in Ar.

P.458. l.12. *Angliam*] *Anglia* Ar. Sed *Anglia* (sublata virgula) reponend. Ib. *Stigandum, sceleribus potestatis inf. arborem, securis*] Lege, cum Ar. *Stigandi sceleribus patefactis, infructuosam arborem securis.* l.24. *Ita quod non*] *Ita ut non* Ar. l.25. Deest *Mariæ* in Ar. l.30. *Adjumentum*] *Adjumentum* Ar. l.33. *Succrescens*] *Succrescente* Ar. l.46. **Clyveland;**] L. **Eland,** cum Ar. l.ult. *In Suthumbriam*] *In* omittit Ar.

P.459. l.2. **Clyvelande**] Lege, **Elande,** cum Ar. l.22. *Ipse*] *Iste* Ar. l.37. *Abernithii,*] Potius *Abernithy,* cum Ar. l.39. *Usque*] *Vidz.* Ar. l.42. *Illius*] Omittitur in Ar.

P.460. l.2. lege, *nimiumque.* l.16. *Girnum,*] Lege, *Girvum,* cum Ar. l.19. *Dei*] Deest in Ar. l.21. *Dunelmo,*] *Dunelm̄* Ar. ut *Dunelmum* malim. l. penult. *Insaniens*] *Insanivit* Ar. l. ult. **Thyne**] **Tyne** Ar. & sic etiam p.461. l.4.

P.461. l.8. **Catheshewed.**] **Yatheshewed** Ar. l.14. *Carrucas,*] *Carrucatas,* Ar. l.22. *sequenti* Ar. l.23. *Majori & meliori* Ar. Ib. *Londonii*] *Londō̄* Ar. ut *Londoniarum* malim. l.41. *Idus Septembres*] *Iduum Septembris* Ar. l.43. *Suis. Homo*] Potius, *suis, homo* (cum commate.)

P.462. l.2. *Idem dum*] *Idem rex dum* Ar. l.23. *Londoniæ,*] *Londō̄* Ar. Malim igitur *Londoniis.* l.26. *Scilicet*] *Enim* Ar. l.35. *Minima pars altero*] *Minima; pars vero altera* Ar. rectc. l.40. *Amitteret;*] L. *omitteret,* cum Ar. l.42. *Hornense*] *Horsense* Ar. in quo tamen l.48. *Horncastrum.*

P.463. l.2. *Peneneſta:*] L. *Peuenesay,* cum Ar. l.13. *Multis & suis*] L. *multis exsuis,* cum Ar. l.22. *Decederent.*] L. *de-*

decederet, cum Ar. l.32. *Cœperunt.*] Adde, *tercio*, ex Ar. l.41. *Confiniam*,] *Confinia*, Ar. rectius.

P.464.l.2. *Diruta*,] *Dirupta*, Ar. l.8. CVI. *Domos*,] VIC. *Domos*, Ar. forte melius. l.12. *Terra*,] *Terram*, Ar. l.17. *Rebellarunt*, &] L. *rebellarunt quarto*, & Ar. l.20. *Violaret*,] *Venderet*, Ar. l.21. *Unde*] *Bene* O. quod in *verum* mutavit cl.St. Sed *unde* recte se habet. l.25. *Turgeto*] L. *Turgoto*, cum Ar. l.27. *Regionis*] Malim, *regni*, cum Ar. l.37. *Roberti*] Abest Ar. l.38. *Bertinii*] L. *Briccii*, cum Ar. l.40. *Multoties*] *Multociens* Ar. l.41. *Vice quo*] *Vice cum quo* Ar. l.ult. *Decidit*,] *Cecidit*, Ar.

P.465.l.11. *Promiserunt sub hac*] *Permiserunt hac* (omisso *sub*) Ar. Recte absque dubio *permiserunt*. l.14. *Duffenaldi*] *Dufenaldi*, & mox *Dufenaldum*, Ar. l.16. *Edgarum*] *Edwardum* Ar. minus recte, ut videtur, nisi forte, quem *Edgarum* appellarunt, nonnunquam etiam *Edwardum* vocarint veteres. Ibid. *Malcolmi*] *Mascolini* Ar. Hîc ſ pro *l.* Nam *Malcolinus*, pariter atque *Malcolmus*, in Codd. vett. passim. l.22. *Tenere perseveraret* :] *Persolveret et teneret* Ar. l.24. *Veniens, scilicet*] *Ven̄ sed* Ar. ut legendum sit, *venit, sed.* l.29. *Imparati* :] L. *impacati*, cum Ar. l.31. *Favente*] Repone *fovente*, cum Ar. l.34. *Angliam*] L. *Anglia*, cum Ar. l.41. *Servitute ejecta*,] L. *cervice erecta*, cum Ar. l.41. *Salopiensi*,] *Sorobiriensi*, Ar. l.46. *Anglicis*] *Anglis* Ar. rectius.

P.466.l.1. *Festinanter*] *Festinato* Ar. l.2. *Walloniam*] *Waloniam* Ar. l.10. *Comes* North] Desunt in Ar. l.17. *Pedibus truncatis, & manibus quosdam abscisis, testiculos exsecaverunt* ;] L. cum Ar. *pedibus truncatis & manibus, quosdam abscisis testiculis excæcaverunt.* l.22. *Salopiensis*] *De Schroverbers* Ar. l.28. *Concurrentes*,] Potius, *conjurantes*, cum Ar. l.32. *Thinæ*] *Tynæ* Ar. l.38. *Præciperet*] *Præciperent* Ar. Sed minus recte. Itaque *n* delevit cl. Stillingfletus in O. l.40. *Annoque sequenti aggressus est eos.*] Desunt in Ar. l.47. *Exposuit. Hortans*] Potius, *exposuit, hortans* — cum commate. l.ult. *Effecti ad Terram*] *Effecti ut Terram* Ar. perperam. Error idem alibi itidem in Codd. vett. uti etiam *et* pro *ad.* Error, ut verisimile est, originem debuit dictantium pronunciationi.

P.467.

P.467. l.2. *Magnatum*] *Magnatorum* Ar. l.8. *Pignoris*] *Pigneris* Ar. atque ita emendavit cl. St. in O. Ib. *petioni*] Lege, *peticioni*. l.11. *Fregerunt, in*] *Fregerunt, & in* Ar. minus recte. l.14. *Septembris*] *Septembr* Ar. adeo ut *Septembri* etiam legi poſſit. idque, ut videtur, rectius. l.16. *Pignoris*] *Pigneris* Ar. Vide paullo ſuperius. l.29. *Diverterunt,*] *Diverterent*, Ar. l.48. *Multocies addita*] *Multociens additæ* Ar.

P.468. l.12. *Corradens, immaniſſima ſuperbia*] *Corrodens, immaniſſimæ ſuperbiæ* Ar. l.19. *Eum in interitum*] *Eum ad interitum* Ar. l.21. *Forreſta, quæ A.* **Ythens,**] *Foreſta, q. A.* **Ythene,** Ar. *Foreſta* etiam infra in Ar. l.24. *Nonarum*] *Nonæ* Ar. l.25. *Priſcis*] *Priſtinis* repoſuit cl. St. in O. ſine cauſſa. l.37. **Carrukeſchire**] Lege, **Warrukeſchire**, cum Ar. Miror, hoc non vidiſſe cl. Stillingfletum, qui **Warwikeſchire** in O. repoſuit.

P.469. l.6. *Suſceperat, hic à M. Londinenſi*] *Suſceperat. Hic à Mauricio Londō* Ar. ut vel *Londoniarum*, vel (quod magis placet) *Londonienſi*, legatur. l.10. *Cantuariæ*] *Cantuar* Ar. ut legamus vel *Cantuariæ* vel (quod arridet) *Cantuarienſem*. l.15. *Forreſtas,*] *Foreſtas*, Ar. l.17. *Londini*] *Londō* Ar. *Londoniis* igitur legerem. Ib. *Matildam*] *Matildem* Ar. l.24. *Magnatum*] *Magnatorum* Ar. l.27. *Promittens*] L. *promittentes*, cum Ar. l.28. *Naves*] L. *& naves*, cum Ar. l.39. *Vocaverunt,*] *Vocaverant*, Ar. l.41. *Eos*] *Se* Ar.

P.470. l.17. *Donationem*] *Dacionem* Ar. l.20. *Conſecrationis ſuſceptæ*] *Conſecracione ſuſcepti* Ar. l.27. *Sed aliqua*] *Si aliqua* Ar. l.45. **Barkeſchire**] **Baruoſchire** Ar. l. ult. **Hampſted** —— *affluere*] **Hamſtede** —— *effluere* Ar.

P.471. l.7. *Adventum*] *Adventu* Ar. l.9. *Excœcatique*] *Excitatique* Ar. l.20. *Iſto*] *Iſte* Ar. l. ult. Plena diſtinctio ponenda poſt *Cœlo*.

P.472. l.8. **Schorbereſbez**] **Schroberesbire** Ar. l.14. *Cuſtodiam*] *Cuſtodia* Ar. l.21. *& in cinerem redacta* XIII. *Kalend. Julii.*] Verba hæcce ad proximum capitulum ſpectant, ſi ſequamur Ar. in quo hoc pacto concipiuntur: *& in cinerem redacta.* ¶ XIII°. *Kal. Julii anno Domini* M°. C. XIIII°. Sed (ut ingenue fatear) Galei Codicem ſive Editionem ſequi malim. l.26. *Maxima, ubi & eodem*] *Maxima, quæ eciam eo-*

eodem Ar. l. 31. *Alneo*] L. *alveo*. Ib. *minimæ*] *Parviſſimæ* Ar. l. 37. *Subſequentis.*] *Sequentis* Ar. l. 38. *Relatum, contigiſſe*] L. cum Ar. *relatu contigiſſe.*

P. 473. l. 3. *Cant.*] *Cantuar.* Ar. l. 25. *Cernitur*] *Cernit* Ar. *Sicut* repoſuit cl. Stillingfletus in O. male. Nam *cernitur* recte edidit, ad Codicis ſui fidem, Galeus. l. 30. *Suavi*] *Sua* repoſuit cl. St. in O. l. 39. CVIII.] Lege, CXVIII. cum Ar. quo modo etiam recte in erratis & variis Lectionibus corrigend. eſſe monuit quoque cl. Galeus. l. ult. *Ad*] *Idus* Ar. ſed *verſus* in O. repoſuit cl. St.

P. 474. l. 17. *Mennemſem*] *Mennẽſem* Ar. ut *Mennenſem* legatur. l. 43. *Deſciverant,*] *Deciderant*, Ar.

P. 475. l. 14. *In perpetuum.*] *In ævum* Ar. l. 29. *Eum muneribus*] *Eum in muneribus* Ar. l. 33. Northam;] Noxham Ar. l. 40. *Contra*] *Circa* repoſuit cl. St. in O. minus recte. Vide Dufreſnii Gloſſar. voc. CONTRA. l. 43. *Invenerat*] *Annenerat* Ar. Sed *agnoverat* repoſuit cl. St. in O.

P. 476. l. 5. *Genitricis Beatæ Mariæ, coram*] *Genitricis magr* Ar. male, ut videtur, pro *genitricis Mariæ, coram.* l. 17. *Jurari*] *jurare* Ar. l. 24. *ſequenti* Ar. l. 42. *Meroveus*] *Moroveus* Ar. Ib. *Merovei*] *Meromũgi* Ar. forte, pro *Merovingi.*

P. 477. l. 2. *Serie*] *Die* Ar. perperam, ut exiſtimo. l. 4. *imperatorem, q. L. R. qui Car. ſ. q. L. q. L. qui Lodovicum* deſunt in Ar. ſcribæ errore. l. 9. *de uxoribus ſ. & imp. h. ſ. q. R. ac. p. p. infinitam* abſunt Ar. lapſu itidem ſcribæ, ob repetitionem voculæ *de.* l. 24. *lug°iis*, Ar. Sed *luxuriis* repoſuit cl. St. in O. l. penult. *Autem*] Omittitur in Ar. l. ult. *Cœleſtinus.*] Deeſt etiam in Ar. ſicut & omittebat quoque Codex cl. Galei.

P. 478. l. 4. *Elienſem*] Deeſt in Ar. perperam. l. 20. *Velut*] *Vel* O. minus recte. Ib. *& poſtea*] "F. *vel potius*" inquit cl. St. in O. abſque cauſſa. l. 24. *Quoddam dictum,*] *Quod dictum*, Ar. rectius. l. 26. *Humoris ſenile*] *Humoris illatrix, ſenile* Ar. recte. l. 27. *Rex pacificus magnificuſque, cum*] *Rex magnificus, cum* Ar. l. 41. *Si quidem*] L. conjunctim, *ſiquidem.*

P. 479. l. 4. *Henricum, ne*] *Henricum ſ. ne* Ar. l. 5. *Tonſeravit.*] L. cum Ar. *tonſoravit.* l. 12. *Etiam*] Deeſt in Ar. l. 16. *Cantuariæ*] *Cant'* Ar. ut vel *Cantuariæ*, vel (quod malim)

lim) *Cantuarienſis* legatur. l. 18. *In ictu*] Tò *in* omittit Ar. l. 22. *Natalem*] *Natale* Ar. l. 33. *Novus*] *Nobis* Ar. non ita recte. l. 36. *Deo.*] *Domino* Ar. l. 46. *Karliolum*] *Cardoil* Ar. l. 48. plenam diſtinctionem poſt *recipiam* pone.

P. 480. l. 3. *De Laicis*] Abſunt Ar. l. 5. *David,*] Deeſt in Ar. l. 26. *Apud* **Alverton.**] *Apud* **Allerton,** *ſ.* **Standard** Ar. l. 33. *Finderent,*] *Funderent,* Ar. l. 43. *Magnatum*] *Magnatorum* Ar. l. 49. **l' Eſtandard,**] Lege, **le Standard,** cum Ar. uti etiam infra p. 481. l. 40. l. ult. **Alverton.**] Sic etiam in Ar. hîc loci (pariter atque p. 481. l. 54.) legitur, licet **Allerton** ſupra (ut monuimus) in eodem efferatur.

P. 481. l. 3. *& inimicis*] *&* in *quod* mutavit cl. St. in O. l. 6. *Apulia*] *Appules* Ar. ſed *Appulia* repoſuit St. in O. l. 7. *Inermem*] "F. *magnam*" inquit cl. St. in O. l. 9. *Expetere*] Sic etiam Ar. *Militaris ſcientia,*] *Militaris & ſciencia,* Ar. l. 27. *Præterea,*] Malim *propterea,* cum Ar. l. 29. *Salutaris,*] *Salutaria,* Ar. Sed in *ſalutaris* mutavit cl. St. in O. l. 30. *Quod*] Deeſt in O. l. 40. **l' Eſtandard**] Vide ſupra ad pag. 480. l. 41. *Scotorum ſparſim*] *Scottos ſperſim* Ar. l. 46. *Sigillatim*] *Singillatim* Ar. l. 52. *Ideo*] Deeſt in Ar.

P. 482. l. 3. *Abſtractus fere captus eſt,*] *Abſtractus fere abſtractus eſt,* Ar. Sed de poſteriori *abſtractus* dubitavit cl. St. ideo ſub ea lineolam poſuit in O. uti etiam aliam lineolam in marg. ejuſd. Codicis. l. 10. *Sibi*] Deeſt in Ar. in quo etiam eadem vox deſideratur paullo inferius, l. 13. l. 36. *Scilicet Caſtrum*] *Scilicet ſibi Caſtrum* Ar.

P. 483. l. 9. *Exhæreditatorum*] *Exheredatorum* Ar. l. 14. *quam Regem. Rex*] *Quam mori. Rex* Ar. l. 31. *Angore*] *Languore* Ar. l. 34. *Epiſcopus*] *Epos* Ar. Hinc cl. St. legit in O. (at male) *epiſcopos miſit per regnum Angl & pro.* l. 38. *Numeroſe*] *Uterioſe* Ar. corrupte. Hinc cl. St. in O. (ſed perperam) "f. *ulterius*".

P. 484. l. 3. *Tum*] *Tamen* Ar. l. 11. *Violenter*] Sic MS. At cl. St. in *violentas* mutavit in O. l. 20. *Rameſia*] *Rameſeia* Ar. l. 24. *Acies à quodam*] *Acies ſuorum à quodam* Ar. l. 26. **Mariman,**] **Morimoun,** Ar. l. 30. *Igitur illi*] *Igitur improbi illi* Ar. l. 38. *Decidit*] *Devenit* Ar.

P. 485. l. 9. *Cepit*] *Ceperunt* Ar. l. 38. *Eborum,*] Deeſt in Ar. l. 39. *Agerentur,*] *Gererentur,* Ar. l. 42. *Honore & ex-*

cu-

cuſans ſe ab onere,] *Honore excuſans ab onore*, Ar.

P.486. l.1. *Obſervarent:*] *Obſervarint* Ar. l. 2. *melius fortiuſque agerent,*] Sic etiam plane Ar. Male igitur in O. *foremſque agerent*, unde cl. St. "f. *formarent*". l.8. *Ordinis*] Deeſt in Ar. l.16. *Fortiora*] *Ferocia* Ar. l.28. *Fundatur.*] *Fundatus* Ar. l.35. *Superbi.*] *Superbe* Ar. l.36. *Duodecimo,*] *Undecimo*, Ar. rectius, mea ſententia.

P.487. l.7. *Poſt*] Sic etiam Ar. Neque aliter O. donec in *prius* mutaverit cl. St. l.12. *Antiochiam, & poſtea*] Deeſt *&* in Ar. l.34. *Agerentur,*] *Gererentur*, Ar. Ib. *Multis malis ſaucia*] Sic etiam Ar. At in O. *multis malꝫ dancia* [*s* nempe in Codice MS. Ar. ſimile *d* eſt] unde cl. St. "f. *multo-rum malorum abundantia*". l.30. *Aſe*] Omittuntur in Ar. l.43. *Æmulator. Poſt*] *Æmulator exiſtens. Poſt* Ar.

P.488.l.10. *Numeris,*] *Numerus* Ar. l.11. *Qui à Rege*] *Qui Regi* Ar. male, ut puto. l.24. *Superſtite non*] Lege, cum Ar. *ſuperſtite partes uniri non.* l.41. *Homagium*] *Hominium* Ar.

P.489. l.5. *Aquitaniæ,*] *Aquitanii*, Ar. in quo tamen infra l.9. *Acquietaniæ.* l.19. *Celebratur.*] Malim, *colebatur*, cum Ar. l.28. *Tum etiam pro negotiis vacantis*] *Tum pro negocio vocantis* Ar. *Vocantis* autem abſque dubio male, niſi quod & ſæpiſſime etiam in vett. monumentis *o* pro *a* ponatur. l.34. *Impetraſſent,*] *Perpetraſſent*, Ar. minus recte. Ib. *Cantuariæ*] *Cantuar'* Ar. ut tam *Cantuarienſis* (quod malim) quam & *Cantuariæ* efferatur. l.35. Pone punctum poſt *conſecraret.* l.36. *Difficiliter*] *Defficiliter* Ar. l.37. Plenam diſtinctionem pone poſt *Weſtmonaſterium.* Ib. *Propriam*] Deeſt in Ar. l.39. *Pallii*] *Pallei* Ar. Et quidem alibi etiam cum *e*. Conſtat è Dufreſnio, quem videas velim. Inde enim vox lucem fœnerabit.

P.490. *Detentum*] Sic etiam in Ar.

P.491. l.15. *Pavefacti*] *Paveſtim* Ar. "F. *extranei hii*" inquit cl. St. in O. minus recte. Vera enim lectio *pavefacti*, ut edidit è Cod. ſuo Galeus. l.18. *Ad*] Non *in* cum O. Ib. *Munimentum*] *Munimen* Ar. l.20. *Viris*] L. *juris*, cum Ar. l.22. *Quoties*] *Quociens* Ar. l.32. Puncto diſtingue poſt *revocari.* l.43. *Comes, qui tunc in*] *Comes, eum in* Ar. Forte, *Comes cum in.*

P.492. l.13. *Repoſcunt*] *Repetunt* Ar. l.21. *Priſco*] Sic

etiam Ar. non *priſtino*, ut in O. repoſuit cl. St. l.36. Punctum pone poſt *diem*. l.47. *& ab eodem devictus*,] Deſunt in Ar.

P.493.l.4. *Ad*] Deeſt in Ar. l.5. *Faciendum.*] *Faciendos* Ar. Ib. *Sereno*] *Serene* Ar. l.11. marg.1159.] At 1155 Ar. manu utcunque recentiori. l.18. *Schynove*,] *Schynoe*, Ar. l.26. *Cumque autem*] *Cum autem* Ar. l.32. *Sibi & Caſtris*] *Sibi pro Caſtris* Ar. quod placet. l.33. *Præclaræ urbis Namnethenſis cives c. in q. ſ. complacerent*,] *Præclara urbs Namnethenſis certum, in quo ſibi complaceret*, Ar. in quo tamen mox *habentes*. l.37. *Tranſmarinis*] *Tranſmarinæ* Ar. l.40. *Nomine*] *ſure* Ar. l.ult. *Albanenſis*] *Althanenſ*⁹ Ar. male.

P.494.l.3. *Occidentales*,] *Occidentalī eccā*, Ar. perinde ac ſi, *Occidentalis eccleſia* legatur, niſi *Occidentales eciam* malis. Ib. *Favebant*] Sic etiam Ar. l.16. *Impoliti*] Deeſt in Ar. l.17. *Poſuit*,] Abeſt Ar. l.18. *Nolens*,] *Volens*, Ar. male, ut videtur. l.22. *Reſpuerunt.*] *Reſpoſuerunt* Ar. Sed in *reſponderunt* in O. mutavit cl. St. l.26. *Abutentes*,] *Utentes*, Ar. l.39. *Gaſconiæ*] *Gaſcoigniæ* Ar. l.41. *Cum*] Deeſt in Ar. l.44. *Filiam*] *Filium* Ar. rectè, ut exiſtimo. Nam & mox in eod. *qui*. l.47. *Tholoſam*] *Theleſam* Ar. l.48. *&*] *Ad* Ar. Forte, *tamen*. Ib. *Poſſeſſioni*] Sic etiam Ar. At *poſſeſſionē* (ſive *poſſeſſionem*) repoſuit cl. St. in O. nimirum ut τῷ *ad* reſponderet.

P.495.l.7. *Bartmonenſis*,] Sic etiam Ar. Sed *Barcinonenſis* in O. repoſuit cl. St. rectè. l.10. *Frentenellenſis*] *Frentenell* Ar. rectè, ni fallor; ut idem ſit quod *Frentenelle*. Nam alibi indicavimus (apud Thomam ſcilicet Elmham) lineolam (eo pacto poſitam) *e* valere. Suntque id genus exempla, ὅσα νῆνις. Ib. *Bederenſis*,] L. *Rederenſis*. Et tamen non diffiteor, veriorem forſitan lectionem eſſe, *Trenchenelle* (vel potius *Trenchevelle*.) In Cod. enim eod. Ar. infra l.20. **Trenchenayl**, (*n* & *u* concidunt in Codd. MSS.) ubi in ed. Galei **Trenthenayl**, legitur. l.26. *Concepta*,] *Contempta*, Ar. l.27. *Aperta*] *Parta* Ar. l.28. *Caſtris è Regione*] Deeſt *e* in Ar. l.30. *Retrogradi* Ar. l.40. *Cantuariæ*] *Cant'* Ar. ut *Cantuarienſis* potius legerim. l.45. *Jubenti* Ar.

P.496.l.11. *Cogerentur.*] *Conarentur* Ar. l.12. *&* mox poſt *Alienora* additur in Ar. l.14. *Angliæ, & D. Normaniæ*] *Anglici, & Ducatus Normannici* Ar. l.15. *Aquietaniæ* Ar.

Ar. l.16. Comma poſt *minimum* adde, & mox *terra* pro *terræ* lege. l.36. *Eodem etiam* &c. *frater ejus.*] Deſunt in Ar. in quo tamen poſtea occurrunt. Vide infra p.497. l.5. l. 42. *Anno Domini*] *Eodem eciam tempore, anno ſ. Domini* Ar.

P.497. l.5. *Habitura.*] Mox poſt hanc vocem in Ar. ponuntur ſequentia, quæ jam paullo ſuperius ad fidem Codicis ſui ediderat Galeus. *Anno regni Regis H. XI°. obiit Malcolinus, Rex Scociæ, cui ſucceſſit Willelmus frater ejus.* l.16. *Suum*] Deeſt in Ar. l.20. *Contrahere*] *Conſummare* repoſuit cl. St. in O. male. l.26. *Inferri non*] *Inferri ferre non* Ar. Sed *ferre* in *fere* convertit cl. St. in O. l.41. *Turbidi*] *Trebidi* Ar. Sed in *trepidi* mutavit cl. St. in O. l. ult. *Hora*] *& hora* Ar.

P.498. l.7. *Sedem*] Sic etiam Ar. Sed in *cedem* (ſive *cædem*) mutavit cl. St. in O. & quidem recte. l.9. *Inito*] *Finito* Ar. l.15. *Anglicam Hiberniæ imm.*] *Anglicani Hiberniæ inmiſiſſent* Ar. l.30. *Gratiam & aff.*] *Graciam per affinitatem* Ar. l.32. *Fauſti*] *Fauſtus* Ar. Ib. *Innotuiſſent*] Sic etiam Ar. Sed *innotuiſſet* repoſuit cl. St. in O. l.34. *Vix*] Deeſt in Ar. recte, ut videtur. l.35. *Quod*] *Qd* Ar. Malim igitur, *quid.* l.37. *Fortiora*] "F. *pejora*" inquit cl. St. in O. l.42. *Pave-factos,*] *Paveſtos,* Ar. "f. *pacificos*", inquit cl. St. in O. Sed recte edidit Galeus. l.43. *Anno in Angliam*] *Anno Angliam* Ar. l.ult. *Ab æmulis*] *Abeunti* repoſuit cl. St. in O.

P.499. l.1. *&*] Abeſt Ar. l. 2. *Indignans*] *Indignas* Ar. Sed *n* addidit cl. St. in O. l.6. *Poſcit ;*] *Repoſcit* Ar. l. 12. *Sceleſtiſſimi Abſalonis,*] *Celeſtiſſimæ abſolucionis,* Ar. male. l.13. *Aquitaniæ clandeſtine*] *Aquietaniæ clam deſtine* Ar. l.19. *Brabancionum*] *Bribancionum* Ar. in quo tamen infra (l.55.) *Brabanciones* ; pariter atque p.501.l.10.--- l.22. *Vermillyun* Ar. l.38. *Inſtructo*] *Conſtructo* Ar. l.55. *Congreſſi,*] *Egreſſi,* Ar.

P.500. l.3. *Oppugnandæ*] *Oppugnando* Ar. l.10. *Anglia fiebant,*] *Anglia interim fiebant,* Ar. l.11. *Partibus circa Regem*] Deeſt *circa* in Ar. quod videns cl. St. *Regni* pro *Regem* repoſuit in O. l.13. *Petulanti*] *Peculatim* Ar. l.18. *Cardulienſem*] Sic etiam Ar. l.29. *Præparabant,*] *Properabant,* Ar. l.31. *Millia*] Abeſt Ar.

P.501. l.10. *Quos tamen caute credidit*] *Quos incaute credidit*

Ar. l.12. *Barbariæ*,] Sic etiam Ar. at in O. ſub hac voce lineolam duxit cl. St. ſicuti et lineolam quoque poſuit in margine, de voce ſubdubitans. Sed nil opus ut hæſitemus. *Barbariæ* non aliud valet atque *alienigenarum*, *extraneorum*, vel potius *hoſtium*. l.15. *Indeque degrediens*] *indeque die̅ digrediens* Ar. i.e. forſitan, *indeque deinde digrediens*. l.19. *Audiens in Eborum provincia*] *Audiens Eborum provinciæ* Ar. l.33. *Suæ ergo mediocritati*] *Suæ h̄ mediocritati* Ar. id eſt, uti ego interpretor, *ſuæ hoc mediocritati*. l.41. *Principes*] *Principui* Ar. corrupte, ni fallor. Alibi enim hanc vocem me reperiſſe non memini. l.42. Ueſſy,] Ueſcy, Ar. l.45. *Tranſmeaſſe*.] *Tranſmearent* Ar. l.47. *Imminere*] Sic etiam Ar. Proinde in *incurrere* male convertit cl. St. in O. l.48. *Converſi*:] *Converſa* Ar. Sed *a* in *i* mutavit cl. St. in O.

P.502. l.14. *Equo fere cum turma*] *Equo cum tota fere turma* Ar. l.15. *Rapidiſſimo*] Deeſt hæc vox tam in Ar. quam & in O. Sed in utroque Codice vacuum relinquitur ſpatium, ejuſdem capax. l.43. *Cantuariam*] *Cantuariens*. Ar. ut vel *Cantuarienſibus*, vel (ſubintellecta *eccleſia*) *Cantuarienſi* legatur. l.45. *Eccleſia Cantuarienſi*] *Ecc̄a Cantuar'* Ar. Itaque legend. *Eccleſiam Cantuarienſem*. Ib. *Vero*] *Ut* Ar. rectius. l.50. *Cantuariæ*] *Cantuar'* Ar. ut *Cantuarienſis* etiam legatur.

P.503. l.8. *Nuntius*, *ſanus*] Plena utere diſtinctione, cum magno *S*. l.12. *Strato*] *Stractu* Ar. l.14. *Brabium*] *Bravium* Ar. l.23. *Experturus*,] *Excepturus*, Ar. l.27. *Liber*] *Liberi* Ar. Et tamen paullo ante *eratque*. l.29. *Partito*] *Partite* Ar. Sed *o* repoſuit cl. St. in O. Ib. *Trifariam*] *Tripharie* Ar. (non, ut in O. *tripharia*) tam hîc, quam infra l.32. --- l.30. *Recreati*] *Procreati* Ar. l.33. *Eiſdem*] *Eaſdem* Ar. l.40. *Irritandos*] *Irmendos* Ar. "f. *terrendos*" inquit cl. St. in O. Recte autem ſe habet *irritandos*. l.49. commate poſt *aderant* diſtingue. l.50. *Quid refert utrum exerceri*] *Quid nunc exerceri* Ar.

P.504. l.4. *Eadem*] L. *eandem*. l.5. *Inſolitum*] *Inſoleritum* Ar. ſed *er* delevit cl. St. in O. non conſiderans, *ſolero* & *ſoleror* legi apud Priſcianum, pro *ſoleo* & *ſoleor*, ſicuti obſervatum Voſſio, l.V. Gram. c.VII. l.7. *Ruello*,] Ita etiam Ar. Male igitur in *Mello* mutavit cl. St. in O. l.9. plenam diſtin-

distinctionem pone post *est*. Ib. *e*] *a* Ar. l.14. *Collidentibus*,] *Collidentes*, Ar. l.17. *Confusi*] *Confus⁹* Ar. id est, *confusus*, forte pro *Confusius*. l.21. *Rothomagum* mox post *liberavit* additur in Ar. l.23. *Sed*] & Ar. rectius, ut videtur. l.24. *Sui eadem castella* &c. *Domini sui relaxationem*] *Sui relaxacionem* Ar. omissis intermediis, scriba titubante (ut solet) ob ὁμοιοτέλευτα· *Sui relaxatione* O. sed *sui & relaxatione* reposuit cl. St. qui, quædam prætermissa fuisse, non intellexerat. l.32. *Fugit.*] *Affugit* Ar. pro *aufugit*, ut puto. l.33. *Ferariensis* Ar. Ib. *Cautionibus*] *Occasionibus* Ar. l.40. *Stupescunt.*] *Stupesti* Ar. pro *stupefacti*, sicuti plane recte reposuit cl. St. in O. l.49. *Nonnihil*] *nl̄* Ar. id est, *nil* vel *nichil*, sed Galeum sequi malim. l.50. *Reportantes*,] *Repartantes*, Ar. sed *reportantes* reposuit cl. St. in O. l.51. *Hostes*] Deest in Ar.

P.505. l.19. *Jure*] *Juri* Ar. l.20. *De quibus modica fuit quæstio, ut qui cum*] *De quibus utique non modica fuit quæstio, cum* Ar. l.44. *Per quem concilio*] *Qui concilio* Ar. male, nisi forsitan *quando* malis. l.46. *Eborum*] Sic etiam Ar. Sed in *Eborac̄* convertit cl. St. in O. Ib. *Archiepiscopus*] Deest in Ar.

P.506. l.3. *Deturbatus, cappam conscissam*] *Conturbatus capam concissam* Ar. l.11. *Lateranense*] *à Lateran* Ar. Ib. *Papæ.*] Deest Ar. l.12. *Pontificatus*] *Pont'* Ar. ut tam *Pontificis* quam *Pontificatus* legatur. & sic etiam infra l.15. l.38. *Ut*] Hæc vox, à cl. Galeo adjecta, deest etiam in Ar. l.40. *Amplitudinem*] L. *amplitudine*, cum Ar.

P.507.l.5. *Dirupit*,] *Disrupit*, Ar. l.16. *Fuit. Pater enim*] *Fuit. Idem enim pater* Ar. l.18. *Filioque*] *Filio quoque* Ar. l.26. *Deposcens*,] *Seposcens*, Ar. Sed *se* in *ex* convertit cl. St. in O. l.30. *Susceptum*] *Conceptum* Ar. l.32. *Ex*] Deest Ar. l.33. *Idem vero* &c. *fabulis prophetatum.*] Desunt Ar. usque ad principium proximi capitis.

P.508. l.3. *Sancta* &c. *adventu.*] *Sancta, & de Patriarcha et Jerusalem perdita* Ar. l.6. *Malleus: homo a.s.& mille*] *Malus homo & mille* Ar. l.19. *Antiochiam*] *Antiochenam* Ar. l.30. *Ibidem*] Deest Ar. l. 33. *Etiam instructiores*] *Eciam multo instrucciores* Ar. l.34. *Se*] *Eo* Ar. l.37. *Hoc:*] *Hac* Ar. l.38. *Denique postquam* &c. *recepit.*] Desunt in Ar. ad usque nem-

nempe, *Unde propter cauſas* &c. quibus hoc lemma præfigitur, (perinde ac ſi diſtinctum conficerent caput:) *Patriarcha venit in Angliam.*

P.509.l.3. *Impendendo*] *Impetendo* Ar. quod neutiquam probo. l.22. *Ab*] Deeſt Ar. l.25. *Hoſpitales,*] *Hoſpitalis* Ar. l. 30. *Acon*] *Acro* Ar. Sed *Acon* repoſuit cl. St. in O. l.48. *Nabugodonoſor* Ar.

P.510.l.6. *Cæteras ſuas naves ne evaderent,*] *Ceteræ ſuæ naves ut evaderent*, Ar. l.13. *Prohiberet.*] *Prohiberent* Ar. l.16. *Diſcordantes concordantur.*] *Diſcordant & concordantur* Ar. l.38. *Plebis Sanctæ*] Malim, *plebis & Sanctæ* Ar. Ib. *Extremum*] *extermum*, Ar. Quapropter *exterminium* reponerem, idque eo lubentius, quod infra p.511. l.9. eo etiam modo ſcribitur in Codice hoc manuexarato Ar. neque aliter ibi ediderit ipſe Galeus. l.39. *Tamen*] Deeſt Ar. l.44. *Debemus,*] *Deberemus*, Ar. l.47. *Dejicere*] *Dicere* Ar. pro *deicere*, ni fallor.

P.511. l.20. *Tali conditione*] *Tanta contricione* Ar. l.18. *Notitia*] *Noticiam* Ar. l.21. *His*] *Eis* Ar. l.49. *Verum illo*] *Verum in illo* Ar.

P.512. l.2. *Chriſtiani*] L. *Chriſtum*, cum Ar. l.4. *Actingendi,*] *Attingendi* Ar. pro *accingendi* (quo pacto recte correxit cl.Galeus in Erratis) littera *c* in Codicibus MSS. ſimilitudinem litteræ *t* ſæpiſſime præ ſe ferente. l.6. *Devoverunt. Richardus Comes P.* [*&*] *ex.* [*ejus*] *Dux*] *Devoverunt. Comes exemplum Dux* Ar. "F *devoverunt. Quorum exemplum Dux*" inquit cl.St. in O. l.49. *Potentum*] Deeſt in Ar.

P.513. l.6. *Cerneret,*] *Terreret*, Ar. Sed *timeret* repoſuit cl. St. in O. l.8. *Johannis*] L. *Johannes.* l.14. *Chinonem*] *Tynonem* Ar. l.19. *Extiterit,*] *Extiterat*, Ar. l. 25. *Ebſandi*] Sic etiam Ar. Sed *ſ* in *r* convertit cl. St. in O. l. 28. *Prædictis ornatus erat: a. t. v. obnoxius*] *Præditus & ornatus, a. t. v. obnixius* Ar. l. 31. *Avo mitior fuit.*] Ita etiam Ar. Male proinde *ano mitiori fuit* repoſuit cl. St. in O. l.33. *Sine*] Sic etiam Ar. Forſan, *ſive.* l. 35. *Regni faſtigio tuendæ*] *Regẽ faſtigio tuendæ* Ar. Sed *Regio faſtigio tuendo* repoſuit cl. St. in O. Recte Galeus. l. 36. *& Eccleſiaſticarum*] *&* delevit cl. St. in O. l.42. *Aliquibus*] *aliquo* Ar. Ib. *Moleſti*] *Moleſtũ* Ar. Sed *moleſto* repoſuit cl. St. in O. l.51. *Tale*] *Talia* Ar. male.

P.

P.514. l.12. *Non.*] *Nonas* Ar. l.13. *Ex*] Deeſt in Ar. l.15. *Ex*] Omittit Ar. l.26. *Immixti*] *Mixti* Ar. l.35. *Interimi*]. *Exterminari* Ar. Ib. *Celeritate*] *Severitate* Ar. non ita recte. l.42. *Equitibus*] *Æque* Ar.

P.515. l.1. *In*] Deeſt Ar. ſed adjecit cl. St. in O. l.24. *Regiis ſuſt.* &c. *in peregrinos,*] Abſunt Ar. male. l.30. *novus*] *nō* Ar. perperam. l.43. *CAP.* XLIII.] Deeſt integrum hoc capitulum in Ar. unde in O. monuit cl. St. pro *apud Lincolniam* reponendum eſſe *apud Eborac.* Neque abſurde Stillingfletus. Nam infra p.516. l.5. *De eiſdem Eboraci* (ſive lemma CAP. XLIV.) penitus omiſit Ar. Sed in hac parte recte ſe habet Codex Galei, cujus proinde nixus auctoritate, capitulum de Lincolnia lubentiſſime retinerem.

P.516. l.32. *Oppugnantes,*] *Oppugnatam,* Ar.

P.517. l.7. *Urgebat*] *Urgebatur* Ar. quam lectionem ſi probes, tum ſane inter illa verba cenſendum eſt, quæ quantumvis ſint paſſiva, active tamen nonnunquam ſumuntur, deponentium induendo naturam. l.10. *Quod*] Per compendium ſcribitur in Ar. ita tamen, ut *quia* potius quam *quod* valere exiſtimem. l.25. *Quibuſdam*] *Quibus* Ar. male. l.30. *Ab hoc ſancto præſciſſi*] *Ad hoc ſancto præſciſi* Ar. l.39. *Uxoribus & lib.* &c. *& propriis*] Deſunt Ar. ſcriba titubante ob *propriis* bis occurrens. l.51. *Miſeris*] *Miſeros* Ar.

P.518. l.9. *Sanxerat.*] *Sanxciverat* Ar. l.27. *Vero*] Rectius *ergo,* cum Ar. l.38. *Lancaſtrum*] *Loncaſtrum* Ar. l.43. *Infidus,*] *Infidelis,* Ar.

P.519. l.3. *Reſignatio proc.* &c. *in Terram Sanctam*] Deſunt Ar. l.19. *Aſtute allexit,*] *Haſtute rellexit,* Ar. quam vocem *rellexit* haud legi (quod ſciam) alibi. l.29. *Reddidiſſe*] Malim *reſpondiſſe,* cum Ar. l.30. *Aſtu*] *Haſtu* Ar.

P.520. *Diutule*] *Diuſcule* Ar. l.4. *Cujus, utique didici, ſum ſimplex narrator,*] *Cujus utique didici ſimplex eſſe narrator,* Ar. l.9. *Sanctam, moritur*] *Sanctam, & moritur* Ar. l.10. *Sane, cum juxta* &c.] Deſunt omnia in Ar. uſque ad *Igitur illuſtribus* &c. p.521. l.41. Adeo ut quamvis lemma capitis L. exſtet in Ar. recte tamen in O. notulam hanc adpoſuerit cl. Stillingfletus: *Hîc deſunt duo capitula ſatis ampla.*

P.521. l.ult. *Sobolem contrahere,*] *Sobole contrahere,* Ar. "F. *ſobolem habere*" inquit cl.St. in O.

P.

P.522. l.5. *Joanna,*] Deeſt Ar. l.6. *Jam vidua.*] Abſun Ar. l.7. *ſine Cambria*] *ſine cãbia* Ar. *Sive Calabria* legend eſſe in variis Lectionibus ad finem monuit cl.Galeus. l.12 *Accam.*] *Acraim* Ar. uti etiam infra, p.523.l.37. quam veram eſſe lectionem inde quoque comprobatur, quod poſtea iti dem in Ar. p.525. l.3. *Acra*, l.4. *Acram*, & l.33. *Acra* ſcri batur. l. 17. *Ptolomaidem*] *Tholomaydam* Ar. Quid quod & *Tholomaydam* ſive *Tholomaidam* exhibeat etiam Ar. in ſe quentibus? Sed hujuſmodi Grammaticorum minutias, ſi ve forſitan περιττώματα, in medium adferre operæ pretium vix eſſe cenſebis. Et tamen iiſdem ſuum etiam pondus ineſſe fatentur homines, antiquitatis amantiſſimi. l.35. *Coactos ipſe*] *Coactos, ſævior ipſe* Ar.

P.523. l.3. *Tyranni*] *Tirannis* Ar. hinc *Tirannicis* in O. re poſuit cl. St. l.12. *& decuit,*] *Ut decuit*, Ar. l.20. *Perfo rata p. r f. latenter ingreſſi ſunt,*] *Perforata, aquæ per foramina ingreſſæ ſunt*, Ar. l.21. *Subſidens*] *Subſedens* Ar. Sed *ſubſi dens* repoſuit cl. St. in O. l.25. *Periclitari*] *Periclitare* Ar. Ut ex iis verbis ſit, quæ quum activa ſint, paſſive tamen nonnunquam accipiuntur. l.45. *Diſſidendi*] *Diſſedendi* Ar. l.47. *Moneretur*] "F. *noverit*", inquit cl. St. in O.

P.524. l.3. *Vero*] Deeſt Ar. l.14. *Conſuetudine*] *Conſtitu dine* Ar. Sed *meſtitudine* repoſuit cl. St. in O. l.24. *Repo ſceret,*] *Popoſceret*, Ar. l.27. *Hoc modo*] Deſunt Ar. l.35. *Conatus*] *Motus* Ar. non *auſus*, ut repoſuit cl. St. in O. l.40. *Prodidit.*] *Prodiit* Ar. male. l.41. *Hoſtibus prodidit*, &c. *& proditus ipſe perdituſque ſimul cum R. à ſuis*] *Hoſtibus perdiit proditus ſimul ipſe perdituſque ſimul cum Regno & à ſuis* Ar. Neque aliter O. niſi quod *prodidit* pro *perdiit* repoſuerit cl. St. l.45. *Igitur*] *Namque* Ar. l.46. *Per*] *Pro* Ar. l.47. *Sancire*] *Sanxire* Ar. Ib. *Siluit, porro*] Puncto diſtingue.

P.525. l.3. *Expugnata.*] *Expugnatur* Ar. l.11. *Oppugna bat*] *Propugnabat* Ar. l.11. *ſibimet,*] *ſmmet*, Ar. non, ut O. *cmmet.* "F. *omnes*" inquit cl. St. me improbante, quum *ſmmet* proculdubio corruptela ſit pro *ſibimet*. l.21. *Sub*] *Ab* Ar. l.34. *Regibus* &c. *morantibus,*] *Reges* &c. *morantes*, Ar. l.46. *Eum: expugnato*] *Eum: et expugnato* Ar.

P.526. l.4. *Poterit.*] *Poterint* Ar. minus recte. l.13. *Hinc*] *Exhinc* Ar. l.14. pone plenam diſtinctionem poſt *reddatur*. l.39.

l.39. *Fallibile,*] *Fallibili,* Ar. l.42. *Omnium ſalute*] *Omniumque ſalute* Ar. l.43. *Chriſto*] *Chriſtiano* Ar.

P.527. l.7. *Concedendam*] *Concedendo* Ar. rectius. l.12. *Libertas,*] Deeſt Ar. l.24. *Diffidens,*] *Diſſidens,* Ar. l.27. *Ut*] *&* Ar. Ib. *Clanculum*] *Clanculo* Ar. l.39. *Propugnandum q. præm. R. ſui reditum,*] *Purgandum Regis ſui reditum,* Ar.

P.528.l.12. *Eccleſiaſticus in eo*] *Secularis in eo* Ar. l.13. *Timeret,& ſecularis nulla*] *Timeret, Eccleſiaſticus nulla* Ar. l.29. *Plures per propinquarum ſuarum*] *Plures propinquarum ſuarum* Ar. rectius, niſi mox *conjugia* pro *conjugiis* legas. l.30. *Sibi n.pl.c.v. vel confregiſſet*] Deſunt in Ar. l.36. *Longi ſibi temporis*] *Longi ſi temporis* Ar. Inde *longiſſimi temporis* repoſuit cl. St. in O. l.40. *Godfrido*] *Geofrido* Ar. l.48. *Rothomagenſem*] *Rothymagenſem* Ar.

P.529. l.3. *Egit*] *Agit* Ar. l.4. *Canimilla,*] *Cammilla,* Ar. Lege, *Camvilla.* Vide Dugdalii Baronag. Tom. I. p.627. l.11. *propere collegit* &c. *tamen adventum*] Deſunt Ar. l.27. *Reſiluit*] *Reſilivit* Ar. l.34. *Gaufridus*] *Geofridus* Ar. l.49. *Clitellas*] *Obſellas* Ar. Neque aliter apud Bromtonum. quæ vox quid ſibi velit non intellexit Somnerus, qui proinde *capſellas* (Anglice **Coffers**) reponendum eſſe conjecit. Corruptam & ipſam eſſe vocem cenſuit Dufreſnius, qui *ciſtellas* maluit. Ego non mutarem. Exiſtimo igitur, ſellas re vera fuiſſe perpulchras. Ejuſmodi ſellæ alibi *cliothedra* appellantur. *Sellæ plicatiles* ſeu *plectiles* dicuntur aliis. Vulgo *valdeſtola* ſeu *faldeſtola.* quod vocabulum Sebaſtianus Cobarruvias ab Hiſpanico *Falda*, i.e. veſtimentum femineum cum plicis, deducit, notante Dufreſnio. Certe id genus ſellas uſurpabant antiquitus in ſacris officiis, homines præcipue nobiles, tam mares quam feminæ. Videas in monumentis antiquitatis egregiis, tam à Dugdalio quam & ab aliis editis, uti etiam in antiquitatibus Bercherienſibus ab Eliâ Aſhmolio conſignatis, & in Muſéo ſuo Oxoniæ adſervatis. Atque eodem ſenſu & *clitellas* etiam (ſi modo verbum recte ediderit Galeus, ut recte ſane protuliſſe puto) accipiendum eſſe judico. Neſcio an vox reſpiciat *Clitones* in Hiſtoriis veteribus commemoratos, quo nomine non ſolum Regum noſtrorum primogeniti, ſed et alii etiam filii vocabantur. Adeo

ut quum ipſorum ſellæ admodum eſſent ornatæ, mirum non ſit, et ipſas à Dominis nomen ſortitas fuiſſe *clitellarum* ſive *ſellarum inſignium*. *Clito* enim idem eſt quod κλυτὸς vel *clarus*. Fuit & *clita* machina quædam bellica, lapidibus emittendis inſerviens. quam tamen notionem à re noſtra haud eſſe alienam, eo forſitan arbitraberis, quod hîc vehiculorum fiat mentio. Sed fruſtra forſan hac de re diſſertavimus, quum *clitellæ* vox ſit ſatis nota. Uſus eſt Horatius. Monuitque Feſtus, non alias eſſe quam doſſuarias jumentorum ſellas, quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur. Quid quod & infra etiam, p.541.l.27. uſurpatur? ubi tamen Codex Ar. non variat. quod argumento eſt, *obſellas* idem eſſe atque *clitellas*.

P.530. l.1. *Jam*] Deeſt Ar. l.41. *Quid ſuper hoc*] Sic etiam Ar. non *quid de hoc*, ut legit St. in O. l.45. *Potuerat*] *Poterat* Ar. l.47. *Londoniæ*] *Londō* Ar. ut & *Londoniis* legi poſſit. l.48. *Et primo q. ab o. Regi Richardo p. C. peregrinanti*] *Et prius quidem ab omnibus Regis Richardi propter Chriſtum peregrinantis* Ar.

P.531. l.1. *Suam tanquam*] *Suamque tanquam* Ar. Ib. *Injuriam & dedecus,*] *Injuriam, dedecus,* Ar. l.13. *Motu*] *Metu* Ar. l.14. *Londoniam*] *Londō*, ut *Londonias* item legi queat. l.15. *Eborum Archiepiſcopis,*] Deſunt Ar. l.17. *Secus*] *Minus ſecius* Ar. l.19. *Reflexus*] *Flexus* Ar. l.24. *Fuerint ſuperiore*] *Fuerunt ſuperiori* Ar. l.36. *Pacto illo non parente ſic ſui*] *Pacto non parens ſic ſuos* [f. *ſui*] Ar. l.50. *Saladinus etiam cum*] *Săladinus & cum* Ar.

P.532.l.19. *Evacuaverant,*] *Vacuaverant,* Ar. l.22. *Aſchalonem.*] *Aſchalonam* Ar. l.23. *Reliquas, Caſtella*] *Reliquas,& Caſtella* Ar. l.32. *Intentis,*] *Nitentibus,* Ar. l.33. *Conradus*] *Corradus* Ar. l.36. *Diſponentis*] *Diſponenti* Ar. l.40. *& in ſua*] *& ſua* Ar. l.41. *Cultris clam ad hoc deſtinatis eum*] *Cultris clam deſtinis eum* Ar. l.43. *Alte nutritis,*] "F. *Aſſaſinis*" inquit St. in O. l.44. *Beneficiarii.*] *Beneficari* Ar. l.50. *Novitatem*] *Vanitatem* Ar. l.51. *Pariſiis*] *Pariſius* Ar.

P.533. l.5. *Belle*] *Velle* Ar. l.14. *Daniæ*] *Daciæ* Ar. l.25. *Inquit*] Deeſt Ar. l.37. *Concinnatum*] *Contaminatum* Ar. l.40. *Se*] Deeſt Ar. l.41. *Concinnato*] *Contaminato* Ar. l.43. *Prævaleret*] *Prævalerent* Ar. Sed *prævaleret* repoſuit St. in O.

O. l.47. *Joppeum.*] L. *Joppen*, cum Ar. in quo etiam in sequentibus eo pacto recte scribitur. l.51. *Conradum*] *Corradum* Ar.

P.534. l.2. *Christianus exercitus*] *Christianum exercitum* Ar. recte. l.16. *Turcas*] *Thurcos* Ar. l.19. *Exterius*] *Exercitus* Ar. minus recte. l.41. *Saresbiriensem*] *Salesbiriensem* Ar.

P.535. l.22. *Tali, unus ex suis, dum escas*] *Tali, dum unus ex suis escas* Ar. l.30. *Incideres,*] *Incidens*, Ar. l.33. *Citra*] *Cura* Ar. Sed *contra* reposuit St. in O. Recte autem Galeus. l.36. *Rex captus*] Absunt in Ar.

P.536. l.1. *Quæ fuerat*] *Qui fuerat* Ar. Sed *quæ* reposuit St. in O. l.4. *Regis*] *Reges* Ar. Sed *Regis* reposuit St. in O. Ib. *Danorum,*] *Dacorum*, Ar. l.6. *Saxonici*] *Saxoni* Ar. Sed *Saxonis* reposuit St. in O. l.7. *Disjungari.*] L. *disjungar*, cum Ar. l.23. *Danorum*] *Dacorum* Ar. l.25. *Petiisset,*] *Petisset*, Ar. l.27. *Partis prioris, in ejusdem manus se sponte*] *Parti* [nonnemo forsitan *parci* conjiceret] *prioris, ejus de* [l. *ejusdem*] *manibus sponte* Ar. l.36. *Quam citius*] *Quam tocius* Ar. l.46. *Accusatur*] *Accusatus* Ar.

P.537. l.7. *Promissoris*] *Promissioris* Ar. l.21. *Viris*] *Viribus* Ar. l.37. *Oppugnata, jactura*] *Oppugnata, & jactura* Ar. l.42. *Pignoris*] *Pigneris* Ar. l.45. *De electione Archiepiscopi Cantuariensis.*] *De electo Cantuariensi* Ar.

P.538. l.27. *Operiebat*] *Opilabat* Ar. l.36. *Tertiamque*] Deest in O. & quidem in ipso MS. Ar. *tertiam* erasit quispiam, relicto *que*. l.46. *Pecuniam*] *Pecunias* Ar.

P.539. l.6. *Twina*] *Swyna* Ar. l.7. *Apparatus reparandi gratia,*] *Apparatus providencia reparanda*, Ar. l.9. *Custodiam*] Deest Ar. l.13. *Benevolum,*] *Benivelum*, Ar. l.23. L. *credidit.* l.25. *Mox*] *Modo* Ar. l.33. *Ostendat,*] *Ostentat*, Ar. l.35. *Præsensisset*] *Præscivisset* Ar. idcirco non est, cur ratio habeatur conjecturæ cl. St. in O. qui inquit, "f. *sensisset*", eo quod in O. ipso scriba *præstinisset* exarasset. l.40. *Divisit*] Deest in Ar.

P.540. l.6. *Adjudicavit*] L. *Abjudicavit* cum Ar. Neque aliter cl.Galeus ad finem. l.11. *Hamptoniæ*] *Hamptonæ* Ar. l.20. *Quod, cum iter*] *Cum quoddam iter* Ar. l.22. *Leviter*] Deest Ar. l.32. *Redit*] *Rediit* Ar. l.35. *Carrucatis*] *Carucatis* Ar. l.38. *Liberalitatem*] *Libertatem* Ar. l.47. *Illos*] Deest Ar.

P.541. l.10. *Vernullium*] *Vernuclium* Ar. l.14. *Protinus*] Deeſt Ar. Ib. *Cum Anglis*] Cum rege Anglorum Ar. l.19. *Proditis*,] L. *Perditis*, cum Ar. l.27. *Plauſtra*] *Plauſtū* Ar, perinde ac ſi *plauſtrum* eſſet legendum. Sed *plauſtra* (ſicut edidit Galeus) malim. l. 31. *Gerengeriæ*] Sic etiam Ar. Sed *Berengeriæ* repoſuit cl.St. in O. l.34. *Rantonenſis*] *Rancconenſis* Ar. l.39. lege, *factæ*. l. 44. *Cogitarent*] *Cogitaverunt* Ar. l.47. *In ſuis auſpiciis*] Sub his vocibus in O. lineolam poſuit cl. St. quemadmodum & aliam lineolam poſuit etiam in margine. Nil variat Ar. niſi quod *eſſe* mox poſt *auſpiciis* adjiciat. Atque ea de cauſſa (ni fallor) de loco hæſitavit Stillingfletus, quum abſque *eſſe* verba ſatis clara eſſe conſtet.

P.542. l.5. *Londoniam*] *Londō* Ar. ut *Londonias* potius legatur. l.12. *Succedit*] *Succeſſit* Ar. l.13. *Exercitiis*] *Exercienſum* Ar. l.14. *Illi*] *Illa* Ar. l.21. *Quia*] *Quoniam* Ar.

P.543.l.3. *Purgante*,] *Perurgante*, Ar. unde *perurgente* repoſuit cl. St. in O. l.7. *Luderet*,] *Videret*, Ar. "F. *exerceret*" inquit cl. St. in O. Recte autem *luderet*. l.16. *Domum tuam*,] *Domui tuæ*, Ar. l.19. *Ei*] Deeſt Ar. l.20. *ſuper*] *Dr̄* Ar. quod *deſuper* interpretari licet. Nec tamen diffiteor, non raro in Codd. MSS. vett. litteram *ſ* ſimilem eſſe *d*, quod forſitan ſcriba ut hîc loci cæcutiret effecit. l.21. *Optimatibuſque quoque*] *Optimatibus quoque* Ar. l.32. *Gratias*] *Gra* Ar. quod *gratiam* valet. Sed *gratias* in O. repoſuit cl. St. l.38. *Copiis*] Deeſt Ar. l.39. *Rulli*] *Rullii* Ar. l.41. *Alemannica premeretur.*] *Allemanica teneretur* Ar.

P.544.l.1. *Ruthas*] *Ruchas* Ar. Rectius autem *Ruthas* ſive *Rutas*. id quod manifeſtum è Spelmanno. Græcis ῥῦτα. Hinc magna ſive ingens hominum copia lingua vernacula **a great rout** dicitur. Eodem ſenſu quo & Hemingfordius voce utitur Guil. Neubrigenſis l.II. c.XXVII. Ibid. *Iſſoduno*] *Yſonduno* Ar. in quo & infra, p. 545. l. 4. *Iſondunum*, licet ibi l.41. *Yſondunum* habeat. l.2. *Alivernenſem*,] *Alvernenſem*, Ar. l.3. *Quidem*] *Pridem* Ar. l.12. *Hauſeſiſios*] *Hanſeſiſios* Ar. " F. *Aſſaſſinos*" inquit St. in O. l.14. *&*] Deeſt Ar. l.20. plenam diſtinctionem poſt *gratulari* pone. l.32. *Hujuſmodi*] Deeſt Ar.

P.545.

P.545.l.7. *Fuitque*] *Fitque* Ar. l.9. *Advolat*] *Adnebat* Ar. pro quo *advenerat* repoſuit cl. St. in O. l.11. *Inducit in campo,*] Malim, cum Ar. *educit in campum.* l.15. *Ut vel in arcto poſitus,*] Potius, cum Ar. *ut illis in arcto poſitis.* l.22. *Diutule*] *Diuſcule* Ar. l.23. *Seſe*] *Se* Ar. l.25. *Nonis*] *Nonas* Ar. l.32. *Facta,*] *Formata* Ar. l.37. *Archas,*] Sic etiam Ar. Sed *Arces* repoſuit cl. St. in O.

P.546.l.2. *Decennis*] *c* ſimilis *t* in Ar. unde *detennis* in O. in quo Codice "f. *detenti*" inquit cl. St. male. l.3. *Tutelam*] *Tutulam* Ar. l.6. *Paſchatis*] *Paſch̄* Ar. ut *Paſchæ* potius legatur. l.8. *Suſpenderent,*] *Suſpenderunt,* Ar. l.17. *Diutule*] *Diuſcule* Ar. l.25. *Nonancurtium*] *Nonancurcys* Ar. l.40. *Sunt*] *Te* pro hac voce legitur in Ar. l.43. *E veſtigio*] Deeſt *è* in Ar.

P.547.l.24. *Orientalis Eccleſiæ reliquias*] *Oriental̄ reliquias,* omiſſo *Eccleſiæ,* Ar. ut *Orientales* legatur. l.36. *Fieret, & militia*] *De* pro *&* in Ar. recte.

P.548.l.18. *Pago*] Recte, non, ut in Ar. *pace.* Neque proinde neceſſe eſt, ut (cum cl. St. in O.) *Beluacenſe* pro *Beluacenſi* reponamus. *U* autem vocali potius quam conſonanti cum Cod. Ar. utimur. Proinde & mox *Beluacenſis* non *Belvacenſis* ſcribendum. l.28. *Ad*] L. *ab.* l.43. *Improbrans*] *Improperans* al. l.46. *Pro ſtola alba loricam & clypeum ſumpſiſſet,*] *Pro alba loricam & clipeum pro ſtola ſumpſiſſet,* Ar.

P.549.l.8. *Hæreditarii*] *Hereditari* Ar. pro quo *hereditatis* in O. repoſuit St. Vera autem lectio eſt *hereditarii.* l.12. *Reges prædicti tunc,*] *Reges noſtri tunc,* Ar. l.14. **Dagoun**] *Dagon̄* (ſive **Dagone**) Ar. l.19. *Amnium*] *Ampnem* repoſuit St. in O. male. l.23. *Obtendens ſe*] *Obtendens tū* [i.e. *tum,* ni fallor, pro *tamen*] *ſe.* l.26. *Expectato*] Deeſt Ar. l.33. *& cum frequentia*] *& omni frequencia* Ar. l.37. *Regiones perviæ,*] Potius cum Ar. *Regiones eſſent perviæ.* l.44. **Gayſlard**] Sive **Gaylard,** nam utroque modo in Ar. l.45. *Andeliacus*] *Andelaycus* Ar.

P.550.l.2. **Andelle,**] Sive **Aundele, Aundel,** vel **Awendel** cum Ar. (nam tribus hiſce modis in illo Codice effertur.) l.13. *Deppa*] *Depa* Ar. l.17. *Quomodo ibi pluit ſanguinem.*] Cujus lemmatis loco in Ar. habemus (ſed perperam) *Tregam*

gam unius anni ceperunt Reges. l. 37. *Multoties*] *Multociens* Ar. l.48. *Chirurgi,*] *Chirurgici,* Ar.

P.551.l.5. *Parvipendens,*] Sic etiam Ar. Male proinde cl. St. repoſuit *parum pendens* in O. l.6. *Infeſtatum*] Potius *infeſtratum*, cum Ar. Nec tamen me latet, & *infeſtatum* poſſe defendi, Italicos Scriptores ſi ſequamur. Sermoni tamen Anglico Codex noſter favet MS. l. 8. *Walterius*] Neque aliter ſcribitur in Ar. l.21. *Do*] Deeſt in Ar. l.23. *Fricta*] *Frixa* Ar. l.45. *Aliis*] Malim *hiis*, cum Ar. l.53. *Non quidem*] *Non michi quidem* Ar. l.54. *Strenuiſſimus*] *Strenuior* Ar. l.55. *Jure*] Abeſt Ar.

P.552. l.1. *Etiam*] *&* Ar. l.12. *& ſepulturæ*] Deeſt *&* in Ar. l.27. *Cujus*] *Ejus* Ar. l.32. *Arduum*] Abeſt Ar. l.33. *Johanni*] Deeſt Ar. l.35. *Pactis,*] Lege, *peractis*, cum Ar.

P.553.l.5. *Cujus*] *Ejus* Ar. l.7. *Hac*] *Ac* Ar. extrito *h*, ex veteri ὀρθογραφίᾳ. l.15. *Norwicenſis*] *Norwicis* Ar. l.16. *Quaſſatur*] *Caſſatur* Ar. quod fere malim. l.29. *Reditum*] *Redditum* Ar. Et quidem *d* geminabant ſæpius veteres. l. 38. *Anglicanam*] *Anglicis* Ar. Sed *Anglicam* repoſuit St. in O.

P.554. l.41. *Tuſculani*] *Thuſculanenſis* Ar.

P.555. l.25. *Secreto,*] *Secrete*, Ar. l.25. *Poſſe meo; ſic me*] *Poſſe; ſicut me* Ar. l.29. *Conſecutus eſt, &*] *Conſecutus, &* Ar. l.38. *Seiſita*] Sive, ut in Ar. *ſayſita*. l.41. *eam. Et totam Vaſconiam cum*] *eam totam Vaſconiam & cum* Ar. ſine ulla diſtinctione. Placet tamen Codicis lectio Galeani, ſicuti & mox etiam *ſuos* Galeanum malim, quam Codicis Ar. *ſuo*. licet forſitan alii *per* in *pro* converſuri ſint, ut *ſuo* magis ſit eo pacto congruum.

P.556.l.9. *Per pecuniariam*] *Per* deeſt Ar. quod in culpam ſcribæ lubens conferrem. Itaque *pecuniaria* pro *pecuniariam* in O. repoſuit cl. St. l.11. *Londoniam,*] *London̄*, Ar. ut malim *Londonias*. l. 20. *Leolynum*] vel *Lewlinum* ſive *Leulinum* cum Ar. in quo utroque exaratur modo. l.40. *Occurrebat, humeris ſup.* &c. *ſuſtentans.*] *Accurrebat, humeriſque ſuppoſitis*, &c. *ſuſtentabant* Ar. l.45. *Patefecit*] *Pacefecit* Ar. Sed *patefecit* in O. repoſuit St.

P.557. l.14. *Ad extremam*] *De extremam* Ar. corrupte. *Ad* proinde repoſuit cl. St. in O. l.16. *Aſſiſii*] *Aſyſii*, Ar. in quo infra (l.20.) *Aſiſiam*. l.41. M. CCXVII. l.46, 50. &

& Pag. 558. l. 26. *Magnatum*] *Magnatorum* Ar. l. 47. *Cum ſpecie*] *Cum in ſpecie* Ar. l. 48. *Ipſa*] "F. *propria*" inquit cl. St. in O. abſque cauſſa.

P. 558. l. 10. *Londoniam*,] *Londō*, Ar. ut utroque modo (ad arbitrium lectoris) vel nimirum *Londoniam* vel *Londonias* legatur. l. 13. *Iret*] *Nec* pro hac voce in Ar. Hinc in O. cl. St. poſuit lineam ſub *ſpaciatum*, uti etiam in margine. Recte autem edidit cl. Galeus. l. 35. *Attenuata*] Recte. At *accamata* in Ar. unde lineolam ſubter poſuit in O. cl. St. quemadmodum & ejuſmodi itidem lineolam poſuit in marg. l. 36. *Regnorum florentiſſimum, infeliciſſimum videretur*,] Hîc etiam recte Galeus. At in Ar. *rex regno florentiſſimo, infeliciſſimum videretur.* Neque aliter O. niſi quod *videretur* in *videret* converterit.

P. 559. l. 9. **Weſchy.**] **Weſci** Ar. in quo & ita etiam ſcribitur ſupra p. 558. l. 2. — l. 15. *Londoniæ*] *Londō* Ar. ut vel *Londoniæ*, vel *Londoniarum*, vel (quod malim) *Londonienſem* legatur. l. 25. *Opprimere*,] *Opprimendo*, Ar. Neque aliter O. in quo tamen ſub *& habere* lineolam calamo ſuo duxit cl. St. l. 27. *Neſcientes qua*] *Neſcientes tamen quæ* Ar. l. 33. *Swyneſhened*,] Sic etiam Ar. Sed quum in Codd. vett. vix inter *n* & *u* diſtingui queat, *Swyneſheued* vel *Swyneſheved* reſcriberem. l. 43. *Abbas*] Deeſt Ar.

P. 560. l. 17. *Sanctam Monialem*] *Sanctimonialem* Ar. l. 19. *Wintoniæ*,] Sic etiam Ar. Neque mutavit cl. St. in O. Reponend. autem *Wigorniæ*. l. 34. *Innuerit*] *Meruerit* Ar. minus recte, niſi forſitan *monuerit* reſcribas. Ib. *Expergeſcens à ſomno*] *Expergefactus à ſompno* Ar. l. 41. *Gwydonem* **Dyſenay**,] Ita etiam Ar. Sed *Guydonem Lyſignay* ad calcem repoſuit Galeus. l. 47. *Exprobando*] L. *exprobrando*, cum Ar. l. 49. *Poſt*] L. *patet*, cum Ar.

P. 561. l. 5. M. CCXVI.] M. CCXV°. Ar. l. 9. *Liber*] *Licet* Ar. recte. l. 11. *Geſſit. Verum, quia*] *Geſſit eam quia* Ar. Lege, *geſſit tamen*, (et quidem *tamen* etiam repoſuit cl. St. in O.) *quia*. l. 12. *Vel dignitatem ei aſcribo.*] *Nec ei dignitatem aſcribo* Ar.

P. 562. l. 11. *Cumque*] *Verum quia* Ar. l. 25. *Londoniæ*] *Londō* Ar. adeo ut *Londoniis* malim. l. 27. *Eſt in Feſto*] *Eſt & in Feſto* Ar. l. 28. *Eodem anno, ſcilicet* M. CCXVI.] Exſtant

tant etiam hæc verba in Ar. ita tamen, ut mox poſt lemma collocata, proximi capituli ſint initium, hoc nempe modo: *Eodem anno. ſ.* M°.CC°.XVI. *moxque Conſiliarii.* Rectius autem Codex Galei. l.35. *Captivati,*] *Captivitati,* Ar. Sed *it* delevit cl. St. in O. l. 45. *mihi*] *met̄* Ar. An pro *mihimet?*

P.563. l.7. *Congruebat; & ita quaſi Sanctus inter h. i. ut*] *Congruebat; quaſi Sanctus & inter h. i. &* Ar. l.15. *Reſpondiſſentque ei,*] Deeſt *que* in Ar. l. 16. *Quidem eſt puerum* Ar. At pro *puerum* cl.St. male repoſuit *ipſum* in Ar. l.17. *Poteſt,*] Abeſt Ar. l.25. *Veniet*] *Venit* Ar. l.27. *Ille inquit, tolle*] *Ille: Tolle, inquit,* Ar. l.34. *Puerum*] Ita etiam Ar. non (ut in O. repoſuit St.) *ipſum.* l.44. *Sarracenorum* Ar.

P.564. l.21. *Gratia;*] *Gravia* Ar. l.27. *Peractis natale*] *Peractis, receſſit ab eo Rex, & in Angliam reverſus, natale* Ar. l.33. *Obiit Rex*] *Obiit Philippus Rex* Ar.

P.565. l.5. Tolle comma poſt *Presbyteri.* l.6. *Pembrochii*] *Penbroψ* Ar. Sed *Pembrok̄* repoſuit cl. St. in O. l. 16. *Deceſſerit, hæres*] *Deceſſerit, et heres* Ar. l.23. *Dominus ſuus*] *Domus ſuus* Ar. unde *domus ſua* repoſuit St. in O. Sed recte in Galeo. l.26. *Fuerit,*] *Fuerat,* Ar. l. 39. *Vivarium,*] *Vivare* Ar. Sed *vivaria* repoſuit St. in O. l. 41. *Carrucis*] Vel, ut in Ar. *carucis.* l.46. *Diſparagatione.*] *Diſperagacione* Ar. l.52. *Competens,*] *Compotens,* Ar. l.55. *in de*] *inde* Ar. male.

P.566. l.8. *Noluerit*] *Velit* Ar. l.11. *Solverint,*] *Solverunt,* Ar. l.13. *Suas antiquas*] *Suas & antiquas* Ar. l.34. *Vicineto.*] *Viſneto* Ar. l.40. *Qui fuerunt*] *Quæ fuerint* repoſuit cl. St. in O.

P.567. l.3. *Et ſi non duxerimus*] *no* pro *non* in Ar. Sed ad calcem editionis ſuæ *nos* repoſuit cl. Galeus. l.14. *Kidelli*] *Kedelli* Ar. l.15. *Penitus per*] Sic etiam Ar. Sed *penitus & per* aliâs legi monuit cl. Galeus ad calcem. Ib. *Medewigam*] *Medevayam* Ar. l.24. *Habemus*] *Habebimus* Ar. l.30. *Aliquem manifeſte ad juramentum*] Ita etiam Ar. At cl. Galeus ad finem monet, *aliquem ad legem manifeſtam, nec ad juramentum* aliter legi. l. 32. *Aut*] *Ante* Ar. & ſic emendavit cl. St. in O. Sed *aut* retinend. l.34. *Mittemus*] Deeſt Ar. l.41. *Sint*] *Sit* Ar. male. l. 48. *Faciat*] *Faciet* Ar.

P.568. l.8. *Illud*] L. *illum,* cum Ar. l.20. *Domino*] *Dominis* Ar. l.34. *Contentæ*] *Continentes* Ar. l.34. *Si ab aliquo contra*]

tra] *Et ſi *aliquo aid"* [f. **aliquid"*] *contra* Ar. l.35. *nihil*] *nīl* Ar. id eſt *nil* vel *nichil*. Male igitur *non* in O. repoſuit cl. St. l.36. *Manum*] *Mañ* Ar. ut & pluraliter legi poſſit. Et tamen malim ſingularem. l.46. *S. tituli*] *G. tit̄* Ar. l.48. *Londonienſis*] *London̄* Ar.

P.569. l.24. *Abſcindantur*] *Abſcidantur* Ar. l.31. *Swanimotum*] *Swaynemotum* Ar. atque eo pacto infra. l.38. *venatione*] *fonmacoe* Ar. Sed lineola notavit cl. St. in O. in quo & lineolam etiam poſuit in marg. l.39. *Foreſtarii & Viridarii*] Deeſt *&* in Ar. l.43. *Comitatu*] *Com̄* Ar. Itaque lege, *Comitatibus*. l.49. *aliquid*] *aīt* Ar. id eſt, *aliquit*. quo modo ἀρχαικῶς ſcribebant. l.51. *Gratuito*] *Graviter* Ar. l.54. *Invenire*] *Inveniſſe* Ar. l.ult. [*per Foreſtam* &c. *autem faciat*]] Hæc etiam deſunt in Ar.

P.570. l.7. *Aereas accipitrum, eſpervarum,*] *Aeras ancipitrum, expervar'*, Ar. ut *expervariorum* etiam legatur. Neque aliter atque *ſpervariorum* re vera legitur apud Matthæum Pariſienſem, qui Chartas haſce etiam protulit A.D. 1215. quem proinde conferas. l.10. *Cheminagium*] *Chęmynagium*, & mox *chiminagium*, Ar. l.12. *Per balliva*] Deeſt *per* in Ar. l.16. *Boſcum, maremium,*] *Buſcam, meremium*, Ar. l.18. *Vel equo portante ſummagium*] *Vel ſummagio, vel equo portante ſummam* Ar. l.20. *Boſcum,*] *Buſcam*, Ar. l.26. *Forisfacient*] *Forisfaciant* Ar. l.45. *Non valeat,*] *Nil valeat*, Ar. l.45. *Decimoſexto*] *Sexto* tantummodo in Ar. l.48. *&c.*] Deeſt Ar. l.50. *Actis*] *Artis* Ar. pro *chartis* ſcilicet, quo modo plane legend. eſſe monuit cl. Galeus ad finem. l.53. *Succeſſores hæredes*] *Succeſſores & heredes* Ar.

P.571. l.4. XXXVIII.] Lege, XXVIII. (cum Ar.) l.9. *Idibus*] *Idus* Ar. l.12. *Exonienſis,*] L. *Oxonienſis*, cum Ar. Alibi tamen & *Exonienſis* & *Exonia* pro *Oxonienſis* & *Oxonia*, animadvertentibus illis, qui Academiæ Oxonienſis antiquitatem ac hiſtoriam defenderunt. l.17. *Cautela accenſi*] L. *candelis accenſis* cum Ar. quo modo reſcribend. eſſe monuit etiam ad calcem cl. Galeus. l.25. *Luminibus*] L. *liminibus*, cum Ar. Atque ita etiam legend. eſſe docuit cl. Galeus ad finem. l.26. *à modo*] *amodo* Ar. l.30. *Rogero,*] *Rog̃* Ar. At *Rege* reponend. eſſe monuit ad calcem Galeus.

l. 32. *quæcunque*] q̄cunque Ar. Lege, *quacunque*. quemadmodum & ipſe etiam monuit cl. Galeus ad finem.

P.572.l.19. *Omnipotent.*] *Omnipotent'* Ar. pro *Omnipotentis*. l.20. *Contrariari.*] *Contrarie* Ar. L. *contraire*. l.22. *Bonorum*] L. *beatorum*, cum Ar. Neque aliter ad finem correxit Galeus. Ib. *denoverit*] L. *ſe noverit*. quo modo & ipſe etiam emendavit Galeus ad calcem. l.23. *Anno* XI.] *Anno* XII. Ar. l.31. **Breans**] L. **Breaus** tam hîc, quam & infra l.34. cum Ar. quo pacto correxit etiam ad finem Galeus. l.35. *Epiſtolarum*] L. *epularum*, cum Ar. Neque aliter repoſuit cl. St. in O. Imo & eo pacto itidem emendavit cl. Galeus ad calcem. l. ult. *Magnatum*] *Magnatorum* Ar.

P.573. l.1. *Non*] Delend. eſſe monuit cl. Galeus ad calcem. Exſtat tamen in Ar. l.7. M. CCCXXXIII. *Non. Aprilis*,] Mo CCo XXXIIIo.IIIIto. *Non. A.* Ar. l.8. *Lincolniæ*] *Lincoln̄* Ar. ut & legatur (quod præferrem) *Lincolnienſis*. l.9. **Groſſeteſte**] Vel, ut in Ar. **Groſeteſte**. l.13. *et* legend. cum minori, non cum majori, *e*. l.15. *Pro poſſe volens*] *Volens pro poſſe* Ar. l.16. *Paſchalis*] Culpâ forſitan typothetæ pro *Paſchatis*. At in Ar. *Paſch̄*, quod *Paſchæ* potius valere puto. l.18. **Merton**] **Merton̄** Ar. quod idem eſſe atque **Mertone** è Notis alibi noſtris liquere poſſit. Sed hoc leve admodum. l.28. *Navarræ*,] *Naverniæ*, Ar. l.32. Commate poſt *Angliæ*, non poſt *filiam*, diſtingue. l.39. *Oxoniam*] *Oxoniæ* Ar. l.40. *ipſi*] *ubi* Ar. recte. male igitur in O. *niſi*, quod videns cl. St. *vero* repoſuit, uti etiam mox *cum* pro *tamen* reſcripſit. Ib. [*cum*] Vocem hanc (uncis incluſam) adjecit Galeus. male. Nam (ut ex iis, quæ notavimus, conſtat) legend. *At ubi poſtmodum tamen vellent*. l.41. *Negotium*] *Negotis* Ar. At *negotia* repoſuit cl. St. in O. l. ult. *Cloccario*] *Clocario* Ar.

P.574. l.4. *An.*] Deeſt Ar. l.11. mox poſt *in Vaſconiam* adde cum Ar. *& devincit Francos*. l.15. **Saintes** *&* **Taillebourg**, *& manſit*] **Saynches** *&* **Saytheron̄**, *& manſit* Ar. l.21. *inveniendo*] *inueiendo* Ar. Linea ſignavit tam in textu quam in marg. cl. St. in O. Vide infra ad pag. 582. l.26. l.41. *Lugdunenſi*] *Lugdun̄* Ar. cum lineola, ut vel *Lugdunenſi* vel

vel *Lugduni* legi poſſit. Et quidem *Lugduni* repoſuit cl. St. in O.

P.575. *Fredericus vere coronatus fuit*] *Fredericus* IIo. *coronatus fuit* Ar. quam lectionem ego longe præferrem, modo IIus. pro IIo. reponatur. l.20. *Sententiam*,] *Sententias*, Ar. l.35. *Venerare d.* &c. *invicte ex*] *Venerari dignantur, quociens in Patres Apoſtolicos ordinantur. Quod autem in circumlocucionibus noſtris innuitur ex* Ar. l. 40. puncto, non interrogandi nota, diſtingue cum Ar. poſt *ſtabilire.* l. 50. *Noſtræ*] L. *veſtræ*, quo modo etiam correxit cl. Galeus ad calcem. l.52. *Accendere*,] Sic etiam Ar. Sed *attendere* reponend. id quod monuit quoque ad calcem cl. Galeus. Ib. *Quod*] *Quot* Ar. rectius, mea ſententia. Ib. *Execrari*] *Exetari* Ar. corrupte. quapropter lineola ſignavit cl. St. (tam in textu quam in marg.) in O.

P.576. l.3. *Paterni*] L. *Paterini* (Hæretici erant ſic dicti) cum Ar. Neque aliter emendavit cl.Galeus ad finem. l.3. *His*] *Hic* Ar. l.4. *Confirmetis* :] *Confirmatis* Ar. l.9. *Nobis*] Sic etiam Ar. l.10. *Reſervans*] *Reſervandas* Ar. Sed *reſervanda* repoſuit cl. St. in Ar. Alii forſitan malint, *reſervantes.* l.15. *Dictus Petrus*] Ita etiam Ar. Sed *Sanctus Petrus* reponend. eſſe monuit cl. Galeus ad calcem. l.25. *Inebriati*,] *Debriati*, Ar. l.29. *Mediocribus*] *Medicebus* Ar. Sed *modicis* repoſuit St. in O. l.52. **Groſſeteſte** *Lincolniæ*] **Groſſeteſte** *Lincoln̄* (ut & *Lincolnienſis*, quod malim, legi poſſit) Ar.

P.577. l.15. *Obviabant.*] *Obviabat* Ar. l.32. *Validus*] *Inauditus* Ar. l.37. *Dignitatem*] *Unitatem* Ar. l.44. **Groſſeteſte** *Lincolniæ*] **Groſteſt** *Linc'* Ar.

P.578.l.3. *Domini*] Deeſt Ar. l.6. *Lincolniæ*,] *Lincol̄* Ar. ac ſi *Lincolnienſem* etiam legi poſſit. l.9. *Serwallus Ebor. Archiepiſc. & A. P. ob.*] Deſunt Ar. l.13. *Ac*] Deeſt Ar. l.30. *Transfretavit*] *Transfretarunt* Ar. rectius. l.33. *Ductus conſilio*] *Ductuſque conſilio* Ar.

P.579. l.3. L. *diſſentione.* l.4. *Ex tunc*] Vel cum Ar. (tam hîc, quam alibi) *extunc*, quo modo uſitate ſcribitur in Codd. MSS. l.9. *Hoc*] *h̄* Ar. quod & *hæc* (quo modo ſane legerem) valet. l.26. *Paſchatis*] Potius *Paſchæ.* Nam *Paſch̄* in

Ar. l.28. *Ipſis*] Malim, *epiſcopis*, cum Ar. l.30. *Contradictione*] *9diccione* Ar. id eſt, *conditione*. l. 32. *Profectum & util. Regni ſui cond.*] *Profectum ſui, & utilitatem Regni cond.* Ar. l.36. *Accipitres*] *Ancipitres* Ar. l.37. *Inſtructi armis*] *Inſiruit cum armis*, Ar. perinde ac ſi legend. eſſet, *inſtructi cum armis*. l.38. *Regis, qui erant*] *Regis fuerant* Ar. rectius. l.40. *Catuli*] Sic etiam Ar. Male proinde in O. *catulos* repoſuit cl. St. l.42. *Statuerunt inprimis*] *Statuerunt ſtatuta*. *In primis* Ar. l.45. *Quod ad*] *Quo ad* Ar. l.48. *hæc,*] *hꝫ* Ar. quod vel *hoc* vel *hæc* valet. Sed pluraliter malim.

P.580. l.4. *Voluptuarias*] *Voluptarias* Ar. rectius. l. 32. *Promiſſis*] *Præmiſſis* Ar. l.39. *Ferrarienſis,*] *Ferrerienſis*, Ar. Ib. *Scil.*] Deeſt Ar. l.44. *Pro*] Deeſt Ar.

P.581. l.9. *Multi*] *Multa* Ar. l. 13. *Dominum de Valle Anand,*] *Dominum Vall* [vel *Vallis*] *Anand*, Ar. l. 14. *Johannem*] Deeſt Ar. Ib. *Layburum,*] *Layburne*, Ar. tam hîc quam infra p. 582. l.35. recte. l. 14. **Mortemer,**] **Mortimer,** Ar. cum hîc tum alibi. l.24. *quomodo*] *Quo modo* (rectius) Ar. l.45. *In urbem ut inimicam fugerunt multi,*] *In urbem* (*utinam ſanctam*) *fugerunt multi*, Ar. l. ult. *Illi, qui*] *Cui, qui* Ar. Sed *cui* delevit cl. St. in O.

P.582. l.7. *Ferrariis,*] *Fereis*, Ar. f. *Ferers*. l. 10. *Qui*] Deeſt Ar. l.15. **Hawreſcham** Ar. l.17. *Caſtellum de* **Wyndeſhores**] *Caſtrum de* **Wyndeſhouer** Ar. l.26. *inveniendo*] Sic etiam Ar. Sed ad calcem *in veniendo* correxit cl. Galeus, nihil tamen notans de eodem verbo, quod jam ſupra (p. 574. l.21.) occurrerat. quemadmodum & occurrit item infra l.37. l.27,37,38,39,41. *Londoniam*] *Londō* Ar. ut (quod malim) *Londonias* etiam legatur. l.28. *æquitaret,*] L. *equitaret*. l.34. *Illiniſſent*] *Illuviaſſent* Ar. recte, ut mihi videtur, licet alibi memet hanc vocem legiſſe haud meminerim. *Illumaſſent* O. ita tamen ut nota ſignaverit cl. Stillingfletus, cujuſmodi itidem notam poſuit ad oram Codicis. *Inſiliiſſent* legend. eſſe monuit cl. Galeus ad calcem. l.35. *Layburum,*] Vide ſupra ad p.581. l. 14. — l. 37. *Inveniendo*] Vide ſupra ad l.26. --- l.39. *agulo.*] L. *angulo*. l.45. Tam **Tunebruge** quàm **Tunebrige** ſcribitur in Ar.

P.583. l.7. *Leiceſtriæ,*] Ita etiam Ar. Sed *Leiceſtriæ &*

Clare

Clare legend. esse monuit cl. Galeus ad finem. l. 10. *Liberaret, &*] *Liberaret infr'* (hoc est, *infra*) *&* Ar. l. 13. *Cumque*] *Dumque* Ar. l. 34. *Eoque plures*] *Eo quod plures* legend. esse monuit cl. Galeus ad finem.

P. 584. l. 15. *Proficientes*] L. *proficiscentes* cum Ar. haud secus atque ipse etiam ad calcem correxit Galeus. l. 20. *Recognoscere*] *Cognoscere* Ar. l. 48. *Præsidente*] L. *prædicente* cum Ar. l. 49. *Fugerunt,*] *Fugerant,* Ar. rectius.

P. 585. l. 5. *Rex & omnia sua à potestate*] *Rex in omnia sua in potestate* Ar. l. 9. *Videretur à populo.*] *Videretur in populo* Ar. l. 11. *& Henricus,*] Ita etiam Ar. Sed *& Almericus* emendavit Galeus ad finem. l. 17. *Nominatur*] *Nominabatur* Ar. l. 26. *Velle. Miserunt*] *Velle in liberacione ipsius pro posse. Miserunt* Ar. l. 38. *Simone Comite*] *Comite Simone* Ar. l. 34. *Dextrarios*] *Destrarios* Ar. Sed *dextrarios* reposuit St. in O. l. 36. *in honore*] *& honore* Ar. Sed *in honore* reposuit cl. St. in O. l. 38. *Hanc tamen, præmisso*] *Hanc rem tamen, præmisso* correxit Galeus ad calcem. Conjeceram, *hanc causam, præmisso.* Nam in Ar. *hanc tam̄ præmisso.* At in Codd. vett. *c* à *t* vix distingui posse alibi monui. l. 44. *Poterunt ;*] Sic etiam Ar. Malim, *poterant,* vel *potuerunt.*

P. 586. l. 11. *Baronettis,*] L. *Banerettis,* cum Ar. l. 14. *tum*] *cū* Ar. Sed *tamen* reposuit cl. St. in O. quod probo. l. 19. *enim* pro *videlicet* legitur in Ar. l. 27. *Muniti sanguine vineæ.*] *Muniti sanguine venæ* Ar. minus recte. Itaque lineola (subter posita) hasce voces signavit cl. St. in O. l. 38. *Monte Elyno*] L. cum Ar. *montis clyvo* (vel *clivo.*) l. 41. *Venerunt*] *Veniunt* Ar. Ib. *nec*] *& nec* Ar. l. 45. *Cloccario*] *Clocario* Ar.

P. 587. l. 3. *In eventu dubio,*] *In eventum dubii,* Ar. l. 10. **See**] Sic etiam Ar. Sed **Dee** legend. esse monuit ad calcem Galeus. l. 24. *Raderus*] L. *Radulfus,* cum Ar. l. 26. commate distingue post **Roule.** l. 34. *De captione* **Cesterfield**] *De capcione de* **Cesterfeld,** Ar. l. 36. *Remanserunt,*] *Remanserant,* Ar. l. 39. *Maiio*] *Mayo* Ar. *Sayville,*] Ita etiam Ar. nisi quod **Sayvyll** efferat. At **Dayville** Galeus in variis Lectionibus ad finem. l. 48. *uxore*] *ux̄* Ar. ut *uxori* legerem.

P. 588. l. 1. *Reginæ, & decima*] *Reginæ, de decima* Ar. rectius.

ctius. l.2. *Sequentes*] *Subſequentes* Ar. l.7. *Propter*] Lege *Papa* cum Ar. l.15. *Caſtellis*] Potius *Catallis*, cum Ar. l.16. Haxailylum ;] Haxailylm̄ ; Ar. l.20. *Comprehenderet. At*] *Comprehenderet eos. At* Ar. l.23. *Circuiverant*] *Circuiverunt* Ar. l.25. *Præoſtenderunt*] *Præoſtenderant* Ar. l.26. *& ſic faciens*] *& fieri faciens* Ar. l.29. Lepeches] le Peches, Ar. l.31. *Tamen Rege cum filio* London, *qui*] *Tandem Rege cum filio* Londō (vel potius Londonias) *barones, qui* Ar. rectius. l.43. *Suorum, mel.*] *Suorum, ad melioracionem* Ar. recte.

P.589. l.16. Tunes,] Sive, cum Ar. Thunes. l.39. *Tenuit. Permanentes*] *Tenuit. & permanentes* Ar.

P.590.l.4. *Circiter* XX.] *Cerit'* XX^ti. Ar. Reponerem, *centum* XX^ti. l.14. *Attentaret.*] *Attemptarent* Ar. l.26. *Fecit*] *Fecerit* Ar. l.27. *Revocans navem aſcendit*] *Renovans navem oſtendit* Ar. l.28. *Paſchate.*] *Paſchꝫ* Ar. ut *Paſcha* potius legatur. l.48. *Circa feſtum beati P. ad vincula, uſque*] *Circa advincula Beati Petri, uſque* Ar.

P.591. *Admiralius Jaſpes,*] *Admirande Jaſpes*, Ar. Neque aliter in O. niſi quod cl. Stillingfletus lineola (tam in textu quam & in margine ducta) notaverit. l.25. *& percuſſit*] Deeſt *&* in Ar. Ib. *Effundit*] *Effudit* Ar. l.29. *Libere*] L. *bibere* cum Ar. l.33. *Muſſitaverunt*] *Muſitaverunt* Ar. in quo & mox *muſitatis*. l.36. *Sum*] Deeſt Ar. recte. l.38. *Expete*] *Excerte* Ar. pro *excerce* ſive *exerce.*

P.592. l.1. *Tractavit*] *Attractavit* Ar. l.4. *Hebdomadum,*] *Hebdomadarum*, Ar. l.9. *Tornavit*] *Torniavit* Ar. l.18. *Se*] Deeſt Ar. l.41. *Peremerant,*] *Peremerunt*, Ar. l.44. *Illorum,*] *Aliorum*, Ar.

P.593.l.3. *Securius crederent,*] *Securus crederet'*, Ar. perinde ac ſi *crederetur* legend. eſſet. Sed ſenſus ſuadet prius. l.10. *Pariſios,*] L. *Pariſius* cum Ar. l.30. M.CCLXXIII. *Kalend.*] Lege, cum Ar. Mº.CCº LXXIIIº. XVI *Kalend.* l.35. *Londoniæ.*] *Londō* Ar. ut & pluraliter etiam legatur, ſicuti jam ſuperius annotavimus.

Num.

Num. X. Vide Præf. §. XXIV.

Concerning Reginald Peacock's *Opinions, not only from* Nich. Doleman's Three Converſions of England, *but from a MS. in the hands of* Thomas Ward, *of* Warwick, *Eſq;*.

The Examen of *J. Fox* his Calendar-Saints. [THE MONETH OF FEBR.] Chap. 6. 265. *Vol. the* 2d.

Reynold Peacock an hereticall recanting Confeſſor.

21. AFTER this Fox bringeth in for a Confeſſor of his Church Reynold Peacocke; firſt Biſhopp of Saint Aſſaph, and after of Chicheſter. Who under K. Henry the 6. (anno Regni 36.) and in the yeare of Chriſt 1457. was convented before Thomas Bourcher Archbiſhopp of Canterbury, & convinced of divers foule hereſies and errors. Which he recanted openly in theſe Words, regiſtred by Fox him ſelfe: "In the Name of God, Amen.

"Before yow the moſt Reverend Father in Chriſt the "Lord Thomas, by the grace of God Archbiſhopp of Canter- "bury, &c. I Reynold Peacocke, unworthy Biſhopp of Chi- "cheſter, do purely, willingly, ſimply and abſolutely confeſſe "and acknowledge, that in tymes paſt, (that is to ſay, by "the ſpace of 20. yeares) I have wrytten, publiſhed, and ſett "forth many pernicious doctrines & hereſies, contrary to the "Catholike & Apoſtolicall faith. Eſpecially theſe errors "and hereſies heere vnder wrytten.

"1. Firſt, that we are not bound by the neceſſity of faith "[to believe], that our Lord Jeſus Chriſt after his death de- "ſcended into hell.

"2. Item, that it is not neceſſary to Salvation, to beleeve "in the holy Cath. Church.

"3. Item, that it is not neceſſary, to beleeve the Commu- nion of Saints.

"4. Item, that the vniverſall Church may erre in mat- "ters, that appertaine to faith, &c.

"Wherfore I Reynold Peacocke, wretched Sinner, do re- "nounce and forſake all the errors and hereſies aforeſaid, "&c. Thus farre recounteth Fox, his recantation: and then "addeth preſently,

"Not-

Fox pag. 652. See also Holinsh. ann. 36. Henr. 6.

"22. Notwithstanding (Godly Reader) it is not to be be-
"leeved, that Peacocke did so give over these opinions, how-
"soever the Words of the recantation pretend. Neyther is
"yt to be doubted, but that this Bishopp repented him after-
"ward of his recantation. Which may easily be judged
"heerby, because he was comytted againe to prison, &c.
"And then againe he saith: At length, for these & such
"other Articles, he was condemned for an heretike, by the
"Archbishop of Canterbury, Bishopps of Rochester, Lincolne,
"and Winchester. And was caused at Paules Crosse to abjure,
"and all his bookes were burned, and himselfe was kept in
"his owne house prisoner during his naturall life.

Great impudency and folly in Fox.

23. Marke here (Gentle Reader) how Fox reprehendeth the Catholike Bishops of England in those dayes, for condemninge Peacocke, that denyed expressely three Articles of the Creed: to witt, the discent of Christ into hell, the Catholike Church, and communion of Saints. And that albeit Peacocke both recanted & abjured them, both publikely and privately: yet will he needs have, that he dissembled and meant otherwayes, and therby make him a fitt Confessor of his Church. Wherby it followeth, that Fox also beleeved not these Articles of the Creed, and that his Confessors are not made by confessing their faith (as among us) but by denying, recanting, dissembling, and perjurious abjuring against their owne Consciences. Fitt Confessors for such a Congregation. And so much of him.

MS.

Fox. 709.

Tho. Burscher, Archbishop of Canterbury. He called Reynold Peacock, Bishop of Chichester, in question, condemned him for hæresie enforcing him to recant these Articles, That Christ's descent into hel after death is no Article of faith; nor to beleve in the Catholick Church; nor that Christ's bodie is materialy in the Sacrament; the Church universal may erre in matter of faith; neither is it necessarie to salvation to beleve what every general Councell decreeth. After which recantation, he was kept in prison, where some said he was privilie murdered. Others saie he preached at Paul's crosse, That a Prelat's chief office is to preach God's word, which is to be preferred before all reason of man;

Fox. 710.

Tho. Gascoign Dictionar. Theolog. part. 3.

That

That the Apostles made not the Creed, & that descention into hel was not in it at first; that the proper sense of Scripture is only to be followed: in some points he estemed not the ould Doctors, & condemned begging friers. He also dissented from the Church in the Eucharist. Leland.

Num. XI. Vide Præf. §. XXVII.

The learned Mr. Henry Dodwell's *Letter, concerning the power of Metropolitans in depriving suffragan Bishops, occasioned by a Letter from the learned Dr.* Thomas Smith, *whose Letter & his Answer to Mr.* Dodwell *are here likewise published.*

To Mr. Dodwell.

E *Codd. MSS. Smithianis penes Editorem, Vol. 55. p. 77.*

DEARE Sir, Yesterday I received a letter from a Friend, in which were enclosed the following quæryes, with a requeſt, that I would speedily transmit them to you: *viz.*

Whether by the antient Canons a Primat or Metropolitan hath, as such, any authority and power, without a Synod or Convocation, to cite, convene, and censure any of his Suffragans: and

What hath been the usuall method of proceeding in such [1] causes?

You need not, nor is it desired, that you should trouble yourselfe to write any large or elaborate discourse upon this argument, but onely give a compendious and briefe accompt of the constitution and practise of the Church in such like cases: which I suppose, out of the just knowledge I have of your skill in Ecclesiasticall History, and in the old canons, by which, as so many sacred Lawes, all Church-power before the encroachments of the Roman see, used to bee regulated, you can readily & easily set downe. Hereby you will very highly oblige a certaine person, (whose name I am at present to conceale) who has a very great va-

---

1 *Sic manu ipsius cl. Smithi. F.* cases.

lue for your Learning & judgment in affaires of this nature. I am,

Deare Sir,

Your truly affectionate & faithfull old Friend

Lond.28 Oct.99. T. S.

Ex autographo in Cod. MS. Smithiano penes editorem 63. p.165.

For the Reverend and my worthy Friend Dr. Thomas Smith in Dean ſtreet near Soho ſquare.

Dear Sir,

My hands are ſo full with my Greek and Romane Cycles, which have ſwelled beyond my expectations, that I durſt not undertake the task propoſed by you, were it not for the condition you were pleaſed to allow of performing it, of not writing largely. I hope, therefore, you will excuſe and pardon, what I have not leiſure to perform with that accuracy, as had been requiſite to anſwere the expectations of ſo able a Judg, as well as ſo kind a Friend.

My opinion therefore is, that in the firſt times, I think for the moſt part of the Ante-Nicæne Centuryes, each Biſhop was accounted ſupreme within his own diſtrict, and that no Appeal lay from him, I do not ſay to Metropolitans or Archbiſhops acting ſolitarily, but not even in Synods. I know no Biſhop deprived in thoſe times barely for male-adminiſtration, but onely for incapacitating crimes, ſuch as Idolatry, Hæreſy and Schiſm, which needed no proper Authority to deprive him, but onely to withdraw that obedience from him, of which his own Acts had made him uncapable. St. Cyprian is full to this purpoſe, and denyes any Right even in himſelf, as a fixt Metropolitane, to deprive any Biſhop, no, not with the Carthaginian Synod, in which he then preſided. After the 4th. Century, I confeſs the Canons do allow Appeals to higher Sees. But never, that I remember, did any of the Biſhops of thoſe higher Sees attemt to judg, upon the Appeal, otherwiſe than Synodically, either by a Synod aſſembled on the occaſion, or the σύνοδος ἐνδημοῦσα of the Biſhops then in Town, if the Appeal was to CP. The Canons ſuppreſſed by Dr. Hody are very home in that particular. They allow no with-

withdrawing of obedience in the Subject, but on ſuppoſal of a Synodical deprivation. Which plainly ſhew that, as the Prince was not, ſo neither was the Metropolitane, allowed to deprive a ſuffragan Biſhop alone without the ſuffrages of a Synod. This ſhews what the Rule was, whatever the Practice might have been of ſome paſſionate Perſons, which are by no means to be allowed for Precedents for the ſatisfaction of Conſcience. And the Rule ſeems to have been the ſame in the earlyer times with the Weſtern as well as the Eaſtern Churches. Afterwards the Pope aſſumed a peculiar Power over his collegues, as inveſted with an Apoſtolical Power, which was conceived to raiſe him to a rank above other Biſhops, ſo as not to allow them for his collegues. From that time forwards even the Acts of Synods themſelves, who were thought to have no pretence to Apoſtolical Power otherwiſe than as they received it from him, were made precarious, and wholly dependent on him, not concluded by the majority of ſuffrages. Then he took upon him to ratify, or abrogate, the Acts of Councils, how numerous ſoever, as himſelf pleaſed. Thence what he did, even in Councils, was more aſcribed to him than to the Councils themſelves. Accordingly the language of the Canon Law is, not *Innocentius cum Concilio Generali*, even in the Canons made in Councils pretended to be General, but, *Innocentius in Concilio Generali*. As if the whole Legiſlative Power had been derived from the Pope, and the Council's part had been no other but publickly to atteſt and promulge, what he was pleaſed to Act before the Council, as the French Parliaments verify the Acts of the French King. This Prerogative, when challenged by the Pope, accordingly deſcended to thoſe, who Acted by his pretended Apoſtolical Authority. They alſo challenged the ſanction to themſelves alone, even in Caſes wherein others conſulted in common with them. So Otto and Ottobone, by their Legatine Authority made Canons for our whole Ch. of England. And Lindwood's Provincial conſiſts wholly of Reſcripts of Archbiſhops of Canterbury ſuppoſed as obliging to us, without any men-

tion of Provincial Synods. For this ſeems to have been the Caſe, ſince the time that the Archbiſhops of Canterbury were made *Legati nati*, on account of their place. Their Legatine Power was a branch of the Papal Omnipotency, beyond the reſtraint of Canons, and above the Power of their Adſeſſors. By this therefore the Archbiſhops of that See got the whole Eccleſiaſtical Legiſlative Power into their own hands, beyond the controll of the Majority of their Brethren. And when this was once gained, it could not then be thought ſtrange, if their Courts were allowed the Power of Judging their Fellow Biſhops, and executing Canonical cenſures on them. The ſame Papal Omnipotency was then thought ſufficient for both. And this Right of applying Laws to the Caſes of particular Perſons, was really leſs than the Legiſlative Power it ſelf, and therefore a very natural conſequent of the higher Right already gained. This ſeems to have been the Prerogative, of which the Archb. of Canterb. was poſſeſſed before the Reformation. This was, for a while, continued to him by K. Henry the VIIIth's. own Laws, whileſt ultimate Appeals were allowed to him. This was ſuppoſed in the Canon Law, ſo favourable to the Papal Omnipotency, and therefore to all the Power derived from it. And that Canon Law is ſtill owned as obliging by our Statute Law, as far as it is not contrary to, or repealed by, it. And the principal change our Statute Law has made, has been, to free our Archbiſhop from his dependence on the Pope, not to weaken the dependence of his Suffragans on him, ſo far as he is ſeconded by the Secular Power.

If therefore the Enquiry were, whether this Power were fit to be continued, I ſhould, for my part, rather wiſh, that the Libertyes of Suffragans were reſtored to their firſt Original, at leaſt as they were by the Canons from the 4th. Century and downwards. But I preſume your Enquirer is a Subject, who can do no more than wiſh well to the reſtoring Primitive Rights. If ſo, all that will be fit to be debated by him, will be, whether this Right, ſuch as it is, owing its Original to Papal encroachments on the antient Canons, may be lawfully oppoſed by them, who have no

Ca-

Canonical Right of reforming it, and reſtoring the particular Biſhops to the Priviledges they formerly enjoyed? And whether ſuch oppoſers may hope for any countenance from God in ſuch their oppoſition, that He will not ratify in Heaven the cenſures inflicted by their Superiors on Earth for ſuch their diſobedience? This Queſtion is very different from the former, though too many Popular Reaſoners are too apt to infer the lawfullneſs of their own diſobedience, from the diſputableneſs of their Superiors Right in it's firſt Original. But the Intereſt of Mankind is concerned in preſerving the Rights of Government, for determining Diſputes, and in obliging the Subjects in Conſcience to ſubmit to ſuch determinations, which therefore God is in general concerned for, as he is concerned for the good of his Rational Creatures, and as he is the Author of all lawfull Government, and therefore obliges all Subjects, to pay their due deferences to their ſeveral Governments reſpectively by his own ſanction, and interpretes all diſreſpect to any whatſoever lawfull Government as offered to himſelf. It is therefore requiſite, that ſo long as the Society laſts, ſo long the Subjects be obliged in Conſcience to ſubmit to the Government for the time being, as being that which is indeed eſſential to a Society as a Society, which therefore cannot poſſibly ſubſiſt without a Government. Changes therefore, that naturally fall out in proceſs of time, cannot excuſe the Conſciences of the Subjects from duty to it, ſo long as the Eſſentials are preſerved the ſame as they were Originally. And the Eſſentials are ſo long preſerved the ſame as the Power derived from God has been conveyed to others by thoſe, who were Originally intruſted with it, and ſo long as the Perſons to whom it is conveyed are qualifyed for receiving it, by the Original Conſtitution. That is, ſo long as the conveyance is made from Clergymen to Clergymen. Miſtakes concerning the fitneſs and the manner of the conveyance give juſt ground for a Reformation, when they, who have the Authority of Reformation, ſhall be convinced of them. But they cannot invalidate the changes in relation to the Subjects Conſciences, and to their duty of ſubmiſſion to the preſent Con-

Conſtitution, whileſt the conveyances are made by the conſent of thoſe, who were originally poſſeſſed of the Power conveyed, and made to thoſe, who, by the original Conſtitution, were capable of receiving it. Preſcription and ſettlement are, by the Intereſts of all Societyes, ſufficient to make that Poſſeſſion of Power, in proceſs of time, Rightful, which was not ſo originally. Even tacite conſent of thoſe, whoſe Original Right it was, may legitimate and oblige the Conſciences of the Subjects to the Poſſeſſors, till the Original Poſſeſſors can agree to reſume and claim thoſe Rights, with which they were antiently inveſted. At leaſt after a Preſcription, and frequent opportunityes of reſuming and claiming them, if they had thought fit to do ſo. This Hypotheſis will allow all the reaſonable libertyes of Appeal, which are conſiſtent with the preſent Conſtitution. And what is not ſo conſiſtent, muſt neceſſarily diſſolve the preſent Church as a Body and a Communion, which is a liberty not likely to be countenanced by God in Heaven. There is rather reaſon to believe, that God will ſo far ratify the conveyance, whileſt the Eſſentials of the conveyance are not infringed, as I have ſhewn they are not here. At leaſt till the Power inveſted by himſelf with a Right of reſuming ſhall think fit to reſume, and ſhall agree in doing ſo. It will certainly become Subjects, wiſhing well to the Publick, to manage their own defence ſo, as that the Authority may ſuffer no inconvenience by it. And ſuch Subjects are the faireſt Candidates of the divine favours, and have the beſt pretenſions to the Divine Equity, when the Letter of the Divine eſtabliſhments makes againſt them. Accept, worthy Sir, of this account of the ſenſe of

Your old and very much obliged Friend

Shottisbrook Nov. 5. Henry Dodwell.

1699.

I do not intrude into your ſecrete. That may poſſibly make ſome things I have ſaid, not ſo pertinent to the Enquirer's Caſe, as it might have been, if I had been better acquainted with his circumſtances. I beg your Prayers. Mr. Cherry gives his ſervice to you.

To

To Mr. Dodwell.

Deare Sir,

E Codd. MSS. Smithianis penes Editorem, Vol. 55. P. 79.

This comes expreſs to bring you my hearty thanks, for your judicious & learned letter in reference to the Quæryes I was prevayled upon, to propoſe to you for your reſolution. The perſon concerned is Bp Watſon of St David's, into whoſe hands I put your letter for his better ſatisfaction, which hee has ſince reſtored to mee. Another quæry more particular, *viz.* about the power of the Archbiſhop of Canterbury, and how farr it may be extended & exerciſed *according to the lawes of England*, in depriving a Suffragan Biſhop for a Simoniacall contract, reall Simony, or any other crime, without a Synod or Convocation, has been ſent to mee this day to tranſmit to you: which, upon a ſerious debate with my ſelfe, I have abſolutely refuſed, out of a juſt regard, that neither you nor I bee involved in a cauſe, which has made a great noiſe already, and will make a greater, when it comes to bee heard in Parliament. I have alleged, that you have not made either *the Civill or Common law of England* your ſtudy: & that this is the proper buſineſs of Advocates and Counſellors in both Facultyes, who know the meaſures of proceeding in theſe and ſuch like cauſes, and are practiſed and converſant in the judgments and definitive ſentences of their reſpective Courts: and therefore I could not honeſtly or fairly trouble you any further, now they have drawn out the generall caſe, in which the practiſe of the Church and the juriſdiction of Metropolitans in antient times according to the Canons, on which it is founded, are concerned, into a particular one, which I am ſure does not belong to you or mee to arbitrate. So that if ſuch a quæry comes to you by ſome other hand, you will not bee ſurprized, having this notice from mee. But at the ſame time I do and muſt conjure you to keep this ſecret, becauſe it becomes mee to bee juſt to you, and yet civill to others. I am fully ſatiſfyed, that, whether the crimes charged upon the poor Biſhop, whom I heartily pity, bee juſtly and legally proved

or

or otherwiſe, malice and prejudice againſt him for his voting in the Houſe of Lords in ſeverall remarkable inſtances, are the foundation of this fierce and ſevere proſecution. But this by the by.

I am, Deare Sir,

Your old faithfull & affectionate Friend

London 14 Nov. 99. T. S.

Since I wrote this, having been abroad to viſit a Friend, I underſtand, that the new Quæry, which I refuſed to meddle with, will bee ſent you this Poſt, but upon my demurre, it ſeemes, otherwiſe worded and qualifyed. I know not, whether you have ſtudyed this point of Canon Law in force here, both before and ſince the Reformation. But the ſtreſſe will lye chiefely upon facts, and the authority of thoſe facts, which muſt bee fetched from Hiſtoryes and Regiſters.

7 of clock at night juſt upon my returne home.

Num. XII. Vide Præf. §. XXXII.

*Fol. 1. a. [1]A. D. 1451. E Regiſtro Johannis de Whethamſtede, abbatis S. Albani, in bibliotheca Collegii Armorum Londini.

* *Proceſſus [2] ſub brevibus, ſuper modo et forma, quibus Johannes Whethamſtede fuit iterum poſt Reſignacionem in patrem et paſtorem iſtius eccleſiæ* [*S. Albani*] *reelectus.*

MORTUO Abbate Johanne ſeptimo, [Johanne ſc. Stoke ſive Stock] corporeque ejus in boriali parte presbiterii honorifice tumulato, facta eſt adſtatim poſterius grandis contencio inter illius diſcipulos, quis in illa eleccione, quæ protunc erat propinquior, deberet aliis anteferri, fierique ſeu dici inter eos major? Quidam enim dixerunt, priorem, qui protunc vocabatur Willelmus Al-
*Fol. 1. b. bon̄, virum eſſe litteralem, liberalem *et dapſilem, in opinioneque omnium tam moribus quam eciam operibus plurimum generoſum, & propterea habiliorem eſſe ceteris,

---

1 *Chronologiam nos adjecimus.* 2 Eleccio Abbatis Johannis Octavi, *ad ſummitatem paginæ; vulgo dicimus,* **the running Title.**

me-

meritoque debere anteferri, ac videri major inter illos. Alii afferuerunt, [1] archidaconum protunc, nomine & cognomine Willelmum Walingford nuncupatum, virum esse circumspectum et politicum, officiumque nedum sive curam sui archidiaconatus, quin eciam officialia varia, utputa, officium cellerarii, officium bursarii, officium foreştarii, officiumque subcellerarii, multum provide politiceque gubernantem, et propterea habiliorem utilioremque esse priore dicto, utiliusque fore ecclesiæ, ipsum majorem fieri, sive aliis anteferri in eleccionis negocio in proximo tunc futuro. Tercii vero, et præcipue illi qui seniores sanioresque inter ipsos fuerant, zelumque ardenciorem ad bonum religionis possidebant, dixerunt patrem eorum præteritum adhuc superstitem, & protunc in manerio suæ nativitatis æmulacione successoris commanentem, habiliorem, utiliorem, ydonioremque esse omnibus aliis, ac magis dignum propter causam variam videri rursus major inter nos. Tum primo, quia dum prius nos et nostra rexit, prodesse magis quam præesse studuit, pociusque minister dici quam magister appellari adoptavit. Tum secundo, quia pro tempore gubernacionis dictæ, nec claustrum convertit in forum, nec studium in negocium, ymo obloquium pocius in silencium, diffidium in disciplinam, ociumque et pigriciam in leccionem, diligenciam, & doctrinacionem. Tum vero tercio, quia pro tempore dicti regiminis, non diffipator prodigus, ymo verius dispensator fidelis et prudens fuerat bonorum ecclesiæ, multumque fideliter ac prudenter Mnam, sibi commissam, ad mensam legitur dominicam apposuisse. Propter has utique causas, et præcipue quia ingens erat zelator reipublicæ, signanterque præ ceteris eam in rebus, bonis & possessionibus legitur locupletasse, juste, ymo de jure meretur constitui rursum super Domini familiam, justissimeque rursus reaccipere illam, de qua diximus, majoritatem. Cumque aliquamdiu sic contenciose agerent fratres in se invicem, justificaretque pro posse unaquæque pars seorsum opinionem suam, accidit tandem, ut spiritus humilitatis in cor archidiaconi

1 *Sic, pro* archidiaconum.

A. D. 1451. dicti descenderet, taliterque inflammaret sua viscera *ac inspiraret eciam, ut, vocatis ad se suis benevolis, taliter eos ad partem allocutus esset: *Fratres, verbum est verum quia dominicum. Qui appetit inter vos major fieri, fiet sicut minor, et qui præcessor, sicut ministrator. Nolo ergo inter vos majoritatem appetere, ymo pocius respuere, inque virum probum, probatum et expertum, patrem videlicet nostrum præteritum, ut ipse illam rursus reaccipiat, et tota mente, ex tota anima, ex omnibusque meis viribus cordialiter assentire. Ut igitur in ipsum [2] assensatis vos eciam do vobis sanum, ut æstimo, expressumque concilium meum. Ipse etenim in praterita sua prælacione nequaquam, ut solent varii, primo coram [3] nobis vinum bonum posuerat, & posterius cum fuissetis inebriati, tunc id quod deterius erat, ymo semper melius & melius, semperque laute magis ac magis, prout sentitis, indies refecit sitibiles appetitus vestros. In ipsum igitur consulo, suggero & requiro, ut, me sepposito, vos omnes unanimiter [4] consensiatis.* Moti fratres isti hiis verbis non modice, adquieverunt protinus suis conciliis, consenseruntque adhærere patri præterito in negocio futuræ electionis. Quod Prior audiens, & pacem honoremque ecclesiæ multum desiderans, mox suos consentaneos omnes ad se venire jusserat, eosque præsentes taliter allocutus erat: *Fratres, confratres & consocii. Quia in bono pacis & concordiæ, solum est omne bonum quod poterit esse, in malo vero discordiæ sive litigii, solum omne malum quod poterit exoriri, ideo hortor vos omnes ac exhortor in autore pacis, quatinus cum ceteris vestris fratribus, qui vobis numero sunt plures, ac eciam ætate seniores, univoce, concorditer & pacifice, in jam de proximo futura eleccione conveniatis. Per malum enim divisionis, dissensionis sive discordiæ, possunt oriri mala plurima, videlicet scandala gravia, obprobria varia, dampnaque importabilia, quæ omnia altissimus prohibeat, inhibeat ac eciam avertat ab ecclesia ista. Quod enim pulex est in aure, ærugo in ære, in veste tinea, in grege pestilencia, eruca in germine, locustaque in gramine, hoc divisio seu discordia fertur esse inter fratres in eleccione. Unanimiter igitur & univoce cum ceteris, præsertim cum*

Willelmus Albon Prior.

* Fol. 2. a. 1 Willelmus Wallingford archidiaconus.

---

1 *Notas marginales adjecit manus recentior.* 2 *Sic.* 3 *Sic.* Vobis *tamen malint forte alii.* 4 *Sic.*

sit

*ſit eorum cogitacio ſancta & ſalubris, in eleccionis negocio procedatis. Non enim ſic ſum ego cultor culminis, honoris amator, ſeu venerator ambicionis, quod velim, propter perſonam meam infimam, vel litem oriri * inter fratres vel diſcordiam, ymo mallem pocius, quod fuiſſem quaſi qui non eſſem, de utero tranſlatus ad tumulum, quam aut per me, aut per alios propter me cauſaretur aliquod tale, quod in minimo lædere poſſet aut ſcandalizare eccleſiam iſtam. Igitur, cum viri ſit prudentis, in agibilibus ſuis ſingulis finem, ut principium, præconcipere, quia ex eo ſolet tam decus quam eciam dedecus evenire, juxta illud metrice,*

A. D. 1451.

* Fol. 2. b.

Principiumque ſimul finem prudencia ſervat:
Rerum finis habet crimen & omne decus:

Conſulo vobis, ut ſitis vos prudentes, &, juxta doctrinam ſapientis, qui inquit,

Cedere principio malo, quam cedere fini,

cedatis vos in principio pocius, quam cogamini in fine fruſtrari à propoſitis veſtris. Non enim eſt pugna æqualis, ubi pauci dimicant contra plures, ſatiſque de raro ſubſequitur victoria, ubi juvenes certamen ineunt contra ſenes, aut inſcii adverſus ſapientes. Sunt enim ſeniores vobis, ſunt ſapienciores vobis, ſunt in triplo plures vobis, et propterea ex omnibus viribus, quo ad actum eleccionis, vobis pociores. Cedatis, igitur, conſulo vobis, redeatque rurſus pater præteritus, paſtor egregius, pater & paſtor providus, ſolidus & politicus, quem, propter famam nominis, experienciamque regiminis, ardenter ut redeat deſiderat ac eciam affectat nedum rex & regni proceres, patriæque incolæ, ac cuncti nobiles, ymo ulterius tota ac totalis quaſi ſubſtancia fraternitatis hujus collegii cœnobialis. Cum igitur à nemine aliter credi aut opinari poterit, quin hoc ex Deo proceſſerit, quod tot & tanti, et præcipue viri tam modeſti conveniunt in unum, ipſumque affectant eligi præficique iterum in patrem & paſtorem noſtrum; affectetis eciam conſulo vobis id ipſum, conveniatiſque cum ceteris, et gracias ago vobis, non eo minus pro gratis gratuitiſque benevolenciis veſtris. Finiente ſic priore, et ſe ad alia divertente, ceſſerunt eciam fratres iſti opinioni ſuæ, conceſſeruntque cum ceteris convenire confratribus in futura tunc de proximo eleccione. Sicque & ſub hoc modo ceſſavit

A. D. 1451. ſupradicta contencio, factaque eſt poſterius concordia talis inter fratres, ut omnes unanimiter unoque ore in die eleccionis procederent, dictumque patrem, quamvis multum renitentem, multaque eciam ac multipharia, videlicet, colicam & calculum, [1] diampnem et [2] nefreſim, ſenectam
* Fol. 3. a. & ſenium, diemque dierum inſtantem * noviſſimum, pro ſe in ſuam excuſacionem opponentem, nichilominus rurſus eligerent, rurſuſque ſibi in paſtorem præfici poſtularent, cujus poſtulacionis ſive eleccionis tenor hîc ſubſequitur, et eſt talis.

Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentes litteras ſive præſentem proceſſum inſpecturis, Willelmus Prior et Capitulum ſive Conventus Monaſterii ſancti Albani, ordinis ſancti Benedicti, Lincolnienſis dioceſis, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, Salutem in omnium Salvatore. Canonibus novimus eſſe cautum, quod ultra tres menſes vacare non debeat eccleſia regularis prælato, viduari ſeu paſtore, ne occaſione vacacionis diutinæ eccleſia ſive Monaſterium hujuſmodi in temporalibus grave diſpendium pateretur. Ea propter, vacante nuper eccleſia conventuali ſive Monaſterio noſtro prædicto, per mortem bonæ memoriæ Fratris Johannis Stoke, ultimi abbatis ejuſdem, qui nuper quartodecimo die Menſis Decembris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, in fata deceſſit: Nos prior dictus, et omnes confratres et commonachi ejuſdem monaſterii tunc præſentes, et Conventum ſive Capitulum ejuſdem eccleſiæ ſive Monaſterii facientes, in domo Capitulari ejuſdem eccleſiæ ſive Monaſterii viceſimo ſexto die ejuſdem menſis, anno Domini ſupradicto, capitulariter congregati, ne ipſa eccleſia noſtra ſive monaſterium [3] viduetatis ſuæ incommoda ulterius de-
* Fol. 3. b. ploraret, * habitis et optentis primitus à ſereniſſimo principe et domino noſtro, domino Henrico, Dei gracia, Rege Angliæ et Franciæ, ac domino Hiberniæ, dicti monaſterii fundatore ac patrono, licencia in hac parte requiſita, certos diem et locum competentes, videlicet diem ſextumdecimum menſis Januarii extunc proximo futurum, et domum

---

1 *Phthiſin. Perinde ac ſi dixeris,* Φθαρτόν. 2 Nephritida. 3 *Sic.*

ca-

capitularem prædictam, cum continuacione et prorogacione ſequencium, ſi oporteat, tunc dierum, ad eleccionem futuri abbatis dictæ eccleſiæ ſive monaſterii, uſque ad finalem expedicionem negocii eleccionis hujuſmodi, quatenus in nobis fuit, præfiximus, ſtatuimus et limitamus, tam nobis ipſis tunc præſentibus, quam eciam omnibus aliis tunc abſentibus, qui in negocio eleccionis hujuſmodi vellent, poſſent et deberent commode intereſſe, volentes et conſencientes tunc ibidem, quod ad diem et locum hujuſmodi, ſic ſtatutos ſive limitatos, omnes commonachi et confratres noſtri, ſi qui abſentes forent, et qui intereſſe in ea parte haberent, ut præmittitur, ſpecialiter vocarentur, et debite præmunirentur ad comparendum et procedendum in hujuſmodi eleccionis negocio, juxta juris exigenciam et hujuſmodi negocii qualitatem. Ad quos quidem diem et locum vocati fuerunt et ſufficienter præmuniti omnes et ſinguli confratres et commonachi noſtri, de jure ſeu conſuetudine quomodolibet evocandi ad actum memoratum. Quo quidem die ſextodecimo dicti menſis Januarii adveniente, miſſa de ſancto ſpiritu, ut eſt moris, in dicta noſtra eccleſia Conventuali ad ſummum altare ejuſdem eccleſiæ coram nobis celebrata, ad et in dictam domum capitularem dicti noſtri monaſterii Nos prior et Conventus prædicti acceſſimus, et comparuimus perſonaliter tunc ibidem, videlicet, Nos Willelmus Albon prior dicti Monaſterii et doctor in decretis, Johannes Whethamſtede ſacræ paginæ profeſſor, Johannes Peyton doctor in decretis et prior Walingfordiæ, Robertus Ware, Willelmus Dunſtaple, Robertus Baeuer, Petrus Waleys, Thomas Sudbury, Robertus Ounesby coquinarius, Nicholaus Bonde, Thomas Weſtwode prior de Redburna, Willelmus Wellys tercius prior, Nicholaus Wellys *prior de Bynham, Johannes Wellys prior de Hertford, Willelmus Bywell ſupprior, Nicholaus Geywode cuſtos Feretri, Gregorius Wynwyk prior de Hatfelde, Ricardus Ruſſell Elemoſinarius, Johannes Wylly ſacriſta, Robertus Crofton, Johannes Langton prior de Tynemutha, Ricardus Waltham ſubrefectorarius, Rotholandus Breton, Willelmus Blakeney, Thomas Luton præcentor, Johannes Eyton, Thomas Blakenale,

A. D. 1451.

*Fol. 4. a. Johannes Wellys Hertfordiæ prior, monachus ſancti Albani.

A. D. 1451. nale, Thomas Albon cuſtos novæ ordinacionis, Thomas Walyngford ſubelemoſinarius, Ricardus Halle prior de Belvero[1], Willelmus Walingford Archidiaconus, Willelmus Goodreed primus ſcrutator, Johannes Sygare cuſtos capellæ beatæ virginis, Thomas Walden, Nicholaus Lichefelde ſecundus ſcrutator, Willelmus Shrouesbury ſubinfirmarius, Johannes Hatfelde, Galfridus Louth, Johannes Werder ſubcellerarius, Thomas Wareyn Sacriſta, Willelmus Hardewyke, Willelmus Newnam tercius ſcrutator, Thomas Neuland ſubcantor, Willelmus Lychefelde, Thomas Roos, Johannes Dunmow, Ricardus Whytyngton, Willelmus Barnet, Galfridus Wyntyr, Rogerus Torporley, Johannes Torporley, Willelmus Dixwell, Humfridus Curteys et Johannes Ponsbury, confratres et comonachi dicti Monaſterii, in ſacriſque ordinibus conſtituti, et non plures, cum plures non erant qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt in hujuſmodi negocio eleccionis commode intereſſe, excepto fratre Nicholao Bonde, qui gravi detentus infirmitate jacuerat languens in Infirmaria, ad quem magiſter Robertus Kent notarius in cauſa cum teſtibus miſſus, reſponſum recepit, ſe ratum et gratum habiturum, quicquid in ea parte prior cum Conventu decreverit eſſe faciendum. Poſt hæc inibi per nos ſpiritus ſancti gracia per decantacionem ymni, *Veni creator ſpiritus*, devocius invocata, ac verbo Domini per fratrem Johannem Hatfelde prius dictum in præfata domo Capitulari recitato, præfatus Willelmus Albon, prior dicti noſtri monaſterii, de mandato, voluntate et conſenſu expreſſis omnium noſtrûm tunc præſencium, conſtituit dictum magiſtrum Robertum Kent noſtrum in hac parte miniſtrum, deditque mandatum, quod ipſe vice ejuſdem prioris, et nomine omnium confratrum ibidem tunc

Tho: Walden monachus ſancti Albani, poſtea factus prior de Hertford, ut per Computum patet.

Willelmus Dixwell, monachus ſancti Albani, poſtea factus prior de Hertford, ut per Computum patet.

* Fol. 4. b.

---

1 *Vulgo,* **Belvoir**, *in agro Leyceſtrienſi, non, ut alii, in agro Lincolnienſi. Nam docuit Willelmus Burtonus antiquarius clariſſimus, etſi caſtrum ſit in comitatu Lincolnienſi, prioratum tamen in comitatu ſane eſſe Leyceſtrienſi. Id quod et docuit etiam Tannerus noſter, in Not. Mon. p.* 111. *Perperam quoque et Spedius, qui innuit, in agro eſſe Hertfordienſi.*

præ-

præſencium, ad oſtium et exitum dictæ domus capitularis accederet, altaque voce proclamaret, Si qui alii ab ipſis commonachis et confratribus tunc ibidem præſentibus, ut præmittitur, exiſterent, qui de jure, ſeu de conſuetudine, aut quavis alia racione, in eleccione futuri abbatis dicti monaſterii tunc vacantis ea vice intereſſe deberent, quod tunc ad dictam domum capitularem per ſe, ſeu per ſuos procuratores idoneos ſufficienter et in forma juris conſtitutos, accederent ſeu venirent, una cum ipſo fratre Willelmo Albon priore, et ceteris ſuis confratribus et commonachis ſuperius nominatis, de eleccione futuri abbatis ejuſdem monaſterii tractaturi, ac jus, ſi quod in hac parte haberent, proſecuturi, ad eleccionemque hujuſmodi uſque ad finalem expedicionem ſive complecionem ejuſdem ulterius proceſſuri. Et incontinenti poſt dictus magiſter Robertus ad oſtium et exitum dictæ domus capitularis acceſſit, et ibidem alta voce publice proclamavit, prout à præfato Willelmo Albon priore, ut præfertur, habuit in mandatis. Facta vero proclamacione, rediit illico prædictus magiſter Robertus ad præfatum fratrem Willelmum priorem, & nos in dicta domo exiſtentes. nobiſque retulit ſerioſe, proclamacionem hujuſmodi, ut præmittitur, ſe feciſſe, adiciens, quod nullus comparuit, qui ad ipſius eleccionis actum peciit ſe admitti, aut in ea parte prætendebat aliquod intereſſe. Qua relacione facta, incontinenti poſterius in eiſdem die et loco capitulari lectæ fuerunt litteræ [1] patentis regiæ ſuper habita licencia ad procedendum in eleccione, quibus lectis, frater Willelmus Albon prior dictus vice ſua, et omnium confratrum ſuorum, et tocius Conventus Monaſterii noſtri prædicti, tunc inibi præſencium, palam et publice monuit ac expreſſe omnes et ſingulos excommunicatos, ſuſpenſos et interdictos, necnon quoſcumque alios, ſi qui forte tunc eſſent præſentes, qui de jure ſeu de conſuetudine in [2] ipſo eleccionis conſuetudine intereſſe non deberent, quod de dicta domo capitulari recederent, ac ipſum priorem et alios, jus et voces in ea parte habentes, eligere libere permitterent. Proteſtaba-

A. D. 1451.

1 *Sic, pro* patentes. 2 *Sic, pro* ipſa.

tur

A. D. tur in ſuper idem prior protinus tunc ibidem palam, publi-
1451 ce et expreſſe, quod nec *erat ſua, nec aliorum confratrum
* Fol. 5. a. ſuorum prædictorum intencio, tales admittere tanquam jus ſeu voces [1] in ipſa eleccione, aut in ipſa eleccione procedere ſeu eligere cum eiſdem. Ymo voluit dictus prior, et eciam quiſcumque noſtrûm, quod voces talium, ſi qui poſtmodum reperirentur in eleccione hujuſmodi interfuiſſe, quod nulli præſtarent ſuffragium, nec alicui inferrent nocumentum. Factis vero monicione et proteſtacione modo dictis, lecta fuit per præfatum fratrem Johannem Peyton, doctorem in decretis, Conſtitucio concilii generalis, quæ incipit, *Quia propter*, per eundemque Johannem expoſita, una cum variis viis eleccionis, ſatiſque [2] delucide declarata. Qua declaracione finita, ſtatim et quaſi immediate poſterius aſſurrexit frater Willelmus Albon prior dictus, loquebaturque in aperto ita dicens: *Ego frater Willelmus, prior iſtius Monaſterii et præpoſitus, nomino, eligo, et pronuncio fratrem Johannem Whethamſtede, doctorem in theologia, hîc præſentem in patrem, paſtorem et abbatem iſtius eccleſiæ jam futurum.* Poſt quam quidem pronunciacionem, cum nullus reclamaſſet penitus, ſurrexit Cantor protinus, incipereque propoſuit pro tam grata expedicione ymnum, *Te Deum laudamus.* Doctores tamen tunc præſentes, et regimen eleccionis habentes, videlicet Magiſter Johannes Stokes et Magiſter Robertus Stillington, doctores in Jure civili, non permiſerunt eum ſic facere, ymo juſſerunt duobus notariis, tunc præſentibus, circuire prius per utramque partem capituli, quærereque à nobis omnibus confratribus in genere, quem vellemus nos in patrem & paſtorem nobis habere. Cumque reſpondiſſemus concorditer omnes, dixiſſemuſque, nullo penitus aut voce aut vultu aut ſigno aut nutu reclamante, Magiſtrum Johannem Whethamſtede, juſſerunt doctores dicti protinus cantori ut aſſurgeret, ymnumque, *Te Deum laudamus*, pro tam grata expedicione altiſſimo decantaret. Quo ſurgente et decantante ymnum dictum ſive incipiente, acceſſerunt ad præfatum electum Willelmus Albon prior monaſterii antedictus, et Johannes Langton

---

1 *Subintellige*, habentes. 2 *Sic.*

prior

prior de Tynemutha prænominatus, duxeruntque eum, plorantem et lacrimas ab oculis inceſſanter effundentem, *per clauſtrum, eccleſiam et chorum, præcedente reſiduo Conventu, uſque ad majus altare, ubi honeſtiori modo ſcabello pro eo parato, fecerunt ipſum genuflectere, in precibuſque et lacrimis ibidem, dum cantabatur ymnus dictus, expectare. Ipſo utique decantato, et oracione quadam, ut eſt moris, ſuper ipſum electum dicta, fecerunt eum ſurgere, ſtareque vultu verſo verſus chorum, ita ut totus populus in eum aſpicere poſſet et videre. Quo ſic ſtante, et populo in eum reſpiciente, antefatus frater Johannes Hatfelde, commonachus noſter et confrater, de voluntate, aſſenſu et mandato omnium noſtrûm confratrum prædictorum, præfato electo dumtaxat excepto, eleccionem prædictam, et ejus formam, et quam concorditer ac gracioſe fuerat celebrata, coram clero et populo, in multitudine copioſa tunc ibidem præſente, in lingua vulgari, quatenus oportuit et decuit, quamtocius ſollempniter publicavit et expoſuit ſeriatim. Quibus ita geſtis, nos omnes confratres et commonachi prius dicti, qui in hujuſmodi eleccionis negocio et in domo capitulari prius dicta interfuimus, ad ipſam domum capitularem rurſus redivimus, præſenteſque ibidem omnes, ipſo fratre Johanne Whethamſtede dumtaxat excepto, qui poſt hæc divertit ſe ad cameram ſuam juxta Infirmariam ſituatam, dilectos nobis in Chriſto fratres Willelmum Albon priorem Monaſterii, Johannem Langton priorem de Tynemutha, et Willelmum Walingford archidiaconum, noſtros confratres et commonachos tunc in dicta domo capitulari nobiſcum exiſtentes, et mandatum noſtrum in hac parte in ſe gratanter et expreſſe aſſumentes, conjunctim et diviſim, et quemlibet illorum inſolidum, ad præſentandum pro nobis, et Capitulo ſeu conventu prædicto noſtro, et eorum nomine, præfato Magiſtro Johanni Whethamſtede, electo noſtro, eleccionem hujuſmodi de ſe factam, ac ad requirendum eundem ſuppliciter et inſtanter, quociens eis expediens videretur, quod ipſe electus eleccioni prædictæ, de eo factæ, conſentiret, et eidem ſuum præberet conſenſum, noſtros ordinavimus, feci-

A. D. 1451.

*Fol. 5. b.

A. D. 1451. mus et conſtituimus procuratores et nuncios ſpeciales, promittentes, nos ratum et gratum ac firmum habituros totum
* Fol. 6. a. et quicquid iidem procuratores noſtri * facerent in præmiſſis, ſub ypoteca et obligacione omnium bonorum noſtrorum, et in ea parte expoſuimus caucionem. Qui procuratores, hanc poteſtatem habentes, eodem die, circa horam undecimam ante meridiem ejuſdem diei, præfatam noſtram eleccionem ſæpedicto noſtro electo, in camera ſua, juxta infirmariam, ut prius dicitur, ſituata, exiſtenti, realiter præſentarunt, et ipſum ibidem requiſierunt ſuppliciter, ſæpius et inſtanter, ut ipſe electus eleccioni hujuſmodi, tam concorditer atque ſancte de ipſo, ut præfertur, factæ, ſuum dignaretur dare conſenſum et præbere. Ipſe vero, à noſtris procuratoribus taliter requiſitus, reſponſum dedit, ſet non abſque lacrimis, quod vellet ſecum conſulere, morulamque accipere deliberacionis. Redeuntibus igitur eiſdem procuratoribus noſtris circa horam quintam poſt meridiem diei ejuſdem, et rurſus eum requirentibus, quod vellet eleccioni dictæ, de ſe, ut jam dicitur, concorditer factæ, benevole conſentire, reſpondit dictus electus, in ea parte magis deliberatus, taliter dicens: *Licet vetulus, debilis, languidus, et ægrotus, et ea de cauſa omnino inſufficiens, nolo divinæ voluntati reſiſtere,* [1] *ymo veſtris adquieſcere votis, eleccionique de me factæ, ſub ſpe veſtræ ſupportacionis benevolæ, humiliter conſentire.* Et hiis dictis, legit in aperto coram omnibus præſentibus ſub hiis verbis: **In Dei nomine, Amen.** *Ego frater Johannes Wbethamſtede, Monachus Monaſterii ſancti Albani, Lincolnienſis dioceſis, ſedi apoſtolicæ immediate ſubjecti, in abbatem ejuſdem Monaſterii canonice electus, et ad conſenſiendum eleccioni, de me factæ et celebratæ, per partem prioris et Conventus ejuſdem Monaſterii ſæpius et inſtanter requiſitus, eleccioni hujuſmodi de me factæ et celebratæ, in honore ſanctæ Trinitatis, glorioſæ virginis Mariæ, et ſancti Albani, in cujus honore dictum Monaſterium extitit dedicatum, conſencio, et conſenſum meum præbeo in hiis ſcriptis.* Acta ſunt hæc omnia et ſingula, prout ſupraſcribuntur et recitantur, ſub anno

---

1 *F.* ymo volo veſtris.

Do-

Domini Milleſimo, Quadringenteſimo, Quinquageſimo primo, Indiccione quintadecima, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Nicholai, divina providencia ſub hoc nomine papæ quarti, * præſentibus teſtibus prædictis. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium atque fidem, Nos prior dictus et Conventus Monaſterii ſancti Albani prædicti, hiis præſentibus litteris, hanc in ſe formam eleccionis continentibus, ſigillum noſtrum commune appoſuimus. Dat. in Monaſterio noſtro de ſancto Albano, quo ad ſigilli noſtri appenſionem, octavo die Menſis Maii, anno Domini ſupradicto. et c. A. D. 1451. * Fol. 6. b.

Electo in forma, qua jam dicitur, patre dicto et rurſus reelecto, præſentatoque domino regi, protunc aput Weſtmonaſterium exiſtenti, ac ſatis magno cum favore admiſſo, mox poſt fidelitatem eidem domino regi factam, movebatur in præſencia ipſius in ſentencia quæſtio talis: An abbas reſignans, et poſt reſignacionem reelectus, debeat iterum benedici, aut ſufficiat ſibi primaria benediccio, ſic quod nullum ſit neceſſe, eam per ipſum ulterius iterari? Ad quam quidem quæſtionem, quia quidam reſponderunt affirmative, dicentes, benediccionem abbatum rem eſſe ſacramentalem, et non ſacramentum, et propterea oportere in caſu dicto facere iteracionem. Alii vero negative, hac pro ſe utentes racione. Thorus carnalis nequaquam iterum in ſecundis nupciis benedicitur, ergo nec thorus ſpiritualis, cum magis virtualiter in iſto quam in illo benediccio operetur. Cumque per hunc modum ſtarent diverſificati coram principe, nec forent omnes concordes, ymo magis contrarii in opinione, transferri fecit electus ſolucionem quæſtionis ad docciores Juriſperitos tocius Curiæ de arcubus, rogavitque illos revolvere ſuos libros, ac ſibi reſcribere quid in ea parte eſſet determinati juris. Qui rogatibus ipſius adquieſcentes, revolverunt ſuos libros, ſolucionemque quæſtionis reperientes, reſcripſerunt ſibi ſic dicentes: *In hac materia tenent Hugucius ac eciam Archidiaconus prima quæſtione prima, Capitulo,* Manus, *quod non. tenet eciam idem archidiaconus extra de eleccionibus, Capitulo* Indempnitatibus, *Libro ſexto, quod non. Cum ipſis eciam convenit Johannes*

A. D. 1451. *Andreæ in Clementinis*, Attendentes 1 *peragraffo*,* Statuimus de ſtatu monachorum, *ac Franciſcus itaque de Zabrellis, tenentque expreſſe iſti, quod nequaquam debet iteracio fieri in benediccione abbatis.* Cercioratus itaque electus de dictorum dictis, deque ſecundum eorum opinionem determinacione juris, receſſit mox poſterius, primaria ſua benediccione contentus, de Londoniis, acceſſitque ad manerium, ubi temporibus variis jacere ſolebant abbates, et præcipue temporibus vacacionis.

* Fol. 7. a.

Interea dum ibidem jacuit, expectaretque, quouſque competenter convenienterque de ſingulis neceſſariis erga diem inſtallacionis provideri poſſet, volavit fama per patriam, nunciavitque, eleccionem infra Monaſterium de ſancto Albano cum magno honore maximaque vocum concordia celebratam fuiſſe & peractam. Quod cum audiviſſent viri ſolidi, ſobrii et ſenſati, intellexiſſentque, quomodo lapis ille, quem jam nuper reprobaverunt ædificantes abjeceruntque ab ædificio domus Domini, jam rurſus per eoſdem ſit reductus, effectuſque in caput anguli, dederunt Deo gracias, dixeruntque inter ſe taliter omnes, *à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. A Domino utique factum eſt, quod patri ocioſo, oneroſo et quaſi cunctis odioſo, jam ſucceſſit paſtor et prælatus tam Deo dilectus quam hominibus, cui Dominus benediccionem omnium gencium dederat, confirmaveratque teſtamentum ſuum ſuper caput ejus. Mirabile vero in oculis noſtris ac eciam admirabile, unde, per quem aut à quo facta fuit hæc mutacio, quod ille idem grex in ſpecie, qui quaſi pridie, adinſtar alterius Sauli, in et cum ſuo paſtore perſequebatur multum graviter nomen illius, jam, velut ſubito, circumfulciſſet eum lux de cœlo, factuſque fuiſſet in grege de Saulo Paulus, frater unuſquiſque prædicat nomen ejus inter gentes, affirmans, quod et ſi non Chriſtus, Chriſti tamen fidelis fuit ſervus et prudens in temporibus ſuis. Mirabilis hæc mutacio in oculis noſtris, ſufficienter tamen concluſiva, quomodo illa omnia, quæ jam dudum grex cum paſtore, & paſtor cum ſuo grege adduxerunt, oppoſueruntque in extinccionem nominis ejus, ficta, fatua fuerunt et frivola, in ma-*

1 *Pro*, paragrapho.

licia-

*liciaque pocius ſive invidia, quam * in veritate ſive in caritate radicata. quia ſi vera fuiſſent, ſive in veritate aut in caritate fundata, numquam ſenſatus conventus elegiſſet eum rurſus, aut conſenſiſſet in eleccionem ipſius.* Dum autem hæc et alia varia loquerentur viri nedum ſenſati et ſolidi, quinymo eciam multi alii rurales vulgareſque populi, continuarentque ſermonem in locucione ſua, accidit, ut tandem inſtaret in foribus dies ille limitatus, in quo oportebat ipſum aſcendere in equum, accedereque ad ſollempnia inſtallacionis. Die igitur inſtante aſcendit in [1] equm, venitque non minus in lacrimis quam cum equitibus ad oſtium occidentale eccleſiæ, ubi à priore et Conventu receptus proceſſionaliter et honorifice, et poſt proceſſionem inductus in chorum, ac ibidem inſtallatus in forma juris et cum debita ſollempnitate, acceſſit mox poſterius ad capitulum, ibique, poſt obedienciam receptam à fratribus, allocutus eſt eos omnes breviter per hunc modum:

A. D. 1451. * Fol. 7. b.

*Patres, confratres et conſocii. Gracias agimus, cum Apoſtolo Paulo, Domino noſtro Iheſu Chriſto. gracias agimus eciam et omnibus vobis, quia tam concorditer et univoce [2] proceſciſtis in jam nuper celebratæ veſtræ negocio eleccionis. Quamquam etenim per id factum erexeritis vobis quemdam truncum inutilem, ſive alterum canem mutum, contra vitulos Bethel boveſve Samariæ latrare non valentem: per hunc tamen veſtrum modum faciendi, dabatis cunctis palam intelligere, quomodo veſtræ fuit voluntatis ac eciam intencionis, hunc fratrem vobis in patrem ſponſumque eccleſiæ eligere, qui nequaquam haberet coram vobis ponere primo vinum bonum, ſed poſterius, cum inebriati eſſetis, tunc id, quod deterius videretur eſſe, ymo verius poſt bonum, melius et melius, ſicque continue aſcendere comparative, quouſque pertingeret ad ſuppremum gradum ſuperlacionis. Utinam, fratres, utinam, utinam nos ſciremus ſive ſufficeremus eſſe vobis pater talis. Novit ſcrutator cordium Deus, ex toto corde, ex tota mente, ex omnibuſque noſtris viribus, talis vobis eſſe velimus. Sed revera, fratres, tot et tanta (ſicut aliâs vobis diximus) circumſtant noſtram *perſonam miſeram ſenectutis incommoda præ-* * Fol. 8. a.

---

1 *Sic.* 2 *Sic.*

pe-

A. D. 1451. *pedimentaque ægritudinis, quod nullatenus placere ſive prodeſſe vobis poterimus, quemadmodum viſceraliter peroptamus. Igitur, ut prius, licet truncus inutilis vobis fuerimus, ſive canis, contra exceſſus et abuſus in religione non multum bene latrare valentes, non nobis, ymo incommodis prius dictis, quæ nobis ſurripuerunt omnes pene tam vires corporis quam eciam ſenſus capitis, quæſumus aſcribatis. Ubi enim ſenectus, ibi impotencia, ubique infirmitas, ibi indiſpoſicio ad procedendum effectualiter in ulla operacione laudabili ſive virtuoſa. Nichilominus, fratres, quia ſenectutis debilitas ſuſtentari poterit et fulciri, languoris vero imbecillitas curari, vel in toto vel ſaltem in parte alleviari: rogamus vos fratres eſſe nobis pro baculo in hoc noſtro ſenio, pro apothecario vero in morbo noſtro graviſſimo, et volumus, per Dei graciam, ſic nos regere, quod nec retrocedet religio ad infra, nec ſollicitudo ad extra, nec aliqua res alia, quæ vobis regulariter prodeſſe poterit aut conferre. Quod præſtet Deus ille propicius et annuat, qui noſtram perſonam, debilem quamquam, deſidem et decrepitam, rurſus tamen revocari ad hujus eccleſiæ regimen de ſua ſingulari gracia tolerabat.* Quibus dictis, ſalutavit fratres omnes in pace, receſſitque ad ſuos hoſpites, quos de more propter impenſa honoris obſequia oportuit eum in menſa convivare.

Peractis inſtallacionis ſollempniis, et finitis completiſque omnibus ac ſingulis, quæ requiruntur ad formalem perfeccionem abbacialis dignitatis, cœpit abbas iſte ſic formatus primitus et ante alia ſtatuere jugiter coram mentali facie ſua horam illam, in qua jam iterum ad vineam acceſſit dominicam, advertenſque melius, eam fuiſſe lapſam longe ultra meridiem, ac attingentem pene uſque ad decline tempus veſperorum: ſecum ſtuduit, in quantum valuit, quomodo par comparque fieret illis, qui portaverunt pondus diei et æſtus, à maneque aſſidue uſque ad ſolis occaſum et abſque ulla interpolacione in vinea Domini laboravere. Deſcendens igitur de ſua capellula uſque ad domum capituli,
* Fol. 8. b. taliter ſuos fratres, erga ipſius adventum ibidem * congregatos, alloqui cœperat et affari. *Fratres et confratres. Ne, cum ſero illud pervenerit, in quo habebit vineæ Dominus ſuos ſingulos vocare operarios, reddereque eis mercedem, quam eis de con-*

convencione ſolvere repromiſit, ſtemus nos pulſi à numero, et ita (quod Deus prohibeat) fruſtrati ac privati à denario veſpertino, intendimus, dum quid modiciſſimum temporis habemus, operari bonum in quantum ſufficimus, redimereque, ſi per graciam poterimus, tempus illud, per quod à vinea iſtius eccleſiæ aliqualiter elongati perſtetimus et abſentes. Et propterea vos, qui veritatis eſtis præcones, lampadeſque in religione clarius effulgentes, detis nobis noticiam, ſi alicubi infra iſtius eccleſiæ vineam vepres ſuccreverint vel frutices, errores hoc eſt ſive abuſiones, aut exceſſus aliqui alii, qui per noſtram [1] *vangam vel ligonem evelli poterint apcius ſive extirpari, et nos, juxta doctrinam propheticam, volumus animo libenti evellere eos et deſtruere, ædificareque ac complantare talia, quæ fructum illius debitum alere habeant et enutrire. Abſit enim, fratres, ut noſtris in temporibus à nobis, qui hujus vineæ novi quaſi firmarii ſubſiſtimus, diminui habeat divini cenſus obſequii, qui olim ab antiquis ejus cultoribus ſolebat perſolvi. Præſertim cum non impar penſum debitæ ſolucionis à nobis Dominus exigit, quam exegerat olim ab aliis, quibus hanc ſuam vineam ad firmam locavit. Ne igitur, fratres, impares ſimus illis aut diſſimiles, quorum nunc vices gerimus factique ſumus habitaculo ſucceſſores, laboremus omnes efficacius, ne, ſi venerit vineæ Dominus et invenerit nos remiſſos, perdat nos tanquam malos, locareque decreverit eam agricolis aliis, qui ſibi fructum reddere habeant in temporibus ſuis.* Quibus ſic dictis, hortabatur fratres ſeniores omnes, et præcipue eos qui erant inter ipſos ardenciores religionis zelatores, ut ſimul ſive ſeorſum ad ipſum, cum vacaret, accederent, de illiſque, quæ magis indigebant correccione, plenius informarent. Qui ſimul ſecum conſulentes et ſeorſum, deliberanteſque de diverſis, acceſſerunt iterum poſt modicum temporis intervallum, dixeruntque, *eſſe tria, inter alia, quæ jam diucius necglecta fuerant, indigebantque reformacione magna, videlicet, doctrina juvenum in clauſtro, numerus fratrum in ſtudio, et prædicacio verbi divini per fratres in pulpito. Et ideo doctrina juvenum in clauſtro, quia per annos plures jam*

A. D. 1451.

* Fol. 9. 2.

---

1 *Sarculum. Et tamen* vanga *in Ælfrici Gloſſario idem eſt quod Anglo-Sax.* ꝩpaꝺa, *unde lingua noſtra recentiori* ſpade.

di-

A. D. 1451. *dilapſos nullum doctum habebant magiſtrum, qui ſciret eos ſufficienter inſtruere in grammaticalibus, aut in aliis, quæ fuerant eis neceſſaria ad intelligendum. Ideo numerus ſcolarium in ſtudio, quia jam per plures annos eciam vix fuit in ſtudio ſcolaris unus de monaſterio, et tamen ipſe interdum non abſque multorum obloquio ad clauſtrum revocatus. Ideo vero et hac ex cauſa prædicacio per confratres in pulpito, quia jam itaque per annos varios et multipharios, vix fuit confrater ullus, qui vellet in ſe aſſumere illud onus et verbum Dei ibidem tempore quadrageſimali coram populo declarare. In hiis igitur non minus ad commodum eccleſiæ, quam eciam ad honorem ipſius, petimus, pater, et repetimus remedia reformacionis.* Abbas hæc audiens, et ad memoriam recenter reducens, quomodo ignorancia litteraturæ, ſive necgligencia ſtudii, collocavit monachos nonnullos in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, pro eo quod cæcitatem intelligenciæ comitantur plerumque talia, quæ mala dicuntur eſſe peſſima in congregacione: mox, omni morâ poſtpoſita, talem conatum adhibuit, taliterque hæc tria remediavit, ut et multum ſufficientem haberent inſtructorem juvenes in clauſtro, ſtaretque numerus ſcolarium quadratus in ſtudio, ac eciam in pulpito prædicarent, ſemotis extraneis, tantummodo confratres et commonachi anno ſequenti proximo omni dominica quadrageſimali. Hiis ita emendatis, ac eciam aliis variis, quæ adinfra emendari oportuit, tam pro honore eccleſiæ, quam eciam pro bono religionis, vocavit abbas ad ſe ſuum Cellerarium, quæſivitque ab ipſo, an omnia proſpere ſtarent ad extra, aut reſtarent aliqua, in quibus fuerat expediens apponere remediacionem? Qui reſpondens, inquit: *Pater, ſi placeat, Carta libertatis regiæ, quæ nuper eccleſiæ conceſſa fuerat in recompenſam illorum veſtimentorum et jocalium, quæ nobis de veſtris mediacione et procuracione Illuſtris dominus dominus dux Glouceſtriæ dinoſcitur ei-*

* Fol. 9. b. *dem contuliſſe, jam per annos varios in tam ardua ambiguaque pendebat lance judicii inter barones de ſcaccario domini regis, quod frequencius, licet nequaquam pro defectu ponderis, impugnabatur multum graviter, ſtabatque quaſi in puncto anullacionis. Fecit utique pater noſter nuper mortuus, quicquid ipſe potuerit facere pro juſtificacione ipſius, ſed parum vel nichil profe-*

ce-

cerat, quia ſemper contraria fuerat ſibi curia, ſinguliſque replicacionibus ſuis. Juvetis igitur, pater, vos, qui plus ipſo in favore plebis ſtatis, laboretiſque conſulcius, ut ſic concludi poſſit baronibus, quod velint ipſi tandem dimittere replicacionem ſuam frivolam, procedereque concorditer, prout juſticia exigit, ad ipſius allocacionem. Abbas hiis fratris ſermonibus aurem intentam accommodans, et de voluntariis baronum opinionibus bene in ſe rememorans, deliberavit de viis variis et mediis, quibus poſſet ipſos de voluntariis benevolos efficere, ſicque demum ſuum ab ipſis propoſitum impetrare. Tandem concludens regem adventantem ad monaſterium adiit, exponenſque ſibi ſub brevibus, quam difficiles reddebant ſe ſui barones ad allocandum cartam illam, quæ in recompenſam certorum jocalium et ornamentorum, carta fuerat ſuæ propriæ conceſſionis, cum aliis in ea parte requiſitis, talem graciam in oculis ejus invenit, ut hujuſmodi litteras una cum credencia dictis baronibus per unum de oſtiariis ſuæ cameræ dirigeret, quod infra paucos dies poſterius mutarent illi ſibi ſuas opiniones, ipſamque cartam in forma debita allocarent. A. D. 1451.

Num. XIII. Vide Præf. §. XXXIX.

A Letter from Dr. William LLoyd, *Bp of St.* Aſaph, *to Bp.* Fell, *concerning the Execution and laſt Behaviour of the Duke of* Monmouth. Ex autographo penes editorem.

My Lord, July 16. 85.

I Receivd your Lordſhip's Letter by the laſt Poſt, with 2 encloſed, one to the D. of Ormond, the other to the Ld Privy-ſeal; both which Letters I deliverd to their owne hands, and they promiſd to anſwer them.

For the King's Inauguration, I know my Ld of Cant. has made ready an Office to be uſed every year the 6t of February, ſo that there will need no Queſtion concerning it.

I was this day again at Sr St. Foxe's, to ſpeak with him. But he was not at home. I will try again to morrow.

I told your Lordſhip in my laſt, the Biſhop of Ely was appointed by his Majeſty to attend the D[uke] of M[onmouth] and to prepare him to dy the next day. The D. wrote to his Majeſty, repreſenting how uſefull he might & would be, if his Majeſty would be pleaſd to grant him his Life. But if that might not be, he deſired a longer time, & to have another Divine to aſſiſt him, Dr Teniſon, or whom elſe the K. ſhould appoint. The King ſent him the Biſhop of Bath & W. to attend, & to tell him he muſt dy the next morning. The 2 Biſhops ſate up in his chamber all night, & watcht while he ſlept. In the morning, by his Majeſtie's order, the Lords Privy-ſeale & Dartmouth brought him alſo Dr Teniſon & Dr Hooper. All theſe were with him till he died.

They got him to owne the King's title to the Crown, & to declare in writing, that the laſt King told him, he was never maried to his mother, & by word of mouth to acknowledge his Invaſion was ſin, but could never get him to confeſs it a Rebellion. They got him to owne that he & Lady Herriet W[entworth] had lived in all points like man & wife, but they could not make him confeſs it was Adultery.

He acknowledged, that he & his Ducheſs were maried by the Law of the Land, & therefore his Children might inherit, if the K. pleaſd. But he did not conſider what he did when he maried her. He confeſt, that he had lived many years in all ſorts of debauchery, but ſaid he had repented of it, & askt pardon, & doubted not that God had forgiven him. He ſaid, that ſince that time, he had an Affection for Lady Herriot, & prayd, that if it were pleaſing to God, it might continu; otherwiſe, that it might ceaſe, & God heard his prayer. the Affection did continu, & therefore he doubted not it was pleaſing to God; & that this was a mariage, their choice of one another being guided not by Luſt, but by Judgement upon due Conſideration.

They endevord to ſhew him, the falſhood & miſchievouſneſs of this Enthuſiaſticall principle. But he told them it was his Opinion, & he was fully ſatisfied in it. After all,

all, he desird them to give him the Communion next morning. They told him, they could not do it, while he was in that Error & Sin. He said he was sorry for it.

The next morning, he told them, he had prayd, that if he was in an Error in that matter, God would convince him of it; but God had not convinced him, & therefore he believd it was no Error.

When he was upon the Scaffold, he profest himself a Protestant of the Church of England. They told him, he could not be so, if he did not owne the Doctrin of the Ch. of E. in that point of Non-resistance; & if he persisted in that Enthusiastic persuasion. He said, he could not help it, but yet he approved the Doctrin of the Church in all other things. He then spoke to the people, in Vindication of the Lady Herriot; saying, she was a woman of great Honor & Vertu, a Religious Godly Lady (those were his words) They told him of his living in Adultery with her. He said. For these 2 yeers last past he had not lived in any sin, that he knew of: & that he had never wrongd any person, & that he was sure when he died to go to God, & therefore he did not fear death, which (he said) they might see in his face. Then they prayd for him, & he kneeld down & joind with them. After all they had a short prayer for the King: at which he pausd, but at last said *Amen*. He spoke to the Headsman, to see he did his business well: & not use him as he did the Lord Russell, to give him 2 or 3 strokes: for if he did, he should not be able to ly still without turning. Then he gave the Executioner 6 Ginnies, & 4 to one Marshall a servant of Sr T. Armstrong's that attended him with the King's leave: desiring Marshall to give them the Executioner, if he did his work well, & not otherwise. He gave this Marshall overnight his ring & watch; and now he gave him his case of Pickteeth: all for Lady Herriot. Then he laid himself down: & upon the signe given, the Headsman gave a light stroke, at which he lookt him in the face; then he layd him down again, & the Headsman gave him 2 strokes more, & then layd down the Ax, saying he could not finish his work;

till being threatend by the Sheriff & others there preſent, he took up the Ax again, & at 2 ſtrokes more cut off his head.

All this is tru as to matter of Fact, & it needs no comment to your Lordſhip. I deſire your prayers, & remain

Your Lordſhip's moſt affectionate

W. Aſaph.

Num. XIV. Vide Præf. §. XXXIX.

An Account of the Church of Swafham *in* Norfolk, *extracted from a Letter written to the Publiſher by the ingenious* Beaupré Bell, *of* Beaupré-Hall *in* Norfolk, *Eſq;*.

Beaupré-Hall May 11. 1731.

* * * * * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * * * * *

I Was ſurpriz'd to find (in your Appendix N. IX.) the ſtory of *the Pedlar of Swafham* deliver'd with a ſerious Air, by ſo conſiderable a perſon as Sr. William Dugdale, and recorded by Sr. R. Twyſden, as a fact, which, upon due Examination, he was convinc'd to be true. Tho' I ſhall not deny the Poſſibility of ſtrange Diſcoveries by Dreams, yet ſo many grave Relations of this nature have been detected of Error or Fraud, that their Probability is much abated; and I confeſs they muſt have ſomething more than bare Tradition or Common Teſtimonie, to recommend them to my Belief. As you are no ways concern'd to juſtifie Sr. William's Account, which he acknowleges to be no more than the Tradition of the place, I hope you will not be diſpleas'd, that I ſend you ſome reaſons againſt it, founded on a View of that Church, for which I am oblig'd to an accurate Gentleman, the Reverend Mr Parkin, Rector of Oxburgh Norfolk, who is now drawing

up

up an Hiſtory of the Deaneries of Fincham & Cranwick in that County.

The Church of Swafham is a ſtately regular Pile: —— the Seat of the Pedlar, obſerv'd by Dugdale in his time to be in the North Iſle, was taken down with others about 20 Years paſt, when the greateſt part of the Church, with the Eaſt End of the ſaid Iſle, was new ſeated and pew'd in a modern way; but in a little Chapel at the Eaſt End of this Iſle, which Chapel forms the North part of the Croſs-Iſle of the Church, is to be ſeen a patch'd piece of Woodwork, collected out of the Fragments of ancient Stalls & Seats, & here united. On the lower part of this Work is this Inſcription in old Characters —— **Orate p̄ro aīabus** —— & near the top —— **Johis Langman** — — **Katine** — this part, no doubt, belong'd to ſome ſeat or work, made at the chardge of John Langman, who appears, from an ancient MS of this Church call'd the **Black Book**, to have been a conſiderable Benefactor to it. In the middle of this work, & between the Inſcriptions, is twice repreſented the Effigies of a man as buſied in his Shop, with this mark near it ⋿, (probably I. C. C. John Chapman & Catherine his Wife) and the figure of a Woman alſo carv'd in two places as looking over the Door of a Shop. This Woodwork is ſupported on each ſide by the Heads of the Founder's Seat, on both which near the Summit is a Pedlar carv'd with a Pack upon his ſhoulder, and below him near the bottom, a figure, which, to embelliſh the Story, is commonly ſaid to be a Dog, but from his being muzzled, & the Chain running croſs his back, is much more likely to prove a Bear. —— The Windows above the Arches of the middle Iſle on the North Side are beſt preſerv'd: on theſe he and his Wife are painted in a ſuppliant poſture, ſometimes in Blew, ſometimes in cloſe round Purple Gown's, turn'd up and robed with Furr tinctur'd Or, with Beads by their Sides, & by his Side a ſmall Dagger and a Purſe. — The uppermoſt Window but one, is now the only one below, where their effigies are remaining; here their Gowns are Purple robed with Furr Or; from his Girdle hangs a Pilgrims's Purſe or Pouch; and from her right Side by a

String



String or Lace a ſmall obſcure Shield, as in the Margent, which ſeems to agree with the Arms of the *Knevets*, an Antient Family in Norfolk; behind her kneels one Son in a Blew Gown Furr'd Or, & no more Children; & at the bottom of the Window this fragment of an Inſcription - - - - - - - ad Dī hono ac glor -.

That part of this Church was Founded by John Chapman, is beyond Diſpute, but that the Founder was a Pedlar, is very improbable from the Richneſs of his Habit: theſe [1] *Zonae ſtipatae, pretioſae, Epitogia, Clochae furratae ad oram, Burſae cum Imaginibus variis*, and *ſculpti, enemalati et deaurati Cultelli ad modum Gladiorum dependentes*, were proper to perſons of Quality and Diſtinction: now, had this Chapman been realy a Pedlar, it would have been more commendable, to have had a Pourtraiture ſuitable to his Calling (as is the [2] Picture of the Pedlar, who was a Benefactor to the Church of St Mary Lambeth in Surry) and to have been repreſented on the Glaſs as the Pedlar is on his Seat. —— If the carv'd work was deſign'd to perpetuate the memory of his low degree, the Affectation of a Dreſs (on the Glaſs) ſo much ſuperior to his Station, muſt be ridiculous to his own times, and fruſtrate the very end and intent of the Carving, by ſhowing poſterity, that he was a man of figure and fortunes.

The truth of the caſe ſeems to be no more than this --- the Figures of a Pedlar, & a man and woman buſied in their Shop, were, according to the low taſt of that Age, in a modeſt manner to ſet forth the *Name* of the Founder *Chapman*, a Trader or Dealer. --- Such *Rebus's* are frequently met with on old works; but I ſhall only mention one, & that becauſe it is in this very Church of Swafham

---

1 *Forbid the Clergy by John Stratford ABp of Canterb.* V. Lindwodi Provinc. Lib. 3. T. De Vita et Honeſtate Clericorum. C. Exterior Habitus. V. Expreſſatis. 2 V. *New View of London, Vol.* 2. *P.*381.

--- near

--- near the Communion Table lyes the Altar Monument of John Botwright, D. D. Rector of this Church when it was rebuilt: on the body of the Tomb are Four Shields, two to represent his Priesthood, bearing the Sacramental Cups, and the Triangular Emblem of the Trinity, and two to represent his Name, bearing a Boat and Wimbles, Instruments essential to a *Wright* or worker in wood. —— an *aenigma* full as obscure as *Chapman* under the figure of a Pedlar.

Whether Churches were at that time o' day built by Levy or Rate on the Inhabitants (a material part of Sr. William's Account) is what I at least doubt of: but I shall not offer any thing on this Subject. what I have already sent will either give You Satisfaction, or an oportunity of showing Your Candour by Pardoning, Good Sir,

Your most Obliged
Humble Servant
Beaupré Bell.

The late Peter le Neve, Esq;. Norroy King of Arms, spent many years in collecting materials for the History and Antiquities of Norfolk and Suffolk. Without doubt among other things he had made observations about this Church; but what they are, I have not yet learned. Tho' I have a great opinion of the integrity of Sir Roger Twysden and Sir William Dugdale, and of their judgment in Affairs of this kind, and thô I know what regard hath been often paid in all ages by the best men to Dreams, when attended with odd circumstances, yet I will not pretend to interpose in this Affair, or to contradict what hath been so accurately noted by Mr Parkin, especially since it comes confirm'd in another Letter to me from Mr Bell, of June 30.1731. *in which is this passage:* ——— I defer'd my Thanks for the favour of your last, till I had an oportunity of consulting Mr Parkin about some passages in his account of Swafham Church. He has been so kind to take a second view, & by the help of a Glass discover'd, that the pourtraits, in the upper Windows on the Northside of the Nave and over the Arches, do not represent the suppos'd Pedlar & his Wife, but other Benefactors: however as their Dress agrees with that of

Chap-

Chapman and his Wife on the other Windows, and as they are known to have been perſons of faſhion and account, it confirms the Interpretation of the Story I ſent.

Num. XV. Vide Præf. §. XXXIX.

A Letter relating to the laſt behaviour of Sir *Walter Rawleigh*, written by Dr. Rob. Tounſon, Dean of *Weſtminſter*, and afterwards Bp. of *Sarum*, to Sr. *John Iſham*.

Ex autographo penes D. Juſtinianum Iſhamum, Baronettum, virum & ingenioſum & eruditum, (ac epiſtolæ hujus auctoris pronepotem) mihi mutuo dato Oct. 1. 1731.

Sr,

THE laſt weeke was a buſy weeke with me, and the weeke afore that, was more. I would gladly have writt unto you, but could find no time: yet I hope yow had the relation of Sr Walter Rawleigh's death; for ſo I gave order, that it ſhould be brought unto yow. I was commaunded by the Lords of the counſayle to be with him, both in priſon and att his death, and ſo ſett downe the manner of his death as nere as I could; there be other repoꝛts of itt, but that which yow have from me is trew: one Crawford, who was ſometimes Mr Rodeknight's pupill, hath penned it pretily, and meaneth to putt itt to the preſſe, and came to me about it, but I heare not that it is come forth. The ſumme of that, which he ſpake att his death, yow have, I ſuppoſe, allready: when he never made mention of his offence for which he dyed, namely his former treaſon; but only deſired to cleare himſelf of new imputations, there mentioned: privately he told me in priſon, that he was charged to have broken the peace with Spaine, but he putt that, he ſayd, out of the count of his offences: ſaving that he heard, the king was diſpleaſed att it; for how could he breake peace with him, who within theſe 4 yeares, as he ſayd, toke diverſe of his men, and bound them backe to backe and drowned them: and for burning the towne, he ſayd, it ſtood upon the king's owne ground, and therefore he did no wrong in that. He was the moſt fearleſſe of death that ever was knowen; and the moſt reſolute and confident, yet with re-

be-

verence and conſcience. When I begann to incourage him againſt the feare of death, he ſeemed to make ſo light of itt, that I wondred att him, and when I told him, that the deare ſervants of God, in better cauſes then his, had ſhrunke backe and trembled a litle, he denyed not, but yet gave God thankes, he nevez feared death, and much leſſe then, for it was but an opinion and imagination, and the manner of death though to others might ſeeme greevous, yet he had rather dye ſo then of a burning fever: with much more to that purpoſe, with ſuch confidence and cheerefullneſſe, that I was faine to divezt my ſpeach another way, and wiſhed him not to flatter himſelfe, for this extzaordinary boldneſſe, I was afrayd, came from ſome falſe ground: if it ſprong from the aſſuzance he had of the love and favour of God, of the hope of his ſalvation by Chriſt, and his owne innocency, as he pleaded, I ſayd he was an happy man, but if it were out of an humour of vainglory or careleſſneſſe or contempt of death, oz ſenſleſſneſſe of his owne eſtate, he were much to be lamented &c. For I told him, that heathen men had ſett as litle by their lives as he could doe, and ſeemed to dye as bravely. He anſwered, that he was perſwaded, that no man, that knew God and feared him, could dye with cheerefullneſſe and courage, except he were aſſured of the love and favour of God unto him; that other men might make ſhewes outwardly, but they felt no joy within: with much mozе to that effect, very Chriſtianly, ſo that he ſatiſfyed me then, as I thinke he did all his ſpectatozs att his death. After he had received the Communion in the morning, he was very cheerfull and merry, and hoped to perſwade the world, that he dyed an innocent man, as he ſayd; thereat, I told him, that he ſhould doe well to adviſe what he ſayd, men in theſe dayes did not dye in that ſort innocent, and his pleading innocency was an oblique taxing of the juſtice of the realme upon him. He confeſſed juſtice had bene done, and by courſe of law, he muſt dye, but yet, I ſhould give him leave, he ſayd, to ſtand upon his innocency in the fact; and he thought, both the king, and all that heard his aunſweres, thought verily he was innocent for that matter. I then preſſed him, to call to mind what he had done formerly, and though perhaps in that particular, for which he was condemned, he was cleare, yet for

ſome other matter, it might be, he was guilty; and now the hand of God had found him out, and therefore he ſhould acknowledge the juſtice of God in itt, though att the hands of men he had but hard meaſure: and heere I putt him in mind of the death of my L. of Eſſex, how it was generally reported, that he was a great inſtrument of his death, which if his hert did charge him with, he ſhould hertily repent, and aske God forgiveneſſe: to which he made aunſwere, as is in the former relation, and ſayd moreover, that my L. of Eſſex was fetcht of by a trick, which he privately told me of. He was very cheerefull that morning he dyed, eate his breakefaſt heartily, and tooke tobacco, and made no more of his death, then if he had bene to take a journey, and left a great impreſſion in the minds of thoſe that beheld him, in ſo much that Sr Lewiſe Stukely and the French man grow very odious. This was the newes a weeke ſince: but now it is blowen over, and he allmoſt forgotten. The newes which I heare is, that the promoter of Kowel hath gotten his charges of Sr Thomas Brookes, and Sr Thomas much cheeled, and hath entred into bond of a 1001 to the promoter, never to moleſt or trouble him againe, and the promoter is as cranke and triumpheth in his victory very much, and Sr Thomas glad he hath eſcaped ſo. I once ſaw Henry Tremill, and that is all. What is become of Robin Dalliſon, I cannot tell, but he was here in great expectation of a place, which I thinke now he is fallen from; for all officers heere are much younger then himſelfe. The buſineſſe of the treaſurer ſleepeth; and that of my L. of Exceter and Sr Thomas Lake will not be called upon this terme. There be, as I heare, 17000 ſheets of paper in that booke, which, upon ordinary account, cometh to eight hundred and fifty pound, the very writing. The King and Prince, thankes be to God, are very well. The Queene is ſtill at Hampton-court, and crazy they ſay. Yow will remember me kindly to my lady and your mother, and if yow have any imploiment for me heere, yow ſhall find me allwayes

Weſtminſt: Coll. Novemb. 9. 1618.

Att your ſervice
Robert Tounſon.

Superſcribed, To the right worſhipfull my very loving frend Sr John Iſham, att his howſe in Langport in Northamptonſhire

This.

THE

THE NAMES OF THE SUBSCRIBERS.

NB. *An Aſterisk is put before thoſe that ſubſcrib'd for large Paper, a Dagger after thoſe that ſubſcrib'd for ſeveral Copies.*

EDward Acton, LL. B. Rector of Bentworth in Hampſhire, and Chaplain to the Right Honourable Talbot Earl of Suſſex.
Thomas Allen, M.A. Rector of Murſton and Kingſdown in Kent. †
John Anſtis, Eſq. Garter, Principal King of Arms.
Edmund Archer, D. D. Archdeacon of Wells.
The Right Reverend Father in God Thomas (Tanner) Lord Biſhop of St. Aſaph.
Le Marquis d' Aubais prés de Niſmes en Languedoc.
*Thomas Bacon, aliâs Sclater, of Catley near Linton in Cambridgeſhire, Eſq.
Thomas Baker, B. D. of St. John's-Coll. Cambr.
William Baker, D. D.
Mr. George Ballard, of Campden in Glouceſterſhire.
*Richard Banner, of Perry Hall in the County of Staford, Eſq.
*Oliver Battely, M.A. Student of Chriſt-Church, and junior Proctor of the Univerſity of Oxford.
Mr. William Bedford.
Beaupré Bell, Eſq. M. A. of Trin. Coll. Cambr.
Thomas Bowdler, Eſq. †
Henry Bradſhaw, of Marple in Cheſhire, Eſq.
*William Brome, of Ewithington near Hereford, Gent.

*The Honble. William Bromley, Esq. Member of Parliament for the University of Oxford.
Thomas Bryan, Esq.
Edward Burton, of the Middle-Temple, Esq.
* The Honble. Benedict Leonard Calvert, Esq. Governour of the Province of Maryland in America.
Francis Canning, of Foxcote in Warwickshire, Esq.
The Reverend Mr. Thomas Carte, M. A.
Seymour Cholmondeley, of Holford in Cheshire, Esq.
*The Honble. George Clarke, Esq. D. Civ. L. Member of Parliament for the University of Oxford, and Fellow of All-Souls-College in the same University.
The Rt. Honourable Henry Lord Colerane, Baron of Colerane in the Kingdom of Ireland.
Walter Clavell, of the Inner-Temple, Esq. F. R. S.
* Edward Collingwood, of Newcastle, Esq.
The Reverend Mr. George Coningesby, M.A. Rector of Bodenham in Herefordshire.
* The Honourable Cuthbert Constable, Esq. †
Nicholas Corsellis, Esq. B. Civ. L. of Lincoln-Coll. Oxon.
Sir Clement Cottrell, Kt. Master of the Ceremonies.
* Thomas Crowe, of London, M. D.
Peter Davis, Esq. Recorder of Wells.
Francis Dickins, L. D. Regius Professor of Law of the University of Cambridge.
Sir John Evelyn, of Wotton in Surrey, Baronet.
* Sir Robert Eyre, Kt. Lord Chief Justice of the Common-Pleas.
*The Rt. Honble. Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminster in Worcestershire.
* Martin Folkes, Esq.
Richard Frewin, M. D. Camden Professor of History in the University of Oxford.
Thomas Frewin, of Lincolns-Inn, Esq.
The Honble. Roger Gale, Esq. F. R. S.
Samuel Gale, Esq.
The Reverend Claude Gilbert, D. D. Vice-Provost of Trinity-College in Dublin.
Thomas Girdler, D.D. Rector of Reedham in Norfolk.

* Tho-

*Thomas Goodman, M.D. Phyſician in ordinary to his Majeſty.
The Reverend Dr. Richard Goodwin, Rector of Tankerſley in Yorkſhire.
Mr. Thomas Granger.
The Reverend Zachariah Grey, LL.D. Rector of Houghton Conqueſt Com. Bedf.
John Griffin, of Sareſden in Oxfordſhire, M. A. [deceas'd.]
* Sir Richard Groſvenor, of Eaton in the County of Cheſter, Baronet.
* The Honourable Francis Gwyn, of Ford-Abbey in Devonſhire, Eſq.
Fletcher Gyles, of London, Bookſeller.
George Harbin, M. A.
* Philip Harcourt, of the Inner-Temple, Eſq.
*Edward Harley, Eſq. M. A. of Chriſt-Church Oxford.
William Holwell, of Exeter, Eſq.
The Reverend Mr. John Hotchkin, M. A. Rector of Abbat's-Ripton in Huntingdonſhire.
* William Inge, of Thorp-Conſtantine in Staffordſhire, Eſq.
* James Joye, of Duke ſtreet Weſtminſter, Eſq.
Sir Juſtinian Iſham, Baronet, Knight of the Shire for the County of Northampton.
Euſeby Iſham, M.A. Rector of Lincoln-College Oxford.
Benedict Ithell, of Temple Dinſley in Hertfordſhire, Eſq.
*William King, D.Civ.L. Principal of St. Mary-Hall Oxon.
* Richard Levett, M.A. Rector of Blithfield in Staffordſhire.
* Lincoln-College Library Oxon.
*The Right Honourable George Henry (Lee) Earl of Litchfield.
John Loveday, Eſq. B.A. of Magd. Coll. Oxon.
Francis Lutterell, of the Middle-Temple, Eſq.
* Charles Lyddell, B.Civ.L. Rector of Ardingly in Suſſex.
* Richard Lyddell, Eſq.
Sir James Mackenzie, Baronet.
*Richard Mead, M. D. F. R. S. †

* Sa-

* Samuel Mead, Eſq.†
Conyers Middleton, D.D. Principal Librarian of the Univerſity of Cambridge.
Sir Charles Mordaunt, Baronet.
* Richard Moſtyn, of Penbedw, Eſq.
* Sir Roger Moſtyn, Baronet.
Mr. John Murray, of London.
* Robert Myddelton, of Chirk Caſtle in Denbighſhire, Eſq.
* His Grace Thomas Holles (Pelham) Duke of Newcaſtle.
Mr. Francis Nicholſon, of Stockport in Cheſhire.
John Nicoll, M.A. ſecond Maſter of Weſtminſter School.
* The Rt. Honourable Edward (Harley) Earl of Oxford and Earl Mortimer.†
Thomas Prowſe, Eſq.
Thomas Rawlins, of Pophills in Warwickſhire, Eſq.
* Richard Rawlinſon, D. Civ. L. of St. John's-Coll. Oxon. and F. R. S.
Richard Richardſon, of North-Bierly in Yorkſhire, M. D.
* Mr. Thomas Richardſon, of London.
Joſeph Sandford, B.D. Fellow of Balliol-College Oxon.
* Sir Thomas Sebright, Baronet.†
Edward Sheldon, Eſq.
Matthew Skinner, of Lincoln's-Inn, Eſq. Serjeant at Law, and Recorder of the City of Oxford.
Sir Hans Sloane, Baronet, Preſident of the College of Phyſicians, *&c.* †
George Smith, of Burnhall near Durham, Gent.
John Strachey, of Sutton-Court in Somerſetſhire, Eſq.
* William Stuart, D. D.
Sir Philip Sydenham, Baronet.
* John Ivory Talbot, of Lacock in Wilts, Eſq.
* Timothy Thomas, M. A. Rector of Preſteign in Radnorſhire.
William Thomas, Eſq.
John Thorpe, of Rocheſter, M. D. F. R. S.
John Tottenham, M. A. Rector of Allerton and Vicar of Chedder in Somerſetſhire.
John Turvin, Eſq.
Richard Tyſon, of London, M. D.

*Ar-

* Arthur Vanſittart, Eſq.
William Veſey, B. D. Fellow of Lincoln-College Oxon.
Thomas Ward, of Warwick, Eſq.
Lee Warner, Eſq.
The Rt. Rev. Father in God Thomas (Milles) Lord Biſhop of Waterford and Liſmore.
Mr. William Webber of Exeter.
Sir Anthony Weſcombe, Baronet.
* James Weſt, Eſq. M. A. of Balliol-Coll. Oxon. and F. R. S.
Robert Woodforde, B. Civ. L. Rector of Yeovilton in Somerſetſhire.
Dr. Worth of Dublin.
Chriſtopher Wren, Eſq. F. R. S.
William Wright, of Offerton in Cheſhire, Eſq.

Ad-

Advertiſement.

THE Publiſher is now printing from two ancient MSS. one in the Cotton Library, the other in the Library of the Herald's Office, *Duo rerum Anglicarum ſcriptores veteres, viz. Thomas Otterbourne & Johannes Whethamſtede, ab origine gentis Britannicæ uſque ad Edvardum* IV. To which will be added, among other Things (1) *The Foundation of the Almes Houſe of Ewelm in Oxfordſhire*, from a MS. in the Harleyan Library. (2) Divers Letters (among which ſeveral of Margaret, Queen of Scotland) relating to the Affairs of the North in the years 1523, 1524, copied from the Originals, found in a MS. that belong'd to the Lord Dacres, Warden General of the Borders of England. (3) *Franciſci Godwini Catalogus epiſcoporum Bathonienſium & Wellenſium*, from a MS. at Cambridge, being a Tract not only much larger than the Account of the Biſhops of Bath and Wells in Biſhop Godwin's *Commentarius de Præſulibus Angliæ*, but alſo quite different from it. The Price of this Work, which will make two Volumes in 8vo. and was never before printed, will be (the ſame with that of *Walter Hemingford, viz.*) two Guineas the large, and a Guinea the ſmall, Paper; which Money is to be paid all together at the time of Subſcribing. Subſcriptions are taken in either by the Publiſher at Edmund-Hall, or by Joſeph Brookland at the THEATER Printing-Houſe, in Oxford.

WALTERI HEMINGFORD HISTORIA EDVARDI PRIMI.

Edwardus Primus Rex.

De Coronacione Edwardi Regis et ejus Primordiis.

ANNO Domini milleſimo CC°. LXXIIII^to. quarto Non̄. Auguſti, applicuit in Angliam Edwardus, filius Regis Henrici, et XIIII°. Kalend. Septembr. die ſcilicet beati Magni Martiris, magnificatus eſt et in Regem Angliæ coronatus II° anno Regni ſui poſt obitum Patris, ipſumque inunxit in Regem, et Alienoram conjugem ſuam in Reginam, frater Robertus de Kiluerby, Archiepiſcopus Cantuarienſis, apud Weſtmonaſterium London̄, congaudentibus tur- A. D. 1274.

A. D. 1274. bis et conclamantibus, *Vivat Rex.* Erat enim aſpectu pulcher, magnæ ſtaturæ et elegantis formæ (ab humeris enim et ſupra in populo communi eminebat) et juvenilis ætatis. Nondum enim compleverat annum ætatis ſuæ XXXVI. Hic in primordiis novitatis ſuæ leges juſtas condere, et inſufficientes adimplere, cupiens, ut pote juſtus, magni conſilii, et diſcreti animi, convocatis magnatibus ſuis, anno regni ſui tercio, de communi conſilio, ſtatuta condidit London̄, quæ dicuntur ſtatuta Weſtmonaſterii prima, & continent capitula XLVII.

De concilio [1] Lugdunenſis per Papam Gregorium [2] tercium.

EODEM anno, ſcilicet milleſimo CC°. LXXIIII. menſe Mayo, celebratum eſt Concilium generale [3] Lugdunis, præſidente Papa Gregorio X. in quo ſpecialiter expoſuit Papa negocium Terræ ſanctæ, ubi quidem Salvator omnium operatus eſt in medio illius Terræ [4] ſalutem", ubi ſumpſit temporalis nativitatis inicium, et humanæ converſacionis deduxit tempora, ubi probroſæ paſſionis ſuſtinuit obprobrium, et tandem pro redempcione noſtra mortem quidem ſubiit temporalem, ut ſic, ſui precioſi effuſione cruoris, vetus piaculum expiaret: adjecitque, *Numquid igitur non contingent redemptorum corda immenſa et innumerabilia beneficia redemptoris, numquid non accendent cujuſque præcordia claves et ſtigmata noſtri Salvatoris,* [5] *ni ipſi pro tot, quæ nobis tribuit, hoc ſaltem neceſſitatis tempore, aliquid rependamus, dum Crucis hoſtes, Crucifixum habentes oſtentui, cultores ipſius Chriſtiani nominis, ut Chriſti cultum de terra deleant, in-*

---

1 *L.* Lugdunenſi. 2 *L.* decimum. 3 Lugduni, *T.* 4 *Adjeci ex T.* 5 Ut ipſi *T.*

ceſſan-

ceſſanter exterminant et conculcant, ipſos debilitantes viribus, extenuantes opibus, et diverſis & variis confuſionibus [1]*ſtaturantes? Ad vindicandas itaque Redemptoris injurias, ac redimenda ignominioſæ conculcacionis obprobria, nos ipſos et noſtra debemus exponere, et ipſum negocium viribus totis promovere. Et licet omnia poterimus de plenitudine poteſtatis, volumus tamen nobis imponere frenum racionis, ut, quod fuerit concedendum, de communi conſilio concedatur,* datuſque eſt [2] ei" dies ad reſpondendum in ſcriptis, ut vel concederent,vel certas raciones prætenderent,quare non eſſet hoc faciendum. Adveniente die, multi [3] conſenſerunt, contradicere non audentes. Inter quos Cantuarienſis Archiepiſcopus, Frater Robertus de Kiluerby, de ordine Prædicatorum, qui per Papam in hunc locum poſitus fuerat, ſic reſpondit: *Pater* [4] *ſancte, opus et creacio manuum veſtrarum* Ego ſum, [5] *eccleſia mea eccleſia veſtra, et bona mea bona veſtra ſunt. Diſponite ergo de eccleſia mea et de bonis meis, ſicut et de bonis priis.* Inter ceteros vero, qui contradicere propoſuerant, erat ille magnus Philoſophus, magiſter Richardus de Mapham, decanus Lincolnienſis. Hic Papæ tradidit cedulam excuſatoriam, oppreſſiones Anglicanæ eccleſiæ continentem, tum propter guerram longinquam, quæ inter Regem et ſubditos diu agitata duraverat, tum propter ſolucionem decimæ, per Papam Regi conceſſæ per [6] ſex annos, dicendo, in tantum oppreſſam, quod vix adicere poſſet ut reſurgeret. Cui tandem dixit Papa: *Domine Decane, dictaſtine cedulam hanc?*

A. D. 1724.

---

1 *L.* ſaturantes, *cum T. Neque aliter* O. *in margine.* 2 *Omittit T.* 3 Conceſſerunt, *T.* 4 *Sic & T. Male igitur* Sanctiſſime *in* O. *perinde ac ſi* ſcē *idem valeret quod* Sanctiſſime. 5 Et eccleſia *T.* 6 VII. *T. Sed* ſex *etiam in Cod. MS. Coll. Trin. Cantabrigiæ.*

A. D. 1724. Et ille: *Pater ſancte, Ego dictavi et ſcripſi.* Et Papa: *Numquid conſentis tu, vel contradicis?* Et ille: *Domine, non contradico.* Et Papa: *aliud eſt non conſentire, et aliud non contradicere.* [1]*Num ergo conſentis?* Et iterato reſpondit: *Domine, non contradico.* Cumque ex ore ipſius aliud habere non poſſet, privavit eum omni beneficio eccleſiaſtico, et erat privatus tribus diebus et tribus noctibus. [2]Optinuitque peticionem à Clero, et decimam VI annorum in ſubſidium terræ ſanctæ conceſſit, et reſtitutus eſt ipſe Decanus in gradum [3]preſtinum elapſo triduo, fecitque Papa in eodem Concilio conſtitūciones multas, et incertis titulis decretalium, eas intitulari præcepit, vocanturque *conſtituciones Gregorianæ.* Eodem anno mortuus eſt idem Papa Gregorius citra Montes, cui ſucceſſit Johannes Papa. Hic infra duos annos obiit. ſic cecidit ſuper eum Camera ſua, et [4]oppreſſerat eum. Cui ſucceſſit Nicholaus III[us].

A. D. 1275. Anno Domini M° CC° LXXV°. III° Idus Septembris, inter primam et terciam factus eſt Londoniis, et per regionem Angliæ, terræ motus generalis, tam in caſtris quam in villis, ædibus et campis. Eodem tempore cecidit pluvia ſanguinea in diverſis Walliæ partibus. Eodem anno incepit comunis ſcabies ovium in Anglia per loca diverſa.

Wallenſes cum Leulino rebellare cœperunt.

A. D. 1276. ANNO Domini milleſimo CC°. LXXVI°. miſit Leulinus, Princeps Walliæ, nuncios in Franciam, deſponſavitque ſibi in uxorem filiam quondam

---

1 Nunquid igitur conſentis? *T.* 2 Obtinuitque Papa petitionem *T.* 3 Priſtinum *O. & T.* 4 Oppreſſit eum. Cui ſucceſſit Nicholaus III. Eodem anno Dominus Walte-

Domini Symonis de Monteforti, cumque duceretur puella [1] per Enericum fratrem ſuum, qui Theſaurarius fuerat Eborum eccleſiæ, capti ſunt in mari à quinque portubus, et ad Regem Edwardum adducti. Quo audito, ſtatim guerram movit in Wallia ipſe Leulinus, devaſtans gladio, et igne ſuccendens, quæcunque manus ipſius contingere potuerunt. Divertitque Rex ibidem cum exercitu copioſo, et in tantum artavit eum, quod pacem quærere compulſus eſt. Compoſuitque cum [2] eo magna pecunia, & fœdus pepigit, quod ſemel ſingulis annis ad Parliamentum ſuum veniret Londoniis; et ſic accepta uxore ſua, receſſit ab eo Rex. quæ quidem uxor in anno ſequenti mortua eſt. Ipſe vero Leulynus in eodem anno ſequenti, in feſto Nativitatis Dominicæ, Londonias venit, homagium fecit, et reverſus eſt. [3] Iterato infra tercium annum ad Parliamentum vocatus ut veniret, venire contempſit et guerram movit. quod audiens Rex, divertit [4] ibidem, et iterato eum conſtrinxit ut componeret; dataque pecunia, dimiſit eum et abiit. Anno Domini milleſimo CCº LXXVIIIº. in quindena Sancti Johannis Baterus de Merton conſecratus eſt in epiſcopum Roffenſem. Anno Domini *&c. T.* 1 Per fratrem Henricum, qui Theſaurarius fuerat Eboracenſis eccleſiæ, capti ſunt ambo à quibuſdam de portubus Briſtoll, cum duabus navibus, variis apparatibus onuſtis. quæ omnia in manu Regis tenta ſunt: & ipſe Henricus in Caſtro de Corf carceri eſt mancipatus. Soror vero ſua tradita eſt in cuſtodiam Regis apud Wyndeſore, & ſic perturbata eſt puella à propoſito veniendi ad maritum ſuum, propter quod multa mala poſtea evenerunt. Quo audito, *T.* 2 Rege *pro* eo *in T.* 3 Iterato tertio anno ad Parl. v. ut veniret, non venit, ſed contempſit *T.* 4 Ad eum *pro* ibidem O. *in margine*. *Atque ita etiam in T, & Trin.*

A. D. 1276.

A. D. 1277.

A. D. 1278.

ptiſtæ

A. D. 1278. ptiſtæ tenuit Rex Parliamentum ſuum apud Glouceſtriam, fecitque Statuta, quæ dicuntur Statuta Glouceſtriæ, continencia XV capitula. et in menſe Auguſti fecit ibidem Rex ſtatutum *Quo Waranto*, et tractatum eſt de moneta retonſa per Judæos, et capti ſunt per totam Angliam XIIII Kal. Decembris, et detecta maleficorum fraude, plures eorum ſuſpenſi erant, factaque eſt in anno ſequenti nova moneta et inciſibilis, et quadrantes et oboli rotundi quod pauperibus perniciosum erat.

Obiit Archiepiſcopus.

A. D. 1279. ANNO Domini milleſimo CC°. LXXIX. obiit Walterus Giffard, Eborum Archiepiſcopus, X°. Kal. Maii. Cui ſucceſſit Willelmus [1]Wetewang. Hic in anno Archiepiſcopatus ſui ſecundo, ſuffraganeum ſuum Robertum de Inſulis Dunelmenſem Epiſcopum, et Capitulum [2]Dunolmenſe viſitare volens, paſſus eſt ibidem repulſam. Clauſerunt enim portas civitatis contra eum. Ipſe vero Pontificali accepto prædicavit ibidem in platea [3]civitatis, et aſſumpto Themate, *deſcendi ut viderem Judæam et Jeruſalem*, et facto ſermone in contradictores ſibi ſententiam Excommunicacionis terribilem fulminavit, et locum eundem eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. Ipſi vero parvi pendebant omnia. Fundaverant enim ſe ſuper conſtitucionem Innocencii quarti de cenſibus et exaccione Romana, et [4]appellaverant, dicentes, eum admitti non debere, niſi proprium Capitulum et Dioceſim prius viſitaſſet, quod non

---

1 Wyckewang *T.* 2 Dunelmenſe *T.* 3 Civitatis, aſſumpto hoc Themate, *T.* 4 Appellaverunt, *T.*

fe-

fecit. Dicit enim Conſtitucio illa ſic: *Statuimus, ut* [1]*quibus Archiepiſcopus, ſuam volens viſitare Provinciam, prius eccleſiæ ſuæ Capitulum et Civitatem ac Dioceſim viſitare procuret.* Anno autem revoluto, et mortuo [2]Dunolmenſi epiſcopo, iterato eciam eodem tempore anni, ſcilicet circa feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ, ibidem cauſa Viſitacionis adveniens, majorem quam prius paſſus eſt injuriam, et renovata terribili ſentencia, receſſit et abiit: et extunc in Romana Curia inmenſis ſumptibus litigabant. A. D. 1279.

Obiit Papa.

ANNO Domini milleſimo CC°. LXXXI°. XIII Kal. Junii obiit Papa Nicolaus III^us^. Cui ſucceſſit Martinus Thuronenſis, VIII. Kal. Marcii conſecratus. Eodem anno II Non. Octobr. tranſlatus eſt Sanctus Hugo, quondam Lincolnienſis epiſcopus, et conſecratus eſt tunc Olyverus epiſcopus ejuſdem eccleſiæ, qui ſucceſſit Ricardo de Graveſhend [3] epiſcopus. Eodem anno, III Kal. Auguſti, combuſta fuit magna pars Sancti Botulphi. Eodem anno Tabula rotunda tenebatur ſumptuoſe apud Warewyk. Anno præcedenti, ſcilicet milleſimo CC°. LXXX, fecit Rex ſtatutum de manu mortua, præjudiciale Religioſis et Eccleſiæ Sanctæ. A. D. 1281.

Wallenſes ſurrexerunt, et Leulinus occiditur cum fratre ſuo David.

ANNO Domini milleſimo CC°. LXXXII°. David, frater Leulini, Principis Walliæ, qui in duabus A. D. 1282.

---

1 *L.* quilibet *cum T. & Trin.* 2 Dunelmenſi *T.* 3 *L.* epiſcopo, *cum Trin.* pri-

A. D. 1282. primis guerris Walliæ Regi Angliæ contra Leulinum fratrem ſuum ſtrenue militaverat, ut pote quem donis variis et poſſeſſionibus multis Rex ipſe ditaverat in Anglia, et caram Conſanguineam ſuam eidem copulaverat in uxorem, cum fratre ſuo Leulino concordatus eſt. Cui [1] cauſam intulit ipſe Leulinus, quod nunquam ipſius veram conſequeretur amiciciam, niſi Regi Angliæ in tantum efficeretur inimicus, in quantum dudum fuerat verus amicus: et ſic Herodis et Pilati inita concordia et facta conjuracione valida inſurrexerunt in Chriſtos Domini Anglos innocentes, ceperuntque ad Caſtrum de Flynt Dominum Rogerum de Clyfford, quem Rex Angliæ ibidem præfecerat, et tetro Carceri tradiderunt. deinde vaſtantes igne et gladio quicquid ipſius Regis [2] vel " Anglorum contingere potuerunt. Et hæc quidem incepta ſunt in tempore ſancto infra Paſſionem Domini [3] ſanctam". Quod cum audiſſet Rex, miſit, tanquam filius catholicus, ad Patres Spirituales Archiepiſcopos et Epiſcopos in fide Chriſtiana rogans, ut ipſos malefactores, et eorum [4] compaces et fautores, qui, tranquillitati et paci Eccleſiæ ſanctæ et Regni ſui invidentes, deprædaciones, homicidia, incendia et multa enormia perpetrarunt, propter quæ in Canonem latæ ſententiæ ipſo facto dinoſcuntur incidiſſe, ab univerſis et ſingulis ſubditis ſuis per univerſas Dioceſes publice et ſollempniter denunciari facerent excommunicatos. Credidit enim et adjecit, quod eorum rebellio et malicia, mediante juvamine gladii ſpiritualis, qui in hujuſmodi caſu juvare dinoſcitur, per brachium ſeculare facilius reprimerentur. Deinde Rex congregato exercitu copioſo profectus eſt in Walliam [5] circa

1 Tum *pro* cauſam *in T.* 2 *Omittit T.* 3 *Deeſt T.* 4 *L.* complices *cum O. T. & Trin.* 5 *Sic etiam T. non ut in O.* contra. fe-

festum Pentecostes, et coartavit eos, ut in montem ascenderent. Marinarii eciam de Portibus, agentes animose, et periculo se credentes immenso, ceperunt insulam de Anglesay, fugatis Wallensibus et aliquibus interfectis. Et ait Rex, *jam Leulinus*, inquit, *perdidit pulcriorem pennam tocius caudæ suæ*, fecitque fieri [1]potens ultra aquam Meneth̄ ad ingressum de Snawdon̄ super naves multas, ad invicem conjunctas, compositis signis et conjunctis tabulis super ipsas naves, ita quod in fronte una transire possent [2]LX armati. Dumque esset Rex in Castro Abreconway, nec adhuc [3]transire parasset, ecce quidam ex nostris, VII quasi Baneretti, cum III. C. [4]feris armatis, ut laudem adquirerent et nomen curiosum, necdum ponte plene firmato [5]et perfecto, incaucius transierunt, et [6]hoc" in descensu aquæ et aqua retracta. Cumque lustrassent pedes moncium, et essent [7]& ponte aliquantisper remoti, superque venissent fluctus marisque inundancia, ita quod ad pontem redire non possent præ aqua nimia, egressi sunt Wallenses à montibus excelsis, dirigentes ad eos iter et gressus suos. At nostri attoniti, et multitudinem timentes magnam, se pocius aquæ quam hosti credere voluerunt: ingressique sunt aquam ita ut erant onusti et armati, et quasi in puncto submersi sunt. inter quos erat ille nominatus miles Dominus Lucas Tanay, qui seneschallus Vasconiæ dudum extiterat. habuit enim Rex in exercitu suo multos Vasconienses et [8]Bastlenses, qui in ejus auxilium pompose venerant, sed non revertebantur omnes. Salvavit tamen Dominus in illa

A. D. 1282.

---

1 *L.* pons, *vel cum T. & Trin.* pontem. 2 Quadraginta *T.* 3 Transire se paraffet, *T.* 4 *Potius*, fere, *cum T. & Trin.* 5 *Malim* nec *cum T.* 6 *Abest T.* Hæc *Trin.* 7 *L.* à *cum O. T. & Trin.* 8 Basculenses, *T.* Basolenses, *Trin.*

A. D. 1282. die illum ſtrenuiſſimum Militem, Dominum Willelmum Latymer, qui in dextrario ſuo portatus eſt per medium aquarum multarum. Facta eſt illa ſubmerſio miſera die Sancti Leonardi Confeſſoris. Circa vero ſequens feſtum beati Nicholai deſcendit ipſe Leulinus cum ſolo armigero de montibus, ut caucius exploraret, ſi habitatores convallium in fide ſua manerent ut prius, reliquitque totum ſuum exercitum in ſupercilio Montis ſuper aquam, quæ vocatur Waye, et præoccupaverunt ſui pontem Erewyn, manſeruntque ibi ex parte ſua Wallenſes plurimi, et ex parte altera Regales multi. Rex vero eodem die apud [1]Rotheland erat in præſidio. Dumque Regales noſtri, quorum Duces exercitus erant Dominus Johannes Giffard et Dominus Rogerus de Mortimer Juvenis, viderent Wallenſes ad pontem, [2] exercitum grandem in ſupercilio montis, loquerenturque mutuo quid eſſet faciendum: reſpondit unus, cui nomen [3]Hilias Wallayn̄, *Si manſerimus hîc, nec proficere nec tranſire poterimus: ſed eſt vadum quoddam, non longe diſtans, et à Wallenſibus incognitum, ubi tranſire poterimus, cum difficultate tamen. Sequantur ergo me viri fortes, et percuciemus à tergo Wallenſes, qui modo ſunt ad pontem, et ſic patebit ingreſſus per pontem reliquo exercitui noſtro, poterimuſque extunc plane procedere contra reliquos hoſtes*; fecitque ſic, et tranſivit vadum aliis incognitum, unde et nomen ſortitum eſt uſque in præſentem diem, et vocatum eſt [4]Hiliſwath̄. percuſſiſque Wallenſibus, qui erant ad pontem, liberum fecit introitum reliquo exercitui noſtro. Cumque clamor aſcenderet eciam ad aures ipſius Leulini, qui ibi prope in grangio Thaulweyr latitabat, ait ipſe

1 Rothelan *T.* 2 Et exercitum *T.* 3 Helias *T.* 4 Heliſwath̄ *T.*

Leu-

Leulinus, *nonne Wallenſes mei ſunt ad pontem* [1] *Grẽwyn?* A. D.
Dicunt ei, *utique ſunt.* Et ait, *eciamſi tota Anglia eſſet in* 1282.
parte [2] *altera, non timerem eos.* Ingraveſcente tandem clamore, et tumultuante ejus exercitu in excelſis, dum exercitum Anglorum viderent properantem, feſtinavit ipſe Leulinus cum puero ſuo latenter [3] aſcendere. Timuit enim ſibi, cognito prædicto caſu. Cumque videretur à quodam ex noſtris, Stephano ſcilicet de Frankecon̄, nec tamen cognoſceretur quis eſſet, ſecutus eſt eum idem Stephanus cum paucis, et ipſum fugientem et leviter armatum perforavit, et confeſtim abiit, et reverſus eſt ad exercitum noſtrum. Steterunt itaque Wallenſes per turmas ſuas in ſupercilio montis, expectantes Principem et Dominum ſuum, ſed in caſſum: et aſcendentibus noſtris, ſagittas & telas multas direxerunt, factaque concertacione aliqua [4] et per ſagittarios noſtros, qui inter equeſtres [5] innixi erant, corruerunt multi, eo quod animoſe ſteterunt expectantes Dominum ſuum. Tandem vero equeſtres noſtri aſcenderunt in [6] mortem ſuper eos, et cæſis aliquibus reliquos in velocem fugam converterunt. Revertentibus ergo noſtris optenta victoria, prædictus Stephanus perrexit, ut videret, quinam eſſent illi duo, quos percuſſerat, et viſa facie Leulini et cognita, [7] amputaverunt capud ſuum, et ad Regem noſtrum cum gaudio detulerunt. Rex vero illud mitti juſſit London̄, et ſic appoſita ſerta argentea, in ſignum Principis, per medium Weſtchepe [8] London̄ et in lancea repoſitum eſt, ut à tranſ-

---

1 Erewyn *ſupra. rectius.* Orewyn *T.* 2 Oppoſita *pro* altera *in T.* 3 Montem *addit T.* 4 *Omittit T.* 5 *L. cum T.* inmixti erant, *non, cum O.* mixti erant. 6 *L.* montem *cum O. et T.* 7 Amputavit *T.* 8 Quædam hîc omiſſa *inquit cl. Stillingfletus in margine O. Supple igitur hoc pacto ex*

A. D. 1282. cuntibus universis longo tempore videretur. Et sic adimpletum est sortilegium Diabolicum, in quo spem posuerat ipse Leulinus. Dicitur enim, quod, cum guerram movere proponeret contra Regem Anglorum, sciscitatus est à quadam sortilega, quidnam eveniret ei? At illa, consulto Diabolo, respondit ei, quod audacter propositum continuaret, et sciret pro certo, quod per medium Westchepe Londoñ coronatus equitaret. Ipse vero ob hoc credens, se futurum Regem Anglorum, inceptum errorem continuavit ad mortem, et quod Diabolus non adimplevit in vita, suplevit in morte. Rex autem, præconizata pace sua, suscepit homagia et fidelitates Magnatorum Walliæ, et firmam pacem statuit per totam Walliam, ordinavitque certos homines Anglicos et Wallenses, qui persequerentur David, fratrem Leulini, et sic in Angliam reversus est[1]. et in Parlia-

---

T. & Trin. Londoñ in lancea per equestrem delatum est cum magno comitatu civium & apparatu: & super turrim excelsam turris Regiæ tandem cum lancea repositum est, ut à transeuntibus universis longo tempore videretur. Et sic adimpletum *&c.* 1 Desunt quædam O. *in margine manu cl. Stillingfleti. Atqui nihil plane deesse indicio esse potest, quod nulla in Codice MS. collegii Armorum compareat lacuna. Sed forte Codicem quendam interpolatum inspexerat Stillingfletus, qualem profecto & illum fuisse manifestissimum est, quo usus est cl. Tannerus. Cujusmodi tamen Codices interpolatos pro genuinis fœtibus habent scioli, quos neutiquam seu historicos, seu antiquarios, nisi κῦ χλθαομὸν, dixeris. Jam me recte sentire, inde colligere videor, quod in T. hic locus hunc in modum legatur:* & sic reversus est in Angliam. Anno Dni. M. CC. LXXXIII. circa festum Sti. Michaëlis, Rex, convocatis Regni sui magnatibus apud Salopesbury, tenuit ibi Parliamentum suum, & adduci fecit David, qui apud Rothelan fuerat captivus, & ibi adjudicatus est morti retroactis temporibus inauditæ. Primo equo distractus; 2do. suspensus; tertio capite truncа-

mento de Solopesbire, quod tenuit Rex poſt feſtum Sancti Michaëlis, tanquam ſeductor et proditor, furque et [1]omicidia, tractus eſt et ſuſpenſus, et poſtea membratim diviſus, et quatuor ejus membra in quatuor partes Angliæ miſſa ſunt, in memoriam rei [2]perpetuæ. Capud autem ejus Londoñ delatum eſt, et cum capite fratris ſui Leulini in ſullime erectum in Turri Regia. Eodem anno, durante guerra Walliæ, dabatur Regi Triceſima à communi Populo, et Viceſima à Clero, auxilii nomine. A. D. 1282.

Anno Domini milleſimo CC°. LXXXIII°. et anno Regni Regis Edwardi XI°. poſt feſtum Sancti Michaëlis, tenuit idem Rex Parliamentum ſuum apud Actoñ Burnel, ubi fecit illud ſtatutum ſic vocatum. Eodem anno obiit Papa Martinus, cui ſucceſſit Honorius Papa eodem anno. A. D. 1283.

---

catus; quarto, ut cor & viſcera extracta comburerentur; quinto corpus in quatuor partes diviſum per quatuor Angliæ plagas ſeperatim ſuſpenderentur. Capud autem London defertur, ponendum juxta capud fratris ſui Lewelini. Eodem anno, durante guerra Walliæ, dabatur Regi XXX^a. à communi populo, & XX^a. à clero in auxilium. Eodem anno, ſc. M. CC. LXXXIII, & anno regni regis Edwardi XI°. *&c. Ceterum hæc ſcripſeram, priuſquam ad manus deveniſſet Cod. Trin. in quo locus hoc pacto legitur*: et ſic in Angliam reverſus eſt. David autem à prædicta cæde fugiens, in moris et mariſcis latitabat fere per annum. Tandem vero captus in vigilia Sancti Mauritii ad regem adductus eſt, et in parliamento de Solopp. quod tenuit rex poſt feſtum ſancti Michaëlis, tanquam ſeductor et proditor, fur et homicida, judicatus, tractus et ſuſpenſus, et poſtea membratim *&c. Quæ profecto lectio notam Stillingfleti firmare videtur. Hæc autem ſubdere volui, ne forſtan nodum in ſcirpo quæras.* 1 *L.* omicida. 2 *Potius*, perpetuam.

Tranſ-

A. D. 1283.

Translacio Sancti Willelmi Eborum.

EODEM anno, scilicet Dominica infra Octavas Epiphaniæ Domini, qui fuit anno illo V. Idus Januarii, translatus fuit Sanctus Willelmus Eborum Archiepiscopus, et in capsa argentea et aurea reverenter reconditus, per Venerabilem Patrem Willelmum [1] Wetewang̃, tunc Eborum Archiepiscopum, et ceteros Angliæ Episcopos, qui ob hoc ibidem convenerant, assistente Rege et Regina, cum ceteris Magnatibus terræ, et Clero et Populo. Eodem eciam die consecratus est ibidem, et ab eodem Archiepiscopo, Antonius de Bek, Dunolmensis Episcopus. Et profectus est exinde Rex in Walliam, ut Terram illam et stabiliret et ordi-
A. D. 1284. naret. Ubi cum esset apud Carnarvan, peperit ei Regina filium, et vocavit nomen ejus Edwardum, scilicet millesimo CC°. octogesimo quarto, et eodem anno obiit Alfonsus, filius Regis, apud Windesouer.

Rex profectus est in Vasconiam. Obiit Willelmus Archiepiscopus.

A. D. 1285. ANNO Domini millesimo CC°.LXXXV. obiit Willelmus, Eborum Archiepiscopus, apud Pontiniacum, ubi et reconditus jacet. Cui successit Johannes Romanus, qui profectus ad Curiam, consecratus est ibidem ab Honorio Papa. Eodem anno post Pascham tenuit Rex Parliamentum suum apud Westmonasterium London̄, ubi fecit Statuta multa, quæ dicuntur *Statuta Westmonasterii secunda*, et continent XLVIII capitu-

1 Wykwang, *T.*

la.

la. In quo Parliamento prædixit Rex Magnatibus ſuis, quod oporteret eum transfretare in Vaſconiam, pro quibuſdam arduis corrigendis. Ordinataque terra, et omnibus in pace agentibus, profectus eſt in Vaſconiam in anno ſequenti, ubi audita querela et fraude cognita quorundam Burdegalenſium, qui cum Rege Francorum locuti fuerant, et promiſerant, ſe ejus poteſtati ſubici velle, nec in fide Regis Angliæ ulterius permanere, quoſdam fecit equis trahi, et majores natu auctores ſceleris, ſublatis lignis de eorum domibus, in plateis juſſit ſuſpendi, ſtabilivitque totam Vaſconiam in pace ſua, et extunc interpoſuit partes ſuas inter Reges diſcordantes, Regem ſcilicet Franciæ, Hiſpaniæ et Arragonum, ita ſcilicet quod eos ad bonum pacis et quietis allexit, redemitque Karolum Principem de Murreo, conſanguineum ſuum, à carcere Regis Aragonum, data pecunia non modica. Qui quidem Karolus in anno ſequenti apud Reatam à Papa Nicholao IIII. Regni Jeruſalem et [1] Ciſiliæ Diadema ſuſcepit, poſt obitum Regis [2] Ciſiliæ Karoli Patris ſui. Moratus eſt itaque Rex in partibus tranſmarinis per tres annos fere continuos, et inde reverſus [3] in audivit querimonias multas de Juſticiariis ſuis, quibus inquiſitis et cognitis, ipſum Capitalem Juſticiarium ſuum, Dominum Thomam de Weyland, perpetuo exulavit, et reliquos ejus conſocios pecunia mulctavit copioſa, depoſuitque potentes de ſede, et exaltavit humiles. A. D. 1285.

Obiit Papa.

ANNO Domini milleſimo CC°. LXXXVII°. obiit Honorius Papa. Cui ſucceſſit Nicholaus [4] III^us. A. D. 1287.

---

1 Siciliæ *T.* 2 Siciliæ *T.* 3 *L. cum T.* in Angliam, audivit. 4 *L.* IIII^us. *cum T.*

de

A. D. 1287. de Ordine Fratrum Minorum. Quod quidem nomen sortitus est, [1] et dicitur, quod in juvenili ætate beatus Nicholaus ipsum prænunciavit fore Papam. Ipse eciam cuidam speciali ex Fratribus retulit, dicens, *jam de me completa sunt omnia, excepto uno.* At ille, *quid est*, inquit, *hoc dictum? Et ille, in juvenili*, inquit, *ætate, [2] postquam habitum susceperam, Visionem vidi, et audivi [3] et spiritu, me futurum Theologiæ Doctorem, et postea Ministrum tocius Ordinis generalem, deinde Papam, et extremo hæreticum.* Ecce ergo completa sunt omnia, præter ultimum, quod nunquam, Deo dante et sanitate comitiva, complebitur.

---

[4] *Wallenses.*

EODEM anno rebellavit in Wallia quidam Rees Ameraduk, ex sanguine Principis Leulini, qui per Dominum Robertum Typtoft, quem illi Provinciæ Rex profecturus præfecerat, tandem captus, et ad Eborum deductus, ibidem judicatus est, tractus et suspensus.

Nundinæ Sancti Botulfi combustæ dolo.

A. D. 1288. ANNO Domini millesimo CC°.LXXXVIII. [5] conduxerunt ad invicem quidam Armigeri, ut in habitu Religiosorum quoddam Hastiludium, quod [6] Burdice dicitur, juxta Sanctum Botulfum durantibus Nundinis celebrarent, ita quod una pars in habitu Mo-

---

1 *L.* ut *cum T. Neque aliter O. in margine.* 2 *Sic. & T. non* (*ut in O.*) priusquam. 3 *Malim* in *pro* et *ex T.* 4 Rebellarunt *addit O.* 5 *Rectius*, condixerunt, *ut in T.* 6 Burdices dicimus, *T.*

na-

nachali veniret, et altera in habitu Canonicali. Et præconizatum fuit, quod Monachi tenerent contra Canonicos Regulares. Celebrato tandem Haſtiludio, conſpiraverant eorum quidam, ut [1] et" Nundinas ſpoliarent. Die autem quodam quaſi in Veſperis, ut præordinaverant, appoſitus eſt ignis in tribus locis vel quatuor [2] in parvis tentoriis et logiis. Accenſo itaque igne, et aſcendente in altum per loca varia, exierunt, qui poterant, Mercatores, aſportantes ſecum precioſiora ſua. At illi falſi Religioſi, qui exitus viarum et Pontem Aquæ præoccupaverant, rapientes bona eorum, et plurimos trucidantes, oneraverunt naves ſuas, quæ ibi paratæ fuerant, et in obſcuro abierunt. Igniſque ſic accenſus devoravit majorem partem Nundinarum, et eccleſiam Prædicatorum eciam vorax flamma conſumpſit. Hujus ſceleris quaſi auctor extitit quidam Robertus Chamberleyn, Armiger ſtrenuiſſimus, qui convictus & confeſſus, cum ad ſuſpenſionis mortem duceretur ab ipſis Mercatoribus ejulando veniam poſtulavit. Noluit tamen indicare complices ſuos; ſed in domibus ejus, quas pulcras habebat in eadem Villa Sancti Botolfi, invenerunt plurima et precioſiora abſcondita ſub terra. A. D. 1288.

Frumenti billæ.

EODEM anno tanta extitit habundancia frugum, quod quarterium frumenti vendebatur pro XVI[d]. ſterlingorum, et in locis aliquibus pro XII[d]. ſed ſuperbiente populo [3] et ingraſſato, mutavit altiſſimus fortunam illam, ita quod in ſecundo anno ſequente, ſcilicet milleſimo CC°. nonageſimo, vendebatur quarte-

---

1 *Abeſt T.* 2 In primis tent. *T.* 3 Et ſic ingroſſato, *T.*

A. D. 1288. rium frumenti pro XII s. ſterling. et in locis aliquibus pro marca et ultra.

Eccleſia noſtra Giſeburn̄ combuſta.

A. D. 1289. ANNO Domini milleſimo CC°. octogeſimo IX°. XVII. Kal. Junii, et prima die Rogacionum, eccleſiam noſtram Giſeburn̄, cum libris Theologiæ multis, et precioſiſſimis IX Calicibus, Veſtimentis, ymaginibus ſumptuoſis, vorax flamma conſumpſit. Et quia præterita futuris dant formam negociis, iccirco infortunii caſum, ut hujuſmodi caſus inpoſterum declinetur, præſenti opuſculo duxi [1]inſerendum. Die enim prædicto, qui quidem erat ventoſus, et nobis malus, aſcendit plumbarius eccleſiam cum duobus garcionibus ſuis, ut foramina plumbi veteris de novo [2]ſtagno conſolidaret, ſicut per dies aliquot ex diſpoſicione mala jam dudum inceperat, appoſuitque patellas ſuas ferreas, cum carbonibus et igne, in ruderibus ſive gradibus excelſi operis ſuper ligna ſicca, tumbas aliquas, et cetera quæque cremabilia, et ex parte meridionali in Cruce corporis ipſius eccleſiæ, in qua erat ventus urens et perflans à meridie. Cumque manſiſſet ibidem uſque poſt Miſſam in opere ſuo, deſcendit tandem ante proceſſionem conventus, credens garcionibus ignem extinguendum. At illi cito poſt eum deſcenderunt, igne non plene extincto, reaccenſuſque eſt ignis in carbonibus, et partim ex calore ferri, partim ex ſperſione

---

1 Inſuperendum O. *ſed* michi ſcribendum *repoſuit Stillingfletus, minus recte quam alius, qui ad oram ejuſdem Codicis*, lege, inſerendum, *ſcripſit*; *quo modo ſane in ipſo Codice MS. Coll. Arm. diſertim legitur, pariter atque in Trin.* 2 *Id eſt*, ſtanno.

car-

carbonum, ſumpſit ſe ignis in inferiora ligna, et cetera quæque cremabilia. quo incepto reſolutum eſt plumbum, et accenſæ ſunt tabulæ ſuper tigna. deinde crevit in immenſum et conſumpſit omnia, et pro tanto dampno et jactura non modica ipſis fugientibus non plus conſecuti ſumus, [1] ubi vulgare verbum, [2] *quid potui* [3] *Oygħ?* unde ſucceſſores in poſterum ex noſtrâ negligencia diſcant, caucius ſibi providere. Eodem anno maritavit Rex duas filias ſuas, unam Johanni filio Ducis Brabanciæ, et alteram Gilberto de Clare, Comiti Glouceſtriæ. Terciam in anno ſequenti dedit Comiti de Barez. Alias filias Rex habuit, de quibus dicetur infra. A. D. 1289.

Judæi expulſi ſunt à Terra.

ANNO Domini milleſimo CC°. XC°. tenuit Rex Parliamentum ſuum Londoniis poſt Paſcham, ubi fecit Statuta Weſtmonaſterii tercia, et explanacionem ſuper Statutum, *Quo Waranto.* in quo quidem Parliamento conqueſti ſunt Magnates [4] Regi de malicia Judæorum et eorum perfidia, eo quod per uſuras varias et falſa ſcripta multos Magnatorum depauperaverant, et monetam corruperant in omni terra. Ordinatumque eſt per Regem et ſecretum Conſilium, quod certo die, infra horam primam et terciam, omnes Judæi in ſingulis Civitatibus caperentur, et deinde expellerentur à terra. Etenim omnes par zelus accenderat, arbitrantes, ſe grande obſequium præſtare Deo, ſi gentem, Chriſto rebellem, à Chriſti fidelibus abraderent, A. D. 1290.

---

1 *Lege*, niſi, *ex Trin. & margine* O. 2 *Sic. MS. C. Arm. & Trin. Sed in* O. quod *repoſuit Stillingfletus.* 3 Ego *in Trin. & margine* O. 4 Regis *T.*

A. D. 1290. factumque est ita, [1] quoniam omnes in una die capti sunt, et infra alium diem certum expulsi. Confiscataque sunt omnia bona eorum immobilia, cum [2] scarris et obligacionibus suis: reliqua vero mobilia, cum Argento et Auro, eos asportare permisit Rex, quod tamen displicuit multis, inter quos quidam Judæi Londonienses, nobiliores et diciores totius Civitatis, cum immensos haberent Thesauros, conduxerunt navem de Portubus magnam et excelsam, qua onerata, ascenderunt eam et abierunt. Cumque essent in descensu Themisiæ juxta mare, gratis anchoravit eam magister navis in mediis fluctibus. Cogitavit enim [3] intra se et condoluit, ne tantis forte diviciis spoliaretur terra. Decrescentibus tandem aquis, remansit ipsa navis super aridam, et ait Judæis: *Domini mei, jam gravati estis in aquis, et superventura sunt multo majora gravamina. Bonum est, quod mecum ascendatis spaciaturi in arida super arenam maris. Non enim venient aquæ magno spacio.* Adquieverunt ergo ei [4] gaudientes et exierunt. Ipse vero [5] aduxit eos, et à navi longius attraxit, quousque cognosceret mare iterum redundare debere. Advenientibus tandem fluctibus, præcucurrit ipse nauta, et navem cum corda ascendit. Judæi vero, lento pede sequentes, clamaverunt ad eum, ut salvi fierent. At ille: *Non* (inquit) *ad me, sed ad Prophetam vestrum Moysen clamate fortiter. Ipse enim eduxit Patres vestros per medium Maris Rubri, et potens est vos eripere de fluctibus istis, si velit.* Clamaverunt ergo ad Dominum et Moysen, nec exauditi sunt, quoniam absorbuit eos mare, et submersi sunt

---

1 Quod omnes *T.* 2 *Ita ut nulla earundem pars ad eosdem pertinere censeretur.* Scarræ *hîc idem quod* partes *sive* divisiones, *Anglice* shares. 3 Inter *T.* 4 *L.* gaudentes *cum T. & O.* 5 Adduxit *T.*

in

in mediis fluctibus. Ipse vero nauta reversus ad Regem, narravit ei omnia, et graciam promeruit et præmium. Pro hac autem expulsione Judæorum à terra, dedit communis populus [1] Regis XV. denarium, et totus Clerus [2] unam Decimam. A. D. 1290.

Obiit Regina.

EODEM anno obiit Regina Angliæ Alienora, et honorifice sepulta est apud Westmonasterium [3] Londō", in cujus memoriam specialem ipse Rex duas pulcherrimas Cruces [4] et' marmoreas Londō erexit, unam apud Charryng et alteram in Westchepe, singulis [5] diebusque Mercurii per annum continuum, ad quemcunque locum se diverteret, universis pauperibus, et aliis, recipere volentibus, singulis singulos denarios distribui fecit, et in fine anni certum assignavit redditum Monasterio Westmonasterii, sub condicione tali, quod die Obitus sui in perpetuum universis, accipere volentibus, singulos distribuant denarios cum Servicio speciali.

Civitas Tholomayda, i. Acra perditur.

ANNO Domini millesimo CC°. nonagesimo [6] quinto aggravata est manus Domini super terram [7] Ierosolitanam, et, secundum Jeremiam Prophetam, plaga inimici percussit castigacione crudeli. Civitas enim Tholomensis, quæ et Acra communiter dicitur, A. D. 1291.

---

1 *Malim*, Regi, *cum T.* 2 Decimum denarium *T.* 3 *Deest T.* 4 *Omittit T.* 5 *Deest* que *in T.* 6 *Lege*, primo, *cum T. & Trin.* 7 Ierosolomitanam *T.*

proth

A. D. 1291. proth dolor! incidit in manus gentis prophanæ et immundæ. ſpurciſſima gens eam occupavit, et, abraſis Chriſtianæ Religionis inſignibus, immundiſſimæ ſectæ ſuæ ſacrilegiis prophanavit. Hujus autem miſerabilis et famoſi exterminii cauſam fuiſſe peccata, plus ſolito inundancia, nemo debet ambigere. Erant enim noſtri in Civitate illa ſancta non, ut olim, viri Sancti et Religioſi, ex omni nacione quæ ſub Cœlo eſt, ſed ex omni gente Chriſtiana fatuoſi, luxurioſi, ebrioſi, mimi et hiſtriones. hoc omne genus in Civitatem illam ſanctam, tanquam in ſentinam quandam, confluxerat, eamque obſcœnis moribus et actibus inquinabant. Iſtas ergo prædictas credimus eſſe offenſionis cauſas Dei, perdicionis vero ſequentis primos motus eſſe tales. Papa quidem Nicholaus quartus, Orientalis Eccleſiæ zelum habens, pro Chriſto crucifixo in augmentum Chriſtiani exercitus miſit apud Acram XV. milia hominum, propriis ſuis ſtipendiis militaturos. Qui cum ibidem facerent moram prolixiorem, deficientibus tandem neceſſariis, contigit eoſdem multum egere, et pauperem ducere vitam murmurantes contra eorum præpoſitos, et juſſi ſunt aut repatriare, aut ſibimet ipſis in neceſſariis providere. Qui, oportunitate [1] captata, ſpoliaverunt mercatores Saracenorum et Soldani, in pace et treuga communi mercantes ibidem [2] trucidantes aliquos, et contradictores ex toto perimèntes". Quod cum Soldano eſſet nunciatum, miſſis Nunciis ad Templarios et [3] Hoſpitulares ceteroſque Chriſtianos prædictæ Urbis, peciit in hoc facto ſibi et ſuis juſticiam exhiberi, auctoreſque facti, abſque omni reclamacione, plectendos ſibi mitti. Quod cum Chriſtianis durum

1 Capta, *T.* 2 Trucidantes & perimentes *T.* 3 Hoſpitularios *T.*

vi-

videretur, licet instarent Templarii, ut ejus voto pareretur, Nuncios quasi infecto negocio remiserunt vacuos. Præsumebant namque Christiani de se ponentes [1] carnem brachium suum, et confidentes in homine, qui cum multis ibidem paulo ante advenerat, Domino scilicet Othone de Grandi-sono. Qui cum Thesauris Regis Angliæ ibidem missus, ut viam pararet ante faciem ejus (habuit enim in proposito Rex in terram [2] dictam proficisci) durante diu [3] subsidione hostium, cum eisdem Thesauris in Cyprum fugiens, mutato cognomine in congressu militari parvum fecit sonum. Soldanus autem, Christianorum sanguinem siciens, et in vindictam suorum fremens, congregato exercitu inmenso, jussit, ut nullus sui potens excusatus remaneret. Cumque terribilibus suis copiis versus Acram tenderet, Christiani exterriti, missis et remissis ad eum Nunciis, ejus animi motum muneribus placare probarunt, et quia accensus furor extingui non poterat, tandem optulerunt ei Civitatem ab eo retinere velle sub tributo; sed non adquievit illis, quin pocius Civitati applicans, eandem fortiter expugnavit diebus circiter XL. Tantaque extitit pugnancium copia certis vicibus mutancium, et expugnancium nocte dieque, quod, repletis fossatis humo et lapidibus, viam sibi planam aggrediendi fecerunt, nec erat [4] vix qui in muris resisteret, præ multitudine telorum et quadrellorum. Et licet ex parte feminarum de vita quam utique vitam malam dicimus et execrabilem, (erant enim, ut dicebatur, in numero meretricio plusquam XIIII milia mulierum numeratarum) essent [5] duabus retaciati, tercia tamen vice

A. D. 1291.

---

1 Carnem et br. *T.* 2 Sanctam prof. *T.* 3 *Potius*, obsidione, *cum T.* 4 Vir *T.* 5 Duabus vicibus retaciati *Trin.* Bis repulsi, *T.* *Hinc discas, sicut* attaciare *non aliud esse atque* ag-

A. D. 1291. ibidem ingreſſi ſunt VII die Junii, fugientibus, qui poterant, per mare in Cyprum, corrueruntque multi in illa die, inter quos et Magiſter Miliciæ Templi occiſus eſt. Sedatoque furore poſt biduum, placatus eſt in parte Soldanus optenta victoria. Et cum deliberaret, quid de Chriſtianis reſiduis [1] eſſet, ſui execrabiles populi loca ſacrata et eccleſias Deo dedicatas adulteriis et ſtupris prophanaverunt, videnteſque Chriſtiani, cum uxoribus et filiabus talia perpetrari, comunicato conſilio et reaſſumpto ſpiritu portas clauſerunt Civitatis, et armis aſſumptis cum viribus circiter V. millia Thurcorum, qui infra muros extiterant, peremerunt, continuo ſe credentes mari cum ſcaphis et navibus reſiduis. Quo cognito, Soldanus iterum accenſus in Civitatem irruit, et eam quaſi in nichilum redigens, quos invenire poterat peremit. Qui tandem rumor cum Domini Papæ intima cordis profunda penetraſſet, miſſis [2] & univerſa Regna ſuis epiſtolis, quæſivit, quomodo Terra Sancta poſſet recuperata conſervari. In ſingulis autem Metropolitanis Eccleſiis factum eſt ſuper hoc

---

aggredi, adoriri, invadere, in aliquem immittere, *quod faciunt* attachiatores, *ita excontrario* retaciare *idem eſſe quod* refugere & ab attachiatoribus pedes retrahere. *Adeo ut* repulſi *pro interpretamento habuerim, interpolatori adſcribendo, qui non tantum hinc inde permulta, ex aliis deſumpta auctoribus, addiderit atque inſerſerit, ſed & ipſius Hemingfordii verba ad arbitrium permutaverit. Non eſt tamen, quod vocem vel* attaciare *vel* retaciare *ſpernas, quum dubio procul à* Taſcia, tributum *denotante, originem ſumpſerit. Itaque antiquitus, ſicuti qui* denarios tributi (taſcias *vocatos*) *lubenter ſolvebant* taciati *ſive* attaciati *dicebantur, ita & illi, qui ejuſmodi denarios ſolvere nolebant,* retaciatos *appellabant.* 1 *Adde,* faciendum, *cum T.* 2 *L.* ad. *atque ita repoſuit in* O. *cl. Stillingfletus. Sed* per *in Trin.*

Con-

Concilium ſpeciale, videntibus quibuſdam et conſulentibus, quod extinctum in Eccleſia Domini luminare minus (per quod intelligitur *Imperator*) reaccenderetur de novo, et fieret Imperator, qui poſſet prœliari prœlia Dei. Conceſſit eciam Papa Regi Angliæ decimam tocius Eccleſiæ [1] Anglicanæ, Scociæ et Hiberniæ, ſecundum verum valorem omnium proventuum per ſex annos continuos percipiendam, ſcribens Epiſcopis ſubſcriptis in hæc verba: A. D. 1291.

Nicholaus Epiſcopus, Servus &c. *Venerabilibus fratribus Wyntonienſi et Lincolnienſi Epiſcopis, Salutem et Apoſtolicam benediccionem. Non abſque læticiæ multæ materia, non abſque cauſa grandis exultacionis in Domino intra mentis ſecreta revolvimus, et aliis publicamus, quod ille Rex, in cujus manu Regum corda conſiſtunt, Kariſſimi in Chriſto filii noſtri Edwardi, Regis Angliæ Illuſtris, benigne cor tetigit, et ſic ad ſubveniendum perſonaliter innumeris neceſſitatibus Terræ Sanctæ ipſius accendit aſpectum, quod ejuſdem Terræ negocium in propria perſona et Regali potencia proſequendum, tanquam Princeps Catholicus, tanquam Princeps ſtrenuiſſimus, aſſumpſit, tranſſretaturus, Deo auſpice, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Domini milleſimo* CC°. *nonageſimo tercio, quod tam* [2] *ſibi, quam aliis Cruce ſignatis et Cruce ſignandis ad generale paſſagium, de Fratrum noſtrorum conſilio terminum duximus* [3] *præſignendum; et quia ad* [4] *perfeccionem tam arduam honeroſi negocii non eſt dubium, quin oportet multa requiri et magnæ ſubvencionis indigere: ideo decimam omnium Eccleſiaſticorum reddituum, proven-*

---

1 Angliæ, *T.* 2 *Neſcio an* tibi. *Hîc nihil ſubſidii ex T. in quo deſiderantur Epiſtolæ.* Sibi *autem in Trin. in quo &* quare *pro* quod. 3 *L.* præſignandum, *quo modo in* O. *correxit Stillingfletus. Sed* præfigendum *in Trin.* 4 Profectionem O. *minus recte.*

A. D. 1291. *tuum et obvencionum dicti Regni Angliæ, juxta veram eorum æſtimacionem, præfato Regi, de ipſorum Fratrum Conſilio, conceſſimus per ſex annos, à Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ venturos proxime ſubſequenti* &c. Facta fuit igitur taxacio nova per ſupradictos Epiſcopos Wyntonienſem et Lincolnienſem eodem anno, et licet eiſdem Epiſcopis per Papam eſſet injunctum, quod eadem decima in Monaſteriis recondita maneret, quouſque idem Rex in ſuo itinere verſus Orientem mare magnum eſſet ingreſſus, et tunc primo ſolveretur ei; idem tamen Rex ex proprio facto decimam trium annorum in Monaſteriis collectam ab ipſis Collectoribus exegit, et violenter quidem et potenter, nec tamen profectus eſt, nec promiſſa tenuit.

Lamentacio Papæ ſuper hac perdicione.

NICHOLAUS &c. *Dirum amaritudinis Calicem, nuper nobis de Siriæ partibus propinatum, non* [1] *finem lacrimarum profluvio deguſtantes, in* [2] *auara nimis et triſtia valde prorumpere cogimur, voceſque depromere lugubres, et vehementem, quem ſentimus intrinſecus, quo durius perturbamur, in intimis revelare ac inſinuare dolorem. Quamvis forſitan præſentis paginæ curſum greſſus celerior præcurrentis famæ prævenerit, et jam minoris præloquentis affatibus ad notitiam veſtram pervenerit, quod noſtrarum lingua præloquitur litterarum.* [3] *Cepe quidem illa Orientalis plaga profundas Eccleſiæ plagas impoſuit, cepe illam poculis amaritavit abſinthii, cepe felleo cibo pavit, ſauciavit vulneribus, et* [4] *Turbonis valide acerrima punctura confodit: at nunc ei ama-*

---

1 *L.* fine, *cum Trin.* 2 *L.* amara, *cum Trin.* 3 *L. ex Trin.* ſæpe, *tam hîc, quam & mox infra.* 4 *F.* turbinis validi. *Sed* turbationis valde *in Trin.*

riſſi-

riſſimæ pocionis huberimos hauſtus intulit, nunc illam mœroris immenſi ferculo copioſo replevit, eamque furoris feralibus gladiis crudeliſſimis pupugit. Quin pocius ad ejus uſque [1] *ad" interiora pervenit.* [2] *Superfundimus illato calici acrem fletum, et tam amaro potui et tam acerbo inundantem Lacrimarum pluviam immiſcuimus. Audivimus etenim, mœſtiſque relatibus aperitur, quod diebus proximo jam tranſactis aucta* [3] *quam plurimi Babilonici* [4] *proſecutoris* [5] *unanimitas, Chriſtianum ſanguinem ſicientis, et in Chriſtianitatis exterminium aſpirantis extremum, ſuæ nephandæ potenciæ viribus (innumera videlicet multitudine armatorum,* [6] *machinis" plurimis, et aliis inſtrumentis bellicis) congregatis contra Civitatem Aconenſem, (pro cujus tuicione continuanda, ſicut veſtram non credimus latere noticiam, prædicta Eccleſia labores plures, curas innumeras, et gravia onera pertulit expenſarum ſaltem, ut expectare ſufficeret paſſagii generalis adventum in galeis aliiſque vaſis maritimis, copia bellatorum et eciam pecuniarum ſummis ſubveniendo ſollicite, prout ſuggeſſit exinde nunciata neceſſitas, et ſeries ſuper hoc oblatæ pluries peticionis exegit) in ira ſpirituque furoris procedens, hoſtiliter Civitatem ipſam, multo revera populo præditam,* [7] *multæ nobilitatis titulis inſignitam, et bonorum affluencia opulentam, (quæ univerſis Chriſticolis, tranſitum ad partes illas habentibus, potiſſimum et principale refugium exiſtebat) obſedit, eam anguſtans* [8] *apcius. at ipſam non modicam fidelium copiam, tunc inibi morancium, ſic injuſtis et invalidis* [9] *impugnantibus Machinarum, ictibuſque Miſſilium, modiſque*

A. D. 1291.

---

1 *Dele cum Tr.* 2 Superfundimus itaque illato *Tr.* 3 *L.* quamplurimum, *cum Trin.* 4 *L.* perſecutoris, *cum Trin.* 5 vnaitas *MS. quod* unanimitas (*quo modo plane in* O.) *valet. Lege tamen cum Tr.* immanitas. 6 *Bis occurrit in MS.* 7 Multis *forſitan malis.* 8 *L.* arctius. ac *&c. cum Tr.* 9 *L.* impugnationibus, *cum Tr.*

A. D. 1291. *aliis bellicis per non modici temporis ſpacium die* [1] *ictuque inſultibus violentis impeciit, cuntiſque conatibus indeſinenter oppreſſit, quod eam tandem, incolarum ipſius et ceterorum tunc ibidem præſencium viribus ſuperatis, in arcu et pharetra furientibus gladiis comprehendit. In cujus tam ſiniſtri, tam flebilis, tamque doloroſi eventus articulo, cum Religionum, Chriſto militancium, fratres aliique quam plurimi armis accincti (Viri quippe ſtrenui, athletæ Domini et propugnatores electi, pro defenſione Civitatis ejuſdem interius vigilantes) tolerare diucius irruencium undique ac* [2] *inſilencium Agarenorum terribiles impetus et aggreſſiones nepharias non* [3] *valent, demum, poſt nephandum fidelium multorum excidium, poſt capcionem miſerabilem plurimorum (ut ceteros, quos in terra marique ſæviens trucidabat gladius, furor devorabat, hoſtilis manuſque inimica necabat, quoſque, præ magnitudine timoris, attonitos, et in deſperacionis anguſtia conſtitutos, et incertis et ambiguis paſſibus, ut à necis eruerentur excidio, fluctus fugientes obduxit æquoreus, ſilencio* [4] *reliquamus) Civitatem prædictam, quod non abſque amaritudine copioſa referimus, et profundius ſeduliſſimis ſuſpiriis recenſemus, auſu dampnabili occuparunt, illam flammis voracibus exponentes. Cum igitur ad recuperacionem celerem dictæ terræ, prout ejus urgentißima neceſſitas exigit, ferventibus ſtudiis intendamus, vias et modos diverſos et varios per nos et alios ſolicicius exquirentes, ut, juxta deſiderii noſtri fervorem, terra ipſa recuperari valeat, et recuperata in poſterum conſervari, univerſitatem veſtram* [5] *monens et rog̃ attente, ut concil̃* &c.

---

1 *L.* noctuque, *cum Tr.* 2 Inſiliencium *emendavit cl. Stillingfletus in* O. *Neque aliter Tr.* 3 Valerent *Tr. Malim*, valentes. 4 *L. cum Tr.* relinquamus. 5 *F.* monemus & rogamus.

Quo-

A. D. 1291.

Quomodo Dominium [1] *Regnum Scociæ conceſſum eſt Regi Angliæ.*

EODEM anno, ſcilicet milleſimo CC°. XCI°. examinata ſunt ſubſequencia quædam, ad declaracionem quorum prænotanda ſunt iſta. Anno Domini milleſimo CC°. LI°. et Regni Regis H. Patris Edwardi XXXVI°. Alexander, Rex Scociæ, Margaretam, filiam Regis H. duxit in uxorem ſollempniter, ſororem ſcilicet Edwardi, factaque eſt ipſa ſollempnitas apud Eborum in feſto Nativitatis Dominicæ. Proceſſu vero temporis procreavit idem Alexander ex Uxore ſua prædicta filium et filiam. Filium quidem paterno nomine nominatum, et filiam materno nomine nominatam. Filius vero in adulta ætate in vita ipſius patris immatura morte præventus deceſſit. Filia quidem proceſſu temporis Regi Noreway in uxorem tradita eſt. Mortua tandem Regina Scociæ Margareta, idem Rex novam ſibi nuptam matrimonio copulavit, filiam ſcilicet Comitis Flandriæ, non tamen ex ea ſuſcepit ſobolem. Sed cum jam annis multis in multa mundi proſperitate regnaſſet, neſcio quo tandem ductus ſpiritu, nocte quadam et obſcura valde novam ſuam ſponſam, ab eo per pauca miliaria diſtantem, inviſere properavit, ſacro quidem et Quadrageſimali tempore. Cumque in profundo noctis tempore cum paucis familiaribus ſuis graderetur, contigit, equo ceſpitante, aſſeſſorem quidem in terram allidi, et fracto (ut dicitur) collo, continuo expiravit. Quo mortuo, et ſepulturæ tradito, cum de ſucceſſione Regni conveniretur, non ap-

1 *L.* regni.

pa-

A. D. 1291. paruit heres proximior puellula illa, filia Regis Norway, quam ex Uxore ſua, filia prædicti Regis Scociæ, procreavit ſolam. Verum quia nepta [1]ſinu cognata erat Regis Edwardi, miſerunt ad eum in Vaſconiam, eo quod tunc temporis moram ibidem faciebat triennalem, Magnates Regni Scociæ, ipſius conſilium atque favorem expetentes. Qui, ſucceſſionem Regni Scociæ prædictæ puellulæ pronepti ſuæ jure hereditario competere videns, admonendo conſuluit, ut de nobilioribus et ſapiencioribus terræ illius eligerentur quatuor Cuſtodes, qui ſummam pacem et Leges terræ cuſtodientes, res et redditus Regales in [2]arrario Regni Scociæ reconderent, ad uſum et utilitatem prædictæ heredis et ſuæ proneptis. quod et factum eſt per annos aliquot prudenter quidem et fideliter. Rex autem Edwardus, dum, poſt tempus aliquod, reverteretur ad propria, miſſis nunciis ad Regem Norwaye, eandem filiam in ſpe Succeſſionis magnifice accerſivit. Quæ cum eſſet tenera, et in profunda maris æquora veheretur, infirmata eſt, inundantis ferre non valens pericula maris. Cumque in inſulam Orcadum eſſet adducta, in ſpe recuperandæ ſanitatis, ingraveſcente infirmitate, ibidem tandem defuncta eſt. Mortua autem prædicta puella, diviſum eſt continuo conſilium Regni Scociæ. Pars enim Magnatorum quaſi media favebat Johanni de Balliolo, Domino de Galeway, pars vero reliqua favebat Roberto de Bruys, Domino Vallis Anandiæ. Unde Cuſtodes prædicti, præcavere volentes, ne forte ſedicio [3]caretur in populo, de conſilio Magna-

---

1 *L.* ſive, *cum Tr. Vox autem iſta penitus deeſt in T. In O. etiam (neſcio qua de cauſſa) delevit cl. Stillingfletus.* 2 *Pro,* ærario, *quo modo plane legitur in Tr.* 3 *L. cum Tr.* oriretur, *quo modo etiam in O. correxit cl. Stillingfl.*

to-

torum Regni Scociæ miſerunt ad Regem Angliæ, ut in tanto dubio ejus conſilio fruerentur. qui remiſſis Nunciis ſuis, Epiſcopis ſcilicet Dunolmiæ et Karleoli, cum Domino Johanne de Veſcy, verbis pacificis et ſuaſoriis exhortatus eſt eos, ut Ordinacioni ſuæ, quantum ad ſucceſſionem Regni Scociæ ordinandam, ſe ſponte ſubponerent. Qui convocato Parliamento, et communicato communi conſilio [1]ordinacionique, omnes quaſi Magnates Litteratorie ſubmiſerunt, unde prædictus Rex, convocatis Magnatibus ſuis et Clero, tenuit Parliamentum ſuum apud Norham, quaſi in [2]confinito utriuſque Regni, in Quindena Paſchæ, anno Domini milleſimo CC°. nonageſimo primo, et Regni ſui XIX°. In quo quidem loco convenerunt Clerici ex condictu Regis experti in jure Civili et Canonico, Religioſi multi cum Chronicis ſuis, ſicut apparet in quatuor Foliis ſequentibus et interpoſitis, Epiſcopi plures cum Eborum Archiepiſcopo, tractaturi finaliter de Capitali Dominio Regni Scociæ, eo quod idem Rex dicebat, ſe, ſicut et Prædeceſſores ſui jam diu extiterant, eſſe et eſſe debere Regem et Regni Scociæ Dominum Capitalem. Qui retroacta tempora diligenter examinantes, et ſingillatim et ſeorſum requiſiti, in conſcienciis ſuis dixerunt omnes, quod ſupremum Dominium Regni Scociæ pertineret ad Regem Angliæ, niſi aliquid haberetur contrarium, per quod [3]excluderentur, à Cronicis extracta. Unde dictus Rex Edwardus, convocatis coram ſe Prælatis et Proceribus Regni Scociæ in A. D. 1291.

---

1 *Conjeceram* ordinacioneque, *donec in Tr. legi viderim*, & communicato communi conſilio, ſe ejus conſilio ordinationique omnes quaſi Magnates literatorie ſubmiſerunt. 2 *L.* confinio *cum T. & Tr.* 3 *F.* excluderetur, à Cronicis extractum. *T. non variat. Neque Tr.*

Ec-

A. D. 1291. Ecclesia Parochiali de Norham VI. Idus Maii anno supradicto, scilicet millesimo CC°. nonagesimo primo, subscriptam Peticionem per quemdam suum Militem Rogerum Brabason proposuit in hæc verba. *Cum in Libro Sapienciæ hiis, qui præsunt, primum et principale datum sit præceptum, ut diligant justiciam, qui judicant terram, et, secundum Apostolicam doctrinam, hujus justiciæ fructus in pace seminatur, quæ est tranquillitas ordinis, quo pares et impares locis sibi congruentibus disponantur, et apud mortales nichil pace desiderabilius concupisci,* [1] *nichil jocundius valeat:* [2] *Piri illustris Dominus Rex noster, paterno principatu hiis consulens, quibus eum prætulit Princeps pacis, cujus* [3] *imperium ejus, ut videlicet benigna pietate subditos subportet,* [4] *more reprobi Saulis, ab humeris et supra populo præminentis, et eundem populum tirannice opprimentis, hanc pacem perturbari conspiciens in Regno Scociæ per mortem Regis Alexandri, et prolis suæ, quæ propinqua erat Domino Regi nostro, quod displicet multum ei, pro justicia omnibus facienda, qui in hereditate Regni Scociæ aliquid de jure vendicare possint, et pro pace confirmanda in populo dictæ terræ, Vos, Magnates, rogavit huc venire, et ipsemet de longinquis partibus personaliter huc accessit, ut per superiorem Dominacionem, quæ sua est, omnibus justiciam faciat, et omnia impedimenta auferat, quæ pacem dicti Regni possunt perturbare, nec intendit quicquam indebite usurpare, seu justiciam differre cujusquam, vel libertatis impedire seu minuere, sed omnibus justiciam exhibere, sicut* [5] *Deus supremus. Et ut istud nego-*

---

1 Vel joc. *T.* 2 *L.* vir, *quo modo sane emendatur in* O. *Vox hæc omittitur in T. & Tr.* 3 Imperium super humerum ejus, ut videlicet *T. & Tr.* 4 *L.* non more *cum T. & Tr. Neque aliter cl. Stillingfletus emendavit ad oram* O. 5 *Repone*, Dominus, *cum T. & Tr. Atque ita etiam cl. Stillingfl. in margine* O.

cium

cium ad finem debitum poſsit deduci, petit Dominus noſter Rex veſtrum benignum in recognicione ſuperioris Dominii [1] *reſponſum, et vult operari, de conſilio veſtro, ad juſticiam* [2] *proficiendam et ſervandam.* Iſta Peticio [3] præpoſita fuit in Gallico per prædictum Militem, in præſencia Regis et [4] ingratuum utriuſque Regni, et eam præordinaverat Frater Willelmus de [5] Hothom̄, tunc Prior [6] Principalis Fratrum Prædicatorum Angliæ. recitatique erant Articuli, à Cronicis, Privilegiis et aliis litteris Papalibus et Regalibus extracti, quomodo Reges Scotorum Regibus Anglorum homagia fecerant, et eos vocaverant Dominos ſuos, datuſque eſt dies brevis ad conſulendum et reſpondendum. Cumque in conſulendo ſe difficiles exhiberent, atteſtavit Rex per Sanctum Edwardum, quod [7] prius Regni ſui et Coronæ Sancti Edwardi, cujus ipſe ſolummodo Conſervator extiterat, vel habere [8] debet, vel illud proſequendo ad mortem ibidem occumberet. convocaverat enim Anglicanam Miliciam, ut ſuam Peticionem, ſi eam forte fruſtrando negarent, magnifice declarando proſequeretur ad mortem. At illi Magnates, qui circa ſucceſſionem Regni Scociæ diſceptabant, jus Regis Angliæ luce clarius declaratum negare non valentes, prædictum Dominium eidem conceſſerunt per ſcriptum, in hæc verba conceptum. A. D. 1291.

Compromiſerunt petentes in Regem.

A Toutz, qi ceſte Lettre verront, ou orront. Florence, Counte de Heyland, Robertus de Bruys Seignr. du

---

1 Aſſenſum *pro* reſponſum *in T. & Tr.* 2 *Potius*, perficiendam *cum T. & Tr.* 3 *Rectius* propoſita, *ut in T. & Tr.* 4 *L.* Magnatorum *cum T. & Tr.* 5 Hotom̄, *T.* 6 Provincialis *T.* 7 *L.* jus *cum T.* 8 *Malim*, deberet, *cum T. & Tr.*

A. D. 1291. *Vale Danannd, Johan de Bayllol Seignr. de Gawaye, Johan de Haſtynges Segnr. de Bergeuayn, Johan Comyn Segnr. de Badenaugh, Patrik de Dunbar Counte de la Marche, Johon de Veſcy pur ſun pere, Nichus de Soules et William de Ros, Salutz en Dieu. Come nous entendons auer dreit en la Reaume deſcoce, et cel dreit muſtrer, chalenger, auerrere deuaunt celi, qe plus de poer Juriſdiccion et reſun eſt de terre nôtre dreit et le noble Prince Sir Edward, par la grace* [1] *Dieu Roy D' engleterre, nous eit enformez par bones et ſufficiſauntz reſuns, qe a lui apent et auer* [2] *dit la Soverein Segnurie du dit Reaume Deſcoce, et la conuſſaunce de oyer, triere et terminer nôtre dreit, nus, de nôtre propre volunte, ſaunz nul maner de force ou deſtreſce, volums, aſſentons et grantoms de reſceyuer dreit deuaunt lui cum Souereyn Seignr. de la Terre. Et volons, ialemeyns et promettoms, qe nous auerons* [3] *ferme eſtable ſun fet e qe celuy emportera le Reaume, a qi dreit le durra deuaunt lui. En teſmoigne de ceſt choſe, nous auons mys noz ſeals a ceſt eſcript, fet et done a Norham le Mardy prochein apres la Aſcenſioun lan de grace mil CC. nonaunt et primer.* Conceſſo itaque Dominio, et ſubmiſſione facta, quod ipſius arbitrio ſubſtarent, peciit Rex cuſtodiam Caſtrorum et terræ tocius illius, ut et jus ſuum per ſayſynam pacificam probaretur, et ipſi celeriorem juſticiam conſequerentur. At illi prædicti nominati, de ipſius juſticia et fide confidentes, tale ſcriptum conceſſerunt.

A touz ceaux, qi ceſte Lettre verrount ou orront, Florence &c. (prænominati in prædicta alia Littera) *Saluz en Dieu. Come nous eions otriee et graunte, de noſtre bone volunte, comine aſſent, ſaunz nul deſtreſce, a Noble Prince*

---

1 *Sic MS.* De Dieu O. *Gallica hæcce omnia deſunt in T. & Tr.* 2 Deit O. *in marg.* 3 Ferme e eſtable *legit cl. Stillingfl. ad oram Codicis* O.

ſir

ſir Edwarde, par la grace de Dieu Roy D' engleterre, qe il cum Sovereigne Seignr. de la Terre Deſcoce poes oyer, trier et terminer, noz chalenges et noz demandez, qe nous entendons muſtrer et auerrer pur noſtre dreit en la Reaume Deſcoce, e dreit reſceyuer deuaunt lui com Soverein Segnr. de la Terre, promettauntz ialemeyns, qe ſun fet aueroms ferme e eſtable, et qe celui emportera la Reaume Deſcoce, a qi dreit le durra denaunt lui, Mes pur ceo qe lauaundit Roy Dengleterre ne poet tell maner de conuſſaunce fer, ne acomplier ſaunz Jugement ne deit eſtre ſaunz execucion̄, et execucion̄ ne poet il fere denement ſaunz la poſſeſsion et ſeiſine de meſme la terre, e des edes caſteus, nous uolons, orreins et grauntoums, qe il com Soverein Seignr. a parfere lez choſes auantditz eit la ſeiſine de tout la terre, et des chaſteals Deſcoce, tanck dreit ſeit fet e preſornye as demandantz en tien maner, qe auant ceo qe il eit la ſeiſine auantdit face bone ſuretie et ſuffiſaunt as demandantz, et as Gardeins, et a la comune de Reaime Deſcoce a fere la reverſione de meſme la Realme, et des chaſtels od tote la reautie, Dignite, Seignrie, Franchiſes, cuſtoms, dreiturels, Leyes, Vſages et poſſeſsions, et totes maners de altres tenauntz en meſme Leſtat, qi il eſtoyent kaunt la ſeiſine lui fuiſt baillee e lyure a ceſti, qi le dreit emportera per Jug' de la reautie ſauf an Roy Dengleterre le homage de celui, qe ſerra Rex Iſſint ſoit fet de la reverſion̄ dedeinz les dens Mys apres le iour qe le dreit ſerra triee et afferme. Et qe les iſſues de meſme la en le mene temps reſceus ſoyent ſaunement mys en depoſe et bien gardee par la mayn̄ le Chamberleyn Deſcoce, qe ore eſt e de celui qi ſerra aſsigne a lui de part le Rey Dengleterre, et de ſouz lour Seals ſaune reſnable ſuſtenance de la Terre et dez chaſteaus et des munſtres de Reaume. En teſmoigne de ceſtes choſes anaunditz nous auons mis noz Seals a ceſt eſcript, fet et don̄ a Norham Meskerdy apres

A. D. 1291.

A. D. 1291. *Laſſenſion̄ lan de Grace MCC nonaunt & primer.* Has autem prædictas duas Litteras miſit Dominus Rex ex præfato ſub ſuo Sigillo privato ad diverſa Monaſteria, ut in Cronicis ponerentur ad perpetuam rei geſtæ memoriam. Dat. apud Weſtmonaſterium IX°. die Julii, anno Regni ſui XIX°.

Arbitracio ſuper eodem Regno Scociæ.

HIIS itaque geſtis, et Ordinato Regno, poſitiſque Cuſtodibus ſuis in Caſtris & Villis, reverſus eſt ad partes Auſtrales Rex, ſtatuens eis ſuæ reverſionis terminum in Feſto Omnium Sanctorum anni ſequentis, in quo quidem termino reverſus ordinavit, ut de Regno Scociæ eligerentur L. arbitri, Viri diſcreti et Lege ſcientes, quibus electis aſſociavit eis Rex Angliæ XXX^ta^. viros electos, præcipiens univerſis, in fide præſtiti Sacramenti, ut, Deum habentes præ oculis, vota petencium ponderarent, et debito fine clauderent negocium ſucceſſionis [1] prædictum. Secedentes, ut in mandatis habuerant, omnium, qui in Regno Scociæ jus vel clamium vendicabant, audiebant vota, et peticiones ſingulorum, et, abſolutis petentibus quaſi univerſis, in fine perventum eſt ad Johannem de Balliolo et Robertum de Bruys, quorum Peticio ſic brevibus declaratur. Cum enim Sanguis Regius proximior non appareret, tandem habitus eſt recurſus ad David, quondam Comitem Huntingdoniæ et Fratrem Willelmi quondam Regis Scociæ, qui temporibus Henrici ſecundi regnavit in Scocia. Hic David cum tres haberet filias, primogenitam dedit Johanni de Balliolo, me-

A. D. 1292.

---

1 Prædictæ *T.*

diam

diam Domino de Brus, et ultimam Domino de Haſtinges, ex quarum ſanguine prædicti Johannes et Robertus cum Johanne de Haſtinges ſucceſſionem Regni vendicabant. Verum quia Regnum debet nunquam dividi, et, ut à quibuſdam dicebatur, [1] proximior Regio ſanguini debeatur; prædictus Robertus de Bruys, licet de ſecunda ſorore exiſſet, tamen in eo, quod ſanguini proximior in uno erat gradu, peciit, ſe, tanquam ſanguini proximiorem, ad Regni ſucceſſionem admitti. Prædicti tamen arbitri, racionem non admittentes, prædicto Johanni de Balliolo, tanquam è primogenita exeunti, ſucceſſionem Regni Scociæ adjudicarunt. Rex vero noſter, eorum amplectendo arbitrium, eidem Johanni Regnum Scociæ cum omni integritate reſtituit, ſalvo ſibi homagio ſuo et fidelitate pro tempore faciendi. Die vero Sancti Andreæ Apoſtoli, idem Johannes de Balliolo effectus eſt Rex Scociæ, more Scotorum qui ſequitur. Apud Monaſterium de Scone poſitus erat lapis pergrandis in Eccleſia Dei juxta majus altare, concavus quidem, ad modum rotundæ cathedræ confectus, in quo futuri Reges, loco quaſi Coronacionis, ponebantur ex more. et hujuſmodi novi Regis depoſicio ad Comitem de Fyf jure hereditario pertinebat, [2] facto in juramento, quod ſanctam Matrem Eccleſiam populumque ſibi ſubjectum juſte regendo defenderet, Legeſque bonas conderet, uſitataſque et inventas uſque ad mortem continuaret. Rege itaque novo in lapide poſito, Miſſarum ſollempnia incepta peraguntur, et, præterquam in elevacione ſacri Dominici corporis, ſemper lapidatus manſit. Die autem beati

A. D. 1292.

1 Proximiori *emendavit cl. Stillingfl. in* O. *Neque aliter in T. & Tr.* 2 Facto tum juramento, *T.* Facto tandem juramento, *Tr.*

Pro-

A. D. 1292. Prothomartiris Stephani, idem Rex Scotorum homagium fecit Regi noſtro apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, anno Domini milleſimo CC°. nonageſimo ſecundo, reſtituitque ei Rex noſter omnia ſua jura integra et illæſa, cum omnibus caſtris ſuis, et ſic reverſus eſt ad partes Auſtrales.

Obiit Papa Nicholaus.

ANNO Domini M°.CC°. nonageſimo ſecundo, die Paraſceues, obiit Papa Nicholaus quartus, vacavitque ſedes fere per II annos, et electus eſt tandem Cæleſtinus quintus, qui primo fuerat Heremita, & menſe Junii conſecratur anno Domini M°. CC°. nonageſimo IIII^to^. qui cum eſſet homo ſimplex, et ex ſua ſimplicitate multa et quaſi inaudita conceſſit; qui tandem, pœnitencia ductus, eo quod tanto oneri non eſſet diſpoſitus, ceſſit Papatui et honori in Feſto Sanctæ Luciæ Virginis eodem anno, et ſtatim in Vigilia Nathalis Domini Bonifacius Octavus ad culmen Apoſtolatus electus eſt, et menſe Januarii [1] Baſilicam Principis Apoſtolorum honorifice conſecratus.

Obiit Radulphus, Carliolenſis Epiſcopus.

EODEM anno, ſcilicet milleſimo CC°. nonageſimo ſecundo, ultimo die Februarii, obiit bonæ memoriæ Radulphus Karleolenſis Epiſcopus, quondam Prior noſter de Gisburn̄, et in eadem Karleolenſi Eccleſia ſepultus. In ſequenti vero Feſto Sancti Dunſtani Archiepiſcopi, tota Civitas Karleolenſis horri-

---

1 *L. cum Tr.* apud Baſilicam. *Hîc loci multa omittit T.*

bi-

bili incendio concremata est et combusta, cum tota Abbathia, et universis Domibus Fratrum Minorum et Ecclesiis, solique Prædicatores salvati sunt, sed cum difficultate maxima. Nocte enim evenit ignis, et irruente vento maximo, non erat quod resistere posset. Contigit autem sic casus ille nephandus. Erat unus ex civibus habens filium sceleratum, et quia habebat eum exosum, vendidit extraneo domos, quas habebat; indignatusque filius, minabatur publice dicens, *quod emptor ille nunquam gauderet pacifice hereditate sua.* et, quia in crepusculo noctis, in eisdem domibus ignis quasi subito inicium assumpsit, captus est ille filius, tractus et suspensus. A. D. 1292.

Quomodo guerra Franciæ orta est inter Regem Angliæ et Franciæ.

ANno Domini millesimo CC°. nonagesimo tercio orta est execrabilis contencio inter Marinarios Regis Angliæ de Portibus, et Marinarios Regis Franciæ ex Normannia, in hunc modum. Navis quædam de Portubus in Normannia applicans, mansit ibidem diebus aliquot. Cumque die quadam egrederentur duo nautæ, ut ex quodam fonte ibidem proximo aquam sibi dulcem & desiderabilem hauirent, contigit eosdem ibidem invenire Marinarios Normannos, à quibus irritati movebantur ad verba, et de verbis ad verbera, et tandem ferro agitati, unus eorum occubuit, fugitque alter, et se cum sociis suis in navem recepit, nuncians eis casum et adventum Normannorum insequencium proximum. Cumque in altum ducerent, ut sic saltem laberentur, insecuti sunt hostes, ut eos apprehenderent. Sed cum insequentes cum difficul- A. D. 1293.

A. D. 1293. cultate tranſierunt, nunciantes talia marinariis de Portibus, et eorum auxilia expoſcentes, nec furor perſequencium ita requievit, ſed, aſſociatis eis pluribus, naves Anglicanas in mari quæſierunt. Et cum die quadam ſex Anglicanas naves obviam habuiſſent, eaſdem hoſtiliter aggreſſi, duas ex ipſis continuo peremerunt, ſuſpendentes homines cum canibus ad trabes navium ſuarum, et ſic per mare navigantes, nullam faciebant differentiam inter canem et Anglicum. Quæ cum Marinariis de Portubus, ceteris fugientibus, dicerentur, mox [1] conglebati, et, in tanti obprobrii vindictam, fremendo animati, hoſtes ceteros quæſierunt, et cum non invenirent ad votum, ingreſſi ſunt potenter Portum de Swyn, ut ex hoſtibus ſuis vindictam expeterent. ubi interfectis aliquibus, et quibuſdam ſubmerſis, ſex inde naves potenter adduxerunt, et ex tunc hinc inde vacabant congreſſionibus mutuis, utrimque ſanguinem ſicientes cum naufragiis et rapinis. Cumque inter eos talia longo certamine gererentur, miſſis internunciis, placuit tandem partibus certo die congredi cum toto conamine, ſcilicet quarto decimo die Aprilis, fixo le Standard quaſi in medio mari inter Angliam et Normanniam. ibi enim, ex communi aſſenſu, anchoraverant navem pergrandem et vacuam, in ſignum congreſſionis faciendæ. Interim vero Anglici ſociaverunt eis Hibernicos et Hoylandicos. Normanni vero adduxerunt ſibi Francos, Flandrenſes, et Marinarios de Gene. Adveniente demum die, convenerunt ibidem armis bellicis ſufficienter inſtructi, et ſicut in eis fuerat diſparitas animorum, ſic et eodem die contigit maxima inæqualitas elementorum, nivis ſcilicet et grandinis, ventique validiſſimi, conſertumque eſt grave prœlium in-

1 *L.* conglobati *cum T. & Tr. quo modo etiam emendatur in* O.

ter

ter partes, et tandem victoriam dedit noſtris ipſe Deus ſpiritus, perieruntq; gladio multa milia, præter ſubmerſos cum navibus quaſi infinitos, reduxeruntque noſtri onuſtas cum præda naves circiter CCXL. Quæ cum Philippo, Regi Francorum, nunciata fuiſſent, licet frater ejus Karolus hujus navalis prœlii auctor extitiſſet, miſſis tamen ad Regem Angliæ nunciis, obnixe peciit emendas ſibi fieri, auctoreſque facti puniendos tradi, et infinitam pecuniæ ſummam pro ſpoliacione Mercatorum ſuorum liberari. Quibus Rex noſter prudenter reſpondit, quod per proprios Reſponſales ad interrogata reſponderet. Miſſiſque nunciis, rogavit Regem Francorum tanquam parentem et Dominum, ut certos diem et locum nominaret, ad quos cum comuni conſilio hinc inde properarent, amicabiliter ſuper hujuſmodi tractaturi, et facturi ulterius, quod ipſa rei veritas ſuaderet. Quod quidem oblatum Rex Francorum non admittens, de comuni conſilio Magnatorum ſuorum præcepit Regem Angliæ per breve vocari, certo die ſuper hujuſmodi injuriis in Curia ſua reſponſurum. Qui cum ad diem non veniret, præceptum fuit et à Curia Regis Franciæ indicatum, quod tota terra ſua tranſmarina ſeyſiretur, et iterum recitaretur ad diem alterum, ſub pœna foriſfacturæ tocius terræ ſuæ tranſmarinæ, reſponſurus. Rex autem Angliæ, ſedicionem timens (ut pote quibuſdam amicis ſuis præmunitus) perſonaliter non adiit, ſed Dominum Edmundum, fratrem ſuum, Comitem Leyceſtriæ, cum Literis ſuis ad diem utrimque miſit in eodem negocio facturum, quod juſticia ſuaderet. Qui cum pro Rege Angliæ cum ſufficienti mandato ſe oſtendendo offerret, non receperunt eum, ſed in Curia Regis judicarunt, Vaſconiam et omnes terras Regis Angliæ foriſfactas pro contemptu. Ipſe

A. D. 1293.

A. D. 1293. autem Dominus Edmundus, ſub ſpe pacis, diverſimode tractavit cum Rege Franciæ. Ita quod comuniter diceretur, Quod Rex noſter Sororem Regis Franciæ duceret in uxorem, et omnia [1]ſopnirentur. Interim Seneſcallus Regis Angliæ in Vaſconia permittere noluit Miniſtros Regis Franciæ Vaſconiam ingredi, ut ſeiſyrent eam, fiebatque altercacio magna, propter quod Rex Franciæ, vocato Domino Edmundo, rogavit eum, tanquam pacis mediatorem et amicum, quod ingreſſum ſuorum permitteret, ſaltem in quatuor vel quinque Civitates, ſcilicet Burdews, Bayon̄, Langon̄ et Mermaunde, et hoc in ſpe pacis, dicens, ſe pacem firmare non poſſe, niſi Magnates ſui viderent Sententiam Curiæ ſuæ execucioni mandatam, in fide promittens Regia, plenam pacem debere ſubſequi, ſi rogatum hujuſmodi adimpleverit. Qui cum, talia non audere ſe præſumere, diceret, ſtatim, ad rogatum ipſius, voluntatem Regis Angliæ ſuper hoc et conſenſum requiſivit. Rex autem, dicto fratris ſui fidem adhibens, per ſuas Patentes Literas remandavit, ſe ratum et gratum habere et habere velle, quicquid ſuo nomine in hac parte duceret faciendum. Quibus acceptis, et per eum Regi Franciæ inſinuatis, promiſit ei Rex in fide et in verbo Regio, quod omnia, poſt tempus modicum, cum plena pace reſtituerentur ad votum. Ille vero Edmundus, ſimpliciter credens, et in tantum Regia promiſſione allectus, ſecuritatem non peciit, firmiter credens, promiſſionem Regiam omnem debere excedere cautionem, ſtatimque ſcripſit Seneſcallo Vaſconiæ, quod earundem Civitatum ſayſynam Miniſtris Regis Franciæ liberaret. Quod cum ille feciſſet, mox ipſi Franci primo paucos et latenter, poſtea plurimos et patenter, et

1 *L. cum Tr.* ſopirentur. *quo modo etiam corrigitur in* O. de-

demum pergrandem introduxerunt exercitum. Dominus autem Edmundus, hoc audiens, et ſedicionem timens, rogavit Regem Franciæ, ut, promiſſionis ſuæ memor, talia fieri prohiberet. Cui Rex, *ſuſtine*, inquit, *pauliſper, quouſque adimpleantur XL. dies, et omnia reſtituam.* Quibus elapſis, dum ſuper eodem negocio rogaretur per Dominum Edmundum, confeſtim reſpondit, ordinacionem Curiæ ſuæ et judicata per XII Pares, abſque eorundem communi conſilio, ſe revocare non poſſe, mutatoque vultu quaſi dedignando receſſit. Dominus autem Edmundus, cum in eadem Curia multos haberet amicos, eo quod Reginam [1]Naverniæ, matrem Uxoris Regis Franciæ, duxerat in uxorem, occulte præmunitus, et ex conjecturis ceteris ſedicionem timens, à Curia illa latenter et cum feſtinacione ſe tranſtulit, et in Angliam ad fratrem ſuum Regem veniens, omnia per ordinem, non ſine gravi cordis dolore, recitavit, dicendo, ſe eſſe in hoc facto ſtultum, et quaſi ipſius ſeductorem. Rex autem, licet animo conſternatus ab auditis, tamen fratrem blande confortavit, moxque vocatis Magnatibus ſuis cum Johanne Rege Scotorum, tenuit Parliamentum ſuum Londoniis, et in eorum præſencia toto proceſſu recitato, conſilium eorum peciit, et [2]juua injuriis vindicare. At illi unanimiter reſponderunt ei, dicentes, ſe eum velle ſequi in vitam et in mortem. Rege igitur Scotorum, [3]qui A. D. 1293.

---

1 *Vulgo*, Navarriæ. 2 *L. cum Tr.* et juvamen, atteſtans, ſe etiam, ſi majorem non haberet ſequelam, cum uno puero et uno equo, jus ſuum proſequi velle uſque ad mortem, & ſuper hujuſmodi injuriis vindicare. 3 *L. ex. Tr.* qui aderat, cum ceteris magnatibus auxiliuni promittente, gratias Deo et ipſis egit, et cum multis gratiarum actionibus dimiſit, adjiciens et rogans.

A. D. 1293. et rogans ut parati et inſtructi venirent, cum ab eo eſſent ſufficienter [1] præmuniti.

Quomodo homagium reddidit Regi Franciæ.

REX autem, de ſuorum auxilio ſic ſecurus, confeſtim, miſſis duobus Fratribus de Ordine Prædicatorum cum Literis credulitatis ad Regem Franciæ, [2] et homagium ſuum ei reddidit, cui dicerent in hunc modum: *Dominus noſter Rex Angliæ non ſine cauſa miratur, quod in Literis veſtris, nuper ſibi directis, eum non vocaſtis Amicum nec carum Conſanguineum veſtrum, ſicut hactenus ſcribere et facere conſueviſtis, unde cauſatur ex hoc, et ex multis conjecturis accepit et credit, quod vos eum, ut prius, veſtrum non tenetis Amicum. propter quod certiſſime nobis mandat, ut ſicut eum creditis et tenetis puta non amicum, ſic et ipſe vos reputat et conſimili modo tenet, et ſicut in vobis nullam habet modo fiduciam, ſic nec impoſterum habere poteſtis ullam in eo fiduciam ſive fidem,* adjeceruntque: *Et quia in terra veſtra, in ipſo itinere veniendi ad vos capti, fuimus retenti, et per quatuor dies et dimidium quaſi incarcerati, petimus et obſecramus, ſtatum Nunciorum nobis tribui et privilegium dari,* ſtatimque eorum dicto accepto et ratificato, Reſpondit ex parte Regis unus Magnatorum ejus, quod illa capcio, detencio ſeu incarceracio ex præcepto Regis vel ſciencia non proceſſit, quin immo multum diſplicuit, emendas [3] offerrens, equos et expenſas, et cetera quæque neceſſaria, rogans, ut oblata reciperent pro libito voluntatis ſuæ, datoque ſano et ſalvo conductu, confeſtim ad propria reverſi ſunt, Regi nunciantes viſa et audita.

---

1 Præmoniti *Tr.* 2 Omittunt *T. & Tr.* 3 *L. cum Tr.* offerens. *Hîc autem perplura deſunt in T.*

Miſit

A. D. 1293.

Misit Rex Exercitum in Vasconiam.

HIIS auditis, mox ipse Rex quingentos armatos et viginti milia peditum misit in Vasconiam, cum Domino Johanne de Sancto Johanne, qui ejusdem terræ olim seneschallus extiterat, et cum Domino Johanne de Britannia, et illo Milite strenuissimo Willelmo 'Lytimer, qui apud Portesmew, omnibus, ad Expedicionem tantam necessariis, paratis, posuerunt se in Mari circa Festum beati Petri Advincula, et irruente Vento contrario, dispersæ sunt naves per partes Cornubiæ. Iterumque recollectæ, apud Plemeyue circa Festum beati Dionisii ventis vela iterato laxabant, et post multa variaque tempestatum discrimina, tandem, circa Festum Apostolorum Symonis et Judæ, applicuerunt in Vasconia apud Chastellon̄, quæ situatur in littore Fluminis Gerunde. Deditque se eis, et Regi Angliæ, Dominus Urbis illius, et eos cum lætitia magna suscepit, et benigne tractavit. Profectique sunt inde Makantes, et dederunt se Cives in Vigilia Omnium Sanctorum, et in crastino anchoraverunt cum tota Classe ante Burgum super mare, qui antiquitus dicebatur Mons Albani. Cives autem se dare volebant, sed timebant Picardos, qui erant in Præsidio Civitatis. Cumque vidissent Picardi, quod se dare vellent, exierunt à Castro, et plurimos peremerunt. Miseruntque Cives ad Anglos, nunciantes hæc, et eorum auxilium exposcentes, qui confestim in eorum auxilium ascenderunt, et retraxerunt se Regales in Castrum, et Cives se dederunt. Mane autem facto, cum nostri in Castrum

1 Latimer, *T.* De Latymer, *Tr.*

ir-

A. D. 1293. irruere voluiſſent, pecierunt Picardi inducias triduales, ut miſſo Nuncio Burdegalin, ſi in eorum non venirent auxilium, ſe ſtatim redderent abſque dubio. Miſſo igitur puero, remandavit eis Conſtabularius de Burdeus et Mareſcallus Franciæ, quod ita feſtinanter venire non poterant. Immo ſe defenderent, et viriliter reſiſterent, præcipue cum haberent victualia, et cetera quæ neceſſaria, pro tempore ſemeſtri. Quo audito, ſtatim dederunt ſe, ſalvis ſibi vita et membris, equis et armis, et abierunt in pace. Poſt dies octo, reverſi ſunt noſtri ad Urbem de Blaynes, quæ diſtat à Burgo per duas leucas, et ſimiles quaſi treugas pecierunt Caſtrenſes et habuerunt, ſed nullo veniente auxilio, dederunt ſe et abierunt, inveneruntque noſtri victualia multa in Urbe et in Caſtro, et dolia vini circiter II^M.V^C. Conſtituerunt noſtri poſt dies aliquot Cuſtodes iſtarum Urbium fortiſſimarum Dominum Rogerum de Mortimer et Dominum Richardum de Boys cum populo terræ [1] multæ, et profecti ſunt uſque Burdews, quæ diſtat per quinque leucas, manſeruntque in oppoſito Civitatis illius in flumine Gerunde per duos dies, et emiſſis hinc et inde telis cum jam non proficerent, nec ſe Cives dare vellent, aſcenderunt in flumine uſque Lyons, ubi Dominus loci illius gratanter ſe dedit eis, cum tota Villa et Caſtro, et tunc primo noſtri extraxerunt equos à navibus, cum jam in mari manſiſſent per XVII Ebdomadas et aliquos dies. Tandem vero refocillatis hominibus et equis, diviſerunt ſe noſtri quaſi in duas partes. Remanſeruntque in eodem loco, ut populum terræ ſibi [2] attraherentur, Dominus Johannes de Britannia et Dominus W. Latymer cum

1 *L.* multo, *cum Tr.* 2 *Potius* attraherent, *cum Tr. quo modo etiam in* O. *emendavit cl. Stillingfletus.*

CCC^tis. equeſtribus, et VII. milibus peditum electorum, profectuſque eſt Dominus Johannes de Sancto Johanne cum reliquo populo uſque Bayon̄, quæ ſituatur ſuper mare Hiſpaniæ verſus occidentem, et eſt Civitas fortiſſima et quaſi inexpugnabilis, diſtans à Ryens per quinque dietas modicas per [1]trigintas leucas regionis illius. Cives enim Urbis illius cum audiſſent eum in terram adveniſſe, vocaverunt eum, eo quod eum diligebant pro antiqua Cuſtodia. Fuerat enim (ut dictum eſt) olim Cuſtos tocius terræ Vaſconiæ ex parte Regis, et eos cum humanitate tractaverat. Cumque appropinquaret Civitati, et eſſent certi Cives de ejus adventu, irruerunt continuo in Regalibus Francis, qui ex parte Regis Franciæ præficiebantur eis, et cæſis multis ex eis, qui in Civitate fuerant, reliquos in Præſidio fortiſſimo loci ejuſdem concluſerunt (exoſos enim habebant eos, eo quod abutebantur male conceſſa poteſtate) tradideruntque Civitatem venienti, et obſidionem Caſtri continuando tenuerunt, dicentes laſſo, quod ſe cum ſuis recreando reficeret, nullam habendo curam de obſeſſis. Poſt dies autem aliquot, cum ſe viderent Caſtrenſes ſic diu manere non poſſe, dederunt ſe, ſub pacto tamen, quod Cuſtos eorum pro omnibus remaneret, et ceteri abirent illæſi, remanſitque Cuſtos eorum Jordanus Bertram, et reliqui abierunt. Elapſo autem tempore modico, et viribus reaſſumptis, egreſſi ſunt noſtri uſque ad Sanctum Cynerinum, ut illum expugnarent, ac Cives continuo dederunt ſe, et Regales Franci ex pacto receſſerunt, ubi aſſignato Cuſtode Domino Hugone de Ver, cum CC^tis equeſtribus et multis pedeſtribus reverſus eſt prædictus Dominus Johan-

A. D. 1293.

1 *L.* triginta.

nes

A. D. 1293. nes apud Bayon, et manſit ibidem ſecure multo tempore.

De confuſione et capcione noſtrorum in Vaſconia.

AUDITO adventu Anglorum in Vaſconiam, miſit tandem Rex Franciæ Karolum fratrem ſuum, et Dominum de Nele Seneſcallum ſuum, cum multis milibus equeſtrium armatorum, et exercitu copioſo, ad capiendum eos et potenter devaſtandum. Qui venientes apud Ryens in Dominica Palmarum, non proceſſionaliter cum palmis, ſed turmatim cum lanceis [1] obſederuntque noſtros, qui ibi remanſerant, per dies XI. multas oppreſſiones et diverſa gravamina eiſdem inferentes. Cumque [2] exierent aliquando noſtri, ut gloriam Miliciæ ſuæ in hoſtibus exercerent, [3] retaciati ſunt à multitudine magna velut oves in [4] ovile. Noviſſime ergo videntes noſtri, ſe diu ſic permanere non poſſe, conſilio inito, decreverunt, quod in ipſa Ebdomada Paſchæ navigio recederent [5] et" [6] de' nocte, mitterenturque equi eorum per terram in rivo [7] Gerunde uſque Burgum et Blaynes, ſed impeditum eſt eorum propoſitum modo qui ſequitur. Tenebatur in vinculis miles quidam centenarius, Johannes ſcilicet Giffard. Hic cum ejuſdem Caſtri, ſcilicet Pudenſach̄, Cuſtos fuiſſet deputatus, advenientibus Francis et eum obſidentibus, tradidit ſe eis ſub pacto tali, quod ſcilicet ipſe cum Anglicis, qui cum eo erant, [8] abierunt libere,

---

1 *Deeſt* que *in T. & Tr.* 2 *L.* exirent *cum T. & Tr.* 3 *Id eſt*, repulſi ſunt. *Vide ſupra ſub A. D.* 1291. *In T. autem* reverti fuerunt compulſi *pro* retaciati ſunt. 4 Ovili *T.* 5 *Omittit Tr.* 6 *Deeſt in T.* 7 Garunnæ *T.* 8 *L.* abirent, *cum Tr.*

et

et voluntatem ſuam facerent Franci de Vaſconienſibus, qui ſe populo dederant ei, et cum eo manebant, feceruntque Franci ſic, et de Vaſconienſibus ſuſpenderunt laquio circiter L. propter quod quidem factum irati ſunt Vaſconienſes et vehementer moti, et ſe dare volebant contra noſtros, dicentes, ſedicionem fieri in populo ſuo. Volentes autem Anglici ipſis placere pro poſſe, ſtatuerunt judicialiter procedi contra eundem Militem, ut ſaltem cognita veritate eorum innocenciam declararent. Cumque Mareſcallus exercitus, Dominus ſcilicet Radulphus de Gorges, in ipſo die Mercurii, quo exire deberent, in veſperis pro Tribunali ſederet ad judicium faciendum de ipſo Milite, et de quibuſdam pedeſtribus, qui, propter mala eorum opera, tenebantur in vinculis, venerunt pedeſtres reliqui, qui magis ſolito vino æſtuabant (eo quod in tranſitu ſubito erant omnia communia) et dixerunt expreſſe, ſe nolle pati de ipſis judicium fieri, nec ſuos quoquo modo perire in tam arta neceſſitate. Inſtantibus itaque Militibus pro judicio faciendo reſiſtebant pedeſtres, et adinvicem rixati ſunt ita, quod unus pedeſtrium percuſſus interiit. Moxque efficiuntur partes, et in ſua pernicie dividuntur pedeſtres et equeſtres, mutuo ſecedentes uſque in veſperem. Adveniente tandem veſpere, fugerunt equeſtres ad naves ſuas, et, relictis equis ſuis, properabant navigio uſque Burgum et Blaynes. Multi [1] cum eorum, cum naves aſcendere non poſſent, ut pote à pedeſtribus impediti, in Præſidio ejuſdem Urbis ſe cum difficultate receperunt. Mane autem facto, ingreſſi ſunt Franci, nullum quaſi reſiſtentem habentes, et, occiſis pedeſtribus qui remanſerant, cepe-

A. D. 1293.

1 *L.* tamen, *cum Tr.* *Sed* enim *in O. repoſuit cl. Stillingfletus.*

A. D. 1293. runt equos ceterorum qui affugerant armatos, ſellatos et frenatos, moxque expugnaverunt ceteros qui erant in Præſidio, et, præter armigeros multos, ceperunt milites quaſi XII. viz. Dominum Radulphum [1]Toway, Dominum Radulphum de Gorges, Dominum Rogerum de [2]Layburn̄, Dominum Emericum de Sancto [3]Edmundo, Dominum Johannem de [4]Crettyng, Dominum [5]Jacob̄ de [6]Crettyng, Dominum H. de [7]Boyding̃, Dominum Johannem de Maundevile, Dominum Johannem de [8]Foleburn̄, Dominum Robertum de [9]Cokefeld, Dominum Thomam de [10]Turbevyle, qui poſtea (ut infra patet) conjuravit cum Francis contra Anglicos, et Dominum Walterum Giffard. Hos omnes captivatos [11]direxerunt in Franciam, ſub arta cuſtodia recludendos, et Urbem de Ryons demolierunt in terram in odium Anglorum, profectique ſunt inde cum exercitu toto uſque ad Sanctum Cynerum, ubi erant ex noſtris CC. armati cum Domino Hugone de Ver (ut ſupra dictum eſt) et obſederunt eos per IX ebdomadas, inferentes eis mala, quæ poterant. Cumque morerentur armati Franci in multis milibus, et ſubito quaſi porci propter [12]uſum armorum et calorem nimium, fecit eos ſepeliri Karolus in cimiterio novo, quod erexerat in Campo et dedicari fecerat à quibuſdam Epiſcopis, qui aderant cum eis. Stupefactus tandem Karolus, cum multos jam ex omni parte perdiderat, cœpit ſolito benignius ad bonum pacis animum inclinare. Unde miſſis Nunciis et remiſſis cum noſtris demum fœdus tale pepigit; Quod ſcilicet irent libere quo vellent cum

---

1 Taunay, *T.* Townay, *Tr.* 2 Leybournum, *T.* 3 Amand, *T.* 4 Treting, *T.* 5 Jacobum *T.* 6 Treting, *T.* 7 Bodings, *T.* 8 Juleburne, *T.* 9 Godefold, *T.* 10 Turbervile, *T.* 11 Duxerunt *T.* 12 Abuſum *T.* & *Tr.*

ſuis

ſuis omnibus, nec Urbi nec Civibus quicquam mali inferret aut demoliret, ſed ſtatum haberent priſtinum, et eis omnia conſervarentur illæſa. Recedentibus igitur noſtris apud Bayon, fecit Karolus locum eundem victualibus et ceteris quibuſque neceſſariis inſtaurari et bene muniri, et appoſitis Cuſtodibus et multis Militibus, reverſus eſt in Franciam et iterum non reverſus; immo reverſi ſunt noſtri cum illum abiſſe [1]dediciſſent, et effugatis ceteris, locum, ut prius, eundem tenuerunt. A. D. 1293.

Quomodo Rex noſter fœdus iniit cum Rege Alemaniæ. A. D. 1294.

ANNO Domini milleſimo CC°. XC° IIII°. miſit Rex Angliæ Dominum Antonium Bek, Epiſcopum Dunolmenſem, ad Regem Almaniæ, ut fœdus cum eo iniret. qui, datis, ut dicitur, LX. millibus libris ſterlingorum, convenciones et pacta cum eo iniit, quod ſcilicet uſque ad certum tempus præfinitum Regi noſtro, et ſuis, contra Regem Francorum, et ſuos, cum omni robore exercitus ſui fideliter aſſiſteret, veniretque in eorum auxilium, cum eſſet ſufficienter præmunitus. Convenit eciam, quod neuter eorum abſque altero cum Rege Franciæ concordaret, vel fœdus iniret quoquo modo. quæ quidem pacta ſegniter tenuit, ut patet inferius.

Recepit omne depoſitum in Eccleſiis.

EODEM anno Rex Angliæ, neſcio quorum fretus conſilio, omnem pecuniam numeratam et omne

---

1 *L.* didiciſſent, *cum Tr.*

A. D. 1294. depoſitum in Eccleſiis Cathedralibus, Domibus Religioſis, et univerſis gazofilaciis Clericorum et Laicorum, Fratrumque Prædicatorum et Minorum, ceterorumque Ordinum omnium, quarto ſcilicet die Julii hora tercia, per Miniſtros ſuos, ad hoc præordinatos, quaſi exinproviſo cepit, et in Ærarium ſuum Londoniis [1] reponere, multamque pecuniam conſecutus eſt, quam nunquam poſtea reſtituit. [2] Illis tamen, qui ei tenebantur in debito, vel communiter cum Clero vel Populo auxilium promittebant ei, hujuſmodi acceptam pecuniam in ſolucionem alterius juſſit allocari ſeu reſtitui.

Rex cepit lanas.

EODEM eciam anno, circa Feſtum Aſcenſionis Domini, omnes lanas terræ ſuæ ſayſivit, tam Clericorum quam Laicorum, et ſic ſayſitas tenuit, quouſque Mercatores, data maxima pecuniæ ſumma, eas quaſi de novo redimerent et haberent.

Exegit Rex medietatem bonorum à Clero.

EODEM anno vocavit Rex per Literas ſuas Archiepiſcopos, Epiſcopos, Decanos Eccleſiarum Cathedralium et Archidiaconos in propriis perſonis, Clerumque uniuſcujuſque Dioceſeos per [3] duos Procuratores, ut in Feſto Sancti Mathæi Apoſtoli coram eo comparerent Londoniis. Quibus, ibidem exiſtentibus, ait Rex, *Domini Kariſſimi, jam ſatis conſtat* ([4] *nec*

---

1 *Subintellige*, juſſit. *Nam*, reponi juſſit, *in T. & T.*
2 *Hîc, ſicuti & alibi, multa prætermiſit T.* 3 Suos Proc. *T.*
4 *Conjeceram*, necnon. *Deſunt autem hîc etiam loci multa in T.*

At

A. D. 1294.

audiſtis) de famoſa iſta guerra, quæ inter Regem Francorum et inter nos inicium ſumpſit, non noſtra culpa (ut novit ipſe Deus) ſed abſque ullo dolo vel fraude caſualiter ſumpſit inicium, et uſque in præſens ſumptuoſiſſime continuata eſt. Verum, ne ex injuſto bello redargui poſſemus vel reprehendi, optulimus ei primo pacem, et pacis formam uterque noſtrûm amplexatus eſt. Quam cum ex parte noſtra, ut convenit, ſervare parati eſſemus, ipſe eam renuit et contempſit, et quanto magis pacem quæſivimus, tanto magis eramus ab ea longius ſeperati. Videntes autem, nos finaliter ſic illudi, hanc guerram incepimus, eciam, ſi neceſſe fuerit pro juſticia noſtra conſequenda, uſque ad mortem continuandam. Verum quia terræ veſtræ Anglicanæ non ſum niſi unus quaſi malus cuſtos, et non ipſa terra veſtra ſed tota Anglicana Eccleſia jam in arto ponitur, et movetur injuſte, nec continuare poſſumus quod incepimus, niſi de eadem terra veſtra nobis auxilium tribuatur; ideo Oraciones veſtras in præſenti expetimus, et veſtrum auxilium [1] *implorantes. Et juſte debetis, Domini Kariſſimi, et præcipue iſta racione impertiri auxilium, quoniam videtis Comites, Barones et Milites veſtros, quod non ſolum bona, verum eciam corpora ſua pro vobis exponunt, et pro terra veſtra non ſolum ad ſanguinis effuſionem, immo frequencius ad mortem. Et vos igitur, qui corpora veſtra exponere non poteſtis, juſtum eſt et racioni conſonum, ut de bonis veſtris ſubveniatis.* Adjecitque ſubſequencia, ut placaret eos. Scivit enim, eos eſſe motos pro inmunitate Eccleſiæ violata, et ait: *Quia recenter duo facta ſunt, in quibus admiramini,* [2] *placare vobis volumus, et in hac parte reſpondere. Præcepimus, quod omnes lanæ terræ areſtarentur, et hoc non ſine cauſa fecimus, quia noſtræ voluntatis fuit, ut de bonis terræ ipſa terra conſervaretur illæſa. Aliud eſt. Datum*

At in Tr. ut *pro* nec *legitur.* 1 *F.* imploramus. 2 *L.* placere, *cum Tr.*

fuit

A. D. 1294. *fuit nobis intelligi, quod moneta terræ noſtræ corrupta fuit et falſata, unde præcepimus, quod ſtatutum monetæ in ſuo robore teneretur, nichil mali ſuſpicantes. Sed in facto contigit, ſicut et accidit inter Apoſtolos Iheſu Chriſti. Inter enim* XII *erat unus malus, qui Chriſtum tradidit: ſimiliter et in hoc facto fines mandati noſtri quidam egreſſi ſunt, et deceperunt nos. unde parati ſumus emendas facere pro libito veſtræ voluntatis.* Cumque loquendi finem faceret, Reſpondit Olyverus, Lincolnienſis Epiſcopus: *Domine, iſtud negocium Conſilium requirit. Detur igitur dies ad conſulendum cum Fratribus noſtris et ex conſilio reſpondendum.* Datuſque eſt dies tercius. Interim vero conſulentes diverſi, diverſa ſenſerunt. Vacabat enim Cantuarienſis Eccleſia, et membra ſine capite in Conſilio diſperſa ſunt. Noſtram Eccleſiam Eborum Johannes Romanus, Regis timore perterritus, eo quod Regi in magna pecuniæ ſumma tenebatur, quaſi diſſimilando conſtituit. Dunolmenſis vero nondum reverſus fuerat de Alemania. In unum tandem votum concordabant omnes, ut offerrent Regi duas decimas, in uno anno ſolvendas. Quod audiens Rex, indignatus eſt, et per ſuos ſatellites comminatus, ſe extra proteccionem ſuam Clerum velle ponere, niſi medietatem omnium bonorum concederent, et votis ejus annuerent in hac parte, ſtatimque quaſi ſtipula corda eorum diſſipata ſunt. Quidam enim Regi placere volentes, feſtinanter, alii vero timore perterriti, ſubſequenter conceſſerunt, et quia immunitas Eccleſiæ (ut ſupradictum eſt) læſa fuit et violata, peciit Clerus à Rege jubente quoſdam Articulos. Juſſit enim Rex, poſtquam votis ipſius paruerant, ut et ipſi ab eo peterent remedia, quæ vellent. Et

---

1 Que *omittit T.*

pe-

pecierunt in primis, ut Statutum de manu mortua, quod in præjudicium Sanctæ Matris Eccleſiæ fuerat editum, deleretur. Cui quidem Articulo reſpondit ipſe Rex, quod illud ſtatutum de conſilio Magnatorum ſuorum fuerat editum et ordinatum, et ideo abſque eorum conſilio non erat revocandum. Ceteris autem Articulis, quos propoſuerant, reſpondit de facili, ita quod fruſtrati et deluſi, reverſi ſunt ad propria, obligati tamen ad medietatem conceſſam. Eodem eciam in anno habuit Rex [1] et Communitate terræ decimum denarium, et à Civitatibus VII[um]. A. D. 1294.

Wallenſes rebellare cœperunt.

EODEM anno, circa Feſtum Sancti Michaëlis, Wallenſes rebellare cœperunt. Convenerant enim et ſtatuerant inter ſe, quod in ipſo die Sancti Michaëlis omnes unanimiter inſurgerent contra Regem, et Caſtra ejus dirimerent, feceruntque ſic, et eodem die quaſi eximproviſo ceperunt Caſtella multa, ceperuntque Caſtrum de Carnarvan, quod Rex noſter dudum ſumptuoſiſſime conſtruxerat, demolientes muros, et Miniſtros Regis trucidantes, fugeruntque Anglici, qui poterant, et multi [2] abſorti ſunt in ore gladii, eo quod ſubito facta ſunt hæc. Iſtius autem ſedicionis excitatores fuerunt Maldoch̄ et Morgan, qui de ſanguine Principis Leulini ſe deſcendiſſe dicebant, et ideo nomen Principis ſuſcitare debere. [3] Quo cum audiſſet Rex, mox congregato exercitu, declinavit ibidem, miſſiſque Literis ad Dominum Edmundum fra-

---

1 *Pro* et *lege* à *cum T. & Tr. In* O. et de. *Sed* de *adjecit cl. Stillingfletus.* 2 Abſorpti *T. & Tr.* 3 *Sic MS. Lege* quod *cum* O. *Et tamen* quæ *in T. & Tr.*

trem

A. D. 1294. trem ſuum et Comitem [1]Lincolnienſem (qui tunc temporis in Portu de Porteſmue cum multis Milibus armatorum parati fuerant in Vaſconiam transfretare) ut ad eum in Walliam cum omni feſtinacione redirent. qui cum audiſſent talia, properabant ad eum, et manſerunt ibidem uſque fere ad medium Quadrageſimæ. Contigit autem, quod die Sancti Martini in hyeme dum idem [2]Comes Lincolnienſis ad Caſtrum ſuum de [3]Tynebe ante Regem noſtrum feſtinaret, ſi forte illud ſalvare poſſet, ſicut credidit, obviatus eſt ab hominibus ſuis propriis Wallenſibus (habet enim ibidem multas poſſeſſiones et Caſtra) qui quidem Wallenſes ſui, commiſſo cum eo gravi prœlio, prœliaverunt adverſus eum, et interfectis hinc inde multis, ipſum tandem, cum jam diu ſtrenue militaſſet, in fugam cum paucis converterunt. Rex eciam noſter, tranſito Flumine de Conway, dum ad Caſtrum declinaret, non eſt eum ſecutus totus exercitus, unde, ſuper habundantibus aquis maris et fluctuum ſubitorum, obſeſſus eſt à Wallenſibus per tempus aliquod. Sic ſeperatus à ſuis et excluſus, paſſuſque eſt ad tempus modicum famem & [4]&" ſitim, [5]bibitiſque aquam cum melle mixtam, et panem in ſaturitate non comedit. Præoccupaverant enim Wallenſes quadrigas ſuas, et victualibus acceptis et ablatis, homines, quos poterant, detruncabant. Cumque haberent modicum vini [6]vix unius lagenæ caſtrellum,

---

1 *Henricum ſc. de Lacy. Vide Dugdalii Baronag. T.I.p.*104. 2 *At in T.* Edmundus frater Regis *pro* Comes Lincolnienſis. 3 Deneby *T.* 4 *Dele. Et quidem omittit O. Verba permutavit T. At* modicum et famem et ſitim *in Tr.* 5 Bibitque *emendavit cl. Stillingfl. in O. Neque aliter in Tr.* 6 Vix utrem unius lagenæ, pro Rege ſalvare decreverant *T.* Caſtrellum *idem eſt quod* coſtrellum, (*quo modo equidem legitur in Tr.*) **Coſtrells** *nempe pocula olim appellabant anteceſſores. La-*

ge-

quod pro Rege ſalvare decreverant. Non adquievit ipſe Rex, ſed ait, *omnia in neceſſitate debent eſſe communia, et omnes unam et ſimilem* [1] *detam paciemur, quouſque reſpiciat nos ipſe Deus ab alto, nec præficiar vobis in eſu, qui coartacionis iſtius origo et cauſa ſum.* Cito autem poſt viſitavit Deus Omnipotens eos,et, decreſcentibus aquis, venit ad Regem exercitus totus, et ipſi Wallenſes in fugam verſi ſunt. Poſt multos autem eventus et conflictus varios in tantum Wallenſes ſunt agitati et aſtricti, quod, miſſis et remiſſis nunciis, ipſe Madoch cum ſuis ad pacem Regis admiſſus eſt, ſub condicione tamen tali, quod alterum, ſcilicet Morgan, proſequeretur et caperet, et infra certum tempus Regio carceri manciparet. Quod quidem [2] partum tenuit et fecit, et plenam pacem adeptus eſt. Acceptique ſunt obſides multi de Nobilioribus tocius Walliæ, et miſſi ſunt in Angliam ad diverſa Caſtra, ut cuſtodirentur in eis, uſque ad miſſionem Regis, [3] manſerunt in eiſdem uſque ad guerram Scociæ fere finitam. Eodem anno fames A. D. 1294.

gena autem ipſa antiquitus 12 *libras aquæ continebat. Teſtantur illi, qui de Significatione verborum ſcripſerunt. Hinc colligas, quid ſibi velit* lagena butiri *in Compoto quodam manerii de Barton ſecus Abbingtoniam, anno quinto Rogeri de Tame, abbatis Abbingtonienſis confecto. Rogerus vero iſte abbatiæ præeſſe cœpit A. D.* 1333. *Vide Lelandi Coll. Vol.* VI. *p.* 194. *Quo equidem tempore pretium unius lagenæ butiri (ſi fides huic Compoto) fuit* VII. *d. quæ proinde lagena* 12 *libris aquæ conſtitit, lagenaſque noſtras recentiores, quæ vulgo* **flagons** *audiunt, magnitudine ſua longe ſuperabat. Ceterum id velim ſcias, Compotum dictum penes ſe habere Guilielmum Beckettum, chirurgum Abbingtonienſem, qui mihi perquam benevole mutuo dedit Aug.* XI. 1730.

1 *Per ſyncopen littera* i *hîc exteritur. Nam ſcribi debet* dietam, *quo modo ſane legitur in T. & Tr. neque aliter emendavit cl. Stillingfletus in* O. 2 *L. cum Tr.* pactum, *quo modo etiam in* O. *emendavit cl. Stillingfl.* 3 *Adde*, que, *cum T. & Tr.*

A. D. 1294. valida Angliam afflixit, et moriebantur pauperum multa milia. vendebatur enim quarterium frumenti pro XVI ſolidis, & multociens pro viginti.

De Sedicione Turbevile.

A. D. 1295. ANNO Domini milleſimo CC°.XC°.V°. Dominus Thomas de Turbevile, qui, ut ſupradictum eſt, in captura de Ryons cum ceteris Militibus captivus ductus eſt, et Carceri Regis Franciæ mancipatus,[1] quomodo" ſollicite, quomodo effugere poſſet carcerem et vincula? Qui cum eſſet Regi Franciæ familiari noticia cognitus, pepigit cum eo fœdus in ſedicionem Regis Angliæ, dicens, *provide tibi, O Rex, de magna claſſe, et pones in ea robur exercitus, ego autem revertar ad Dominum meum Regem, et dicam ei, quod, auxiliante amico quodam, cum difficultate manus tuas evaſi. Cumque ab eo impetraverim cuſtodiam Maris et Portuum, obviabo marinariis tuis, eritque ſignum fœderis inter me et ipſos, ut, cum viderint Vexillum meum ſupra Vexillum Regis elevari, audacter in eodem loco terram ingrediantur, et abſque difficultate eam eis tradam.* Facta ergo hac convencione tam valida, promiſit ei Rex mercedem iniquam, et, acceptis duobus filiis ſuis obſidibus, dimiſit eum et abiit. Reverſus autem eſt ad Regem Angliæ, et ab eo honorifice ſuſceptus eſt, et, in captivitatis ſuæ ſolacium, familiariter cum eo converſatus; cumque frequenter inſtaret, ut cura ſibi Maris traderetur, excuſavit ſe Rex, eo quod noluit ipſe Deus iniquitatis propoſitum adimpleri. Rex autem Franciæ, conductis interim navibus multis, de Marſilio ſcilicet et de [2]Gen, et undecunque

---

1 *F.* quærebat *inquit cl. Stillingfl. ad oram* O. *Sed* cogitavit *in Tr.* 2 Gene, *T. & Tr.*

pote-

poterat, magnum robur exercitus misit in marc, ita quod aliquando viderentur plusquam CCC^tæ. naves magnæ, signum expectantes quod [1] acceperant. Cumque mansissent diu, nec signum vidissent, miserunt ex consilio proprio V. Galeas electas, ut terram explorarent. At una præ ceteris festinans, applicuit apud Hydam juxta Portum de Rumenal. quod videntes Anglici, qui ibidem fuerant Custodes deputati, [2] similabant fugam, et, ex consilio Ducis eorundem, retraxerunt se, ut fervencius hostes ad terram allicerent. Illis itaque fugientibus, insecuntur alii, sed facies convertentibus, mox et ipsi terga verterunt, et cæsi sunt omnes, scilicet CC. [3] XL. viri, et navis eorum combusta est. Quod videntes aliæ quatuor, retraxerunt se usque ad magnam classem. Poterant enim videri à nostris, nec tamen cum eis audebant congredi Marinarii nostri, timentes multitudinem magnam. [4] Circa festum Beati Petri Advincula magna pars ejusdem classis applicuit apud Dover ex parte Occidentali (ubi nulla fucrat applicandi suspicio præ multitudine lapidum et rupis excelsæ) egressique sunt bellatores fortissimi circiter XV. millia hominum, et spoliaverunt [5] Doverniam ab hora prima usque fere vesperam, incendentes eam igni pro magna parte. Cumque in ingressu eorum fugissent omnes et dispersi fuissent, conclamantes et ejulantes, conglobati sunt incolæ, et concurrebant milites, qui curam maris habebant, ita quod eodem die hora quasi undecima hostes aggressi sunt animose, cæsisque quasi V. milibus, reliquos in partes divisérunt. quidam enim fugerunt in

A. D. 1295.

---

1 *Potius*, acciperent, *cum T.* 2 *Sic MS. quo pacto & alibi sæpius in Codd. vett. Sicuti & olim* amecus *pro* amicus. *At in T.* O. *& Tr.* simulabant. 3 Quinquaginta *T. & Tr.* 4 In festo *T.* 5 Doveriam *T.*

A. D. 1295. ſegetes, qui poſtea cædebantur ab incolis, et ceteri, qui poterant, navigio fugerunt. Triginta autem Viri fortiſſimi receperunt ſe infra clauſum Abbathiæ, ſtrenuiſſime pugnantes uſque in veſperum, ita quod nihil eis nocere poterant noſtri obſidentes. Cumque in veſperis noſtri remiſſius agerent, et multi reverterentur ad propria, ipſi quoque dilapſi ſunt, cum duabus ſcaphis fugientes. Quo mane cognito, inſecutæ ſunt eos duæ magnæ naves, quæ vela levantes in altum, ſcaphas cum hoſtibus ſubmerſerunt. In ipſo autem introitu hoſtium in villa de Dover, ceciderunt ex noſtris [1] XIII viri, et unus monachus. Hic quidem monachus, ceteris ſuis fratribus in [2] campanali eccleſiæ ſe receptantibus, cum oracioni vacaret in eccleſia Dei, coram ipſo altari trucidatus eſt, et optulerunt eum Deo ſacrificium matutinum. Interim dum talia agerentur in Anglia, diſcurrebant literæ inter Regem Franciæ et prædictum Thomam de Turbevile, in quibus excitavit Francos, ut robur exercitus mitterent in Scociam, ſub ſpe tali et certa, quod Scoti contra Regem Angliæ [3] debellarent, adiciens eciam, quod Dominus Edmundus Frater Regis et Comes Lincolnienſis cum immenſo Populo et Magnatibus multis cito poſt proficiſcerentur in Vaſconiam, et quod ex tunc terra Anglicana à ſuis de facili poſſet ingredi et optineri. Clericus autem ipſius Domini Thomæ, dum talia ſcriberet et literas legeret, reſponſales juſte ſibi timuit, [4] ne forte in tali deprehenderetur facinore, tanquam Regis et Regni proditor cenſeretur, [5] condoluit, et ſano uſus conſilio, Regi noſtro

---

1 XIV *T.* 2 *In* campanili *mutavit cl. Stillingfl. in* O. *At* camponali *in Tr.* 3 Rebellarent, *T. & Tr. rectius. Nec eſt, quod hac in re putes, veteres* d *pro* r *amâſſe.* 4 *L.* ne ſi forte, *cum T. & Tr.* 5 *F.* condoluitque. *Deeſt in T.*

ſtro ſe ipſum ſponte optulit, omnia per ordinem narrans, et veniam miſericorditer petens; quod cum ipſum Dominum Thomam non lateret, fugit continuo, et à Curia latenter diſceſſit, ſed mox à Miniſtris Regis inſecutus verſus Wallias, poſt duas dietas captus eſt, reductus, adjudicatus et tractus, et cito poſt tota magna claſſis prædicta diſſoluta eſt, et ad proprios portus reverſa. A. D. 1295.

Cardinales venerunt in Angliam cum literis Papæ pro pace reformanda.

EODEM anno, circa feſtum Pentecoſtes, venerunt in Angliam duo Cardinales, miſſi à latere Papæ ad Regem Angliæ cum Epiſtolis Papalibus [1] in hæc verba:

Bonifacius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Kariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem et Apoſtolicam benedicciones. Movet animum [2] montemque ſollicitat, Fili Kariſſime, [3] ſincera et affectuoſa dileccio, quam ab olim, dum cura nobis Officii minoris incumberet, ad Perſonam Regiam tuumque Regnum inclitum geſſimus, et continuatis benivolenciæ ſtudiis gerere non ceſſamus, ut celſitudinem Regiam, cujus exaltacionem et gloriam ſummis deſideriis affectamus, [4] adio [5] indicamus ſollicite, per quæ in conſpectu Regis altiſſimi (per quem [6] regnant in Principes dominantur) de bono ſemper in melius reddaris accepcior, occurras gracior, carior habearis, ac in Regno mundi clarior, nominiſque titulis copioſum proveniat incrementum. Sane

---

1 *Omiſſis in T.* 2 *L. cum Tr.* mentemque. *quo modo & ipſe correxit cl. Stillingfl. in* O. 3 Sincere et affectuoſe *repoſuit cl. Stillingfletus in* O. *male.* 4 Adeo *Tr.* 5 *F.* indicemus. 6 *L. cum Tr.* Reges regnant et Principes.

ab

A. D. 1295. *ab ipſis noſtræ promocionis auſpiciis ad generalem ſtatum fidelium mentis aciem extendentes, et conſiderantes gravem, immo graviſſimam, et omnino contrariam votis noſtris, inter te et* [1] *karum Filium noſtrum Philippum, Regem Franciæ illuſtrem, proxima tibi conſanguinitate conjunctum, procurante pacis æmulo incentore malorum, diſcordiam ſuſcitatam, firma et ſtabili diſpoſicione decrevimus, ut ſuper hujuſmodi negocio cordi noſtro potiſſime ſollempnes ad præſenciam Regiam Nuncios et Literas mitteremus; ſed propter noſtrum de Civitate Neopolitana diſceſſum, ubi tunc Romana curia præſidebat, noſtrumque acceſſum ad Urbem, quem viarum periculoſa diſcrimina non modicum retardarunt, ac eciam ob noſtræ, inibi celebrata, conſecracionis ſollempnia, impediti, nequivimus cicius Nuncios prædictos et Literas deſtinare. Revera, Fili, nequaquam ſumus immemores, quin pocius tenaci memoria retinemus, quod nos hactenus, dum eſſemus in minori officio conſtituti, ſinceris affectibus dilexiſti, plenis favoribus proſecutus. Ideoque, dum ſollerter attendimus, quantis et quam grandibus prædicta diſcordia noſcitur onuſta diſpendiis, quot et quanta pericula ſecum trahit, quam dampnoſa fidelibus redditur, quam graviter turbat et impedit negocium Terræ Sanctæ, quantum ve propterea Deo diſplicere dinoſcitur, anxiamur ut Pater, ſauciamur ut Mater, in intimis turbamur amarius ut amator, nec poſſumus quietis foveri dulcedine, donec prælibatum negocium optatum et celerem exitum, juxta cordis noſtri deſiderium, ſorciatur. Cumque Venerabiles Fratres noſtros, Beraldum Albanenſem et Symonem Peneſtrinum Epiſcopos, Sedis Apoſtolicæ Nuncios, exhibitores præſencium, viros utique profundi Conſilii, literarum ſciencia præditos, ac diverſarum virtutum titulis inſignitos, nec non pacis et concordiæ amatores, ad te, dictumque Regem Franciæ,*

---

1 Km̄ *MS.* *quod idem atque* karum, *non* (*ut in* O.) kariſſimum. *In Tr.* kum̄.

tan-

tanquam pacis Angelos, licet eorum inviti careamus præſencia, deſtinemus, excellenciam Regiam rogamus, hortamur et obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, quatinus ad divinam et Apoſtolicæ ſedis reverenciam memoratos Epiſcopos, magnas utique columpnas Eccleſiæ, tuique honoris et famæ fervidos amatores, tanquam Filius benediccionis et graciæ, recipiens, honeſte proſequens, et honorificencia condigna [1] *protractans, attente audias, diligenter intelligas, et efficaciter ſtudeas adimplere. quæ ipſi, et eorum quilibet, coram te ſuper eodem negocio duxerint proponenda, ſic te in hiis devote ac prompte, ut ſperamus, habiturus, et cupimus, ut, difficultatis et repulſæ cujuſlibet more profugato, Regiæ devocionis ſinceritas exinde clarius eluceſcat, tuæque famæ præconium, quamvis amplum et diffuſum, in ſeculo propenſius augeatur, ac Sedis Apoſtolicæ graciam, quæ circa Filios devotos exhuberat, habundancius merearis. Dat. Laterani X°. Kal. Marcii, Pontificatus noſtri anno primo.* A. D. 1295.

De Reſponſione Regis.

CUMQUE in adventu Cardinalium nondum eſſet reverſus Rex à Wallia poſt guerram, quam ibi finierat, præcepit Rex, ut honorifice tractarentur Londoniiſque moram facerent, uſque Advincula beati Petri ipſius Regis adventum præſtolantes. Ad quem diem ipſe Rex, pacificata Wallia, et omnes Magnates tam Cleri quam Populi, ſpecialiter ad hoc vocati, comparentes, ipſos Cardinales honorifice et cum gaudio ſuſceperunt. Cumque, facto ſilentio, uterque Cardinalis pacis Sermonem faceret, et multa viciſſim de bono pacis introducerent, in fine tandem concludentes, ipſum

---

1 *L. cum Tr.* pertractans.

Re-

A. D. 1295. Regem, tanquam pacis Zelatorem et Filium Catholicum, rogaverunt, ut, tanquam Princeps piiſſimus et pacis Filius, dignaretur animum ad pacis bonum inclinare. Reſponſumque eſt eis ex parte Regis, quod deliberato conſilio Rex ad interrogata et rogata reſponderet die tercia. Erat autem Thema unius Cardinalis, *Da pacem, Domine, in diebus noſtris*, alterius vero, *adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, et inperet ſic et facere pacem.* Adveniente die tercio, et congregato Concilio, Frater Willelmus [1]Hothom̄ prædicavit in Latino, ſicut Cardinales fecerant, aſſumpto Themate hoc: *Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam*, reducens in parte ſic, quod Rex noſter, tanquam veræ obedienciæ Filius paciſque Zelator, paratus erat audire Apoſtolica mandata, tanquam cœlitus eciam emiſſa. Finitoque Sermone, brevi ſtatimque, ex præcepto Regis, recitabatur in Gallico totus proceſſus ſupraſcriptus, quomodo ſcilicet inter Reges ipſos guerra exorta eſt et uſque in eundem diem continuata, ut ipſi, qui Mediatores pacis exiſterent et promotores, videre poſſent et dinoſcere, quis Regum juſticiam haberet in cauſa, vel quis in juſticiam conſonaret. In fine vero tocius longæ recitacionis ſupraſcriptæ ſurrexit Antonius Dunolmenſis Epiſcopus, et ex parte Regis reſpondit ſic in Gallico: *Vos, Domini Cardinales, rogaſtis et requiſiſtis Dominum noſtrum Regem pro plena pace concedenda, vel bonis ſaltem Treugis diucius amplectendis, et licet unuſquiſque Chriſtianus et fide Catholicus pacem velle debebit, et eam amplecti racione bonorum, quæ ex ea ſecuntur, et propter ejus contraria et immenſa mala, quæ ex guerra proveniunt et ex ſedicione*

1 Hoton T.

naſcuntur, tamen fidelitatem juratam et promiſſam fidelitatem tenere deberent homines univerſi, unde ipſe Dominus Rex reſpondet vobis ſic: Quod talis confœderacio inter Regem Alemaniæ et ipſum jam nunc inita eſt, et per Sacramentum confirmata, quod neuter eorum abſque altero cum Rege Francorum pacem [1] *faciet, vel treugas concedat quoquo modo. Cujus rei cauſa ipſo non requiſito, vel diſſenciente, nec pacem facere poteſt nec treugas concedere vult.* Quo ceſſante loqui, confeſtim Cardinales ipſum Regem rogaverunt, ut, ex clemencia Regia, annuere dignaretur, Nuncios ſuper hoc Regi Alemaniæ deſtinare. Et datus eſt dies craſtinus ad reſpondendum. Craſtina autem die cum convenirent iterum univerſi, idem Dunolmenſis in Gallico ſic ait: *Domini Kariſſimi, requiſiſtis heſterna die Dominum noſtrum Regem de duobus, ſcilicet, quod ex gracia ſua mera dignaretur mittere ad Regem Alemaniæ, ut ejus animum alliciat ad pacem annuendam et plene confirmandam. Alio, quod ſcilicet treugas concederet uſque certum tempus, infra quod de plena pace tractari poſſet, vel ipſas ſaltem treugas ulterius prorogare. Ad primum Articulum reſpondet vobis Dominus noſter Rex ſic: Quod, racione et reverencia Romanæ Eccleſiæ, quæ tocius Orbis capud eſt et Magiſtra, et occaſione perſonarum veſtrarum, qui illius Eccleſiæ eſtis membra, habitaque conſideracione veſtri laboris et longi itineris, liberaliter concedit vobis Rex Nuncios ſuos ſuper hoc ibidem deſtinare. Ad aliud ſic: Satis vobis conſtat et omni populo, quod exercitus Regis Franciæ et gens ſua tota jam parati exiſtunt, ut ſibi et ſuis inferant mala quæ poſſunt, ſicut hucuſque fecerunt, in terra et in mari, unde Regi non eſſet ſecurum ſuis præcipere, ne ſe defenderent, niſi ex parte altera eſſet* [2] *inhibitum velle, ſtatim et ipſe ſuis hoc illud idem*

A. D. 1295.

---

1 Faceret, vel treugas concederet *T.* Faciet, vel treugas concederet *Tr.* 2 *L. cum Tr.* inhibitum, ut ulterius non pro-

A. D. 1295. *præcipiendo mandabit, ſed ante non.* Factoque tali Reſponſo, et accepta licencia, reverſi ſunt Cardinales in Franciam, unde prius venerant; ſed non ſunt reverſi vacui, numo burſas vacuantes. Ex unoquoque enim Capitulo Cathedrali vel Collegiato per totam Angliam, nomine procuracionis et expenſarum, ſex Marcas Argenti habuerunt, et hoc ex conceſſione Papali, præter alia multa. Et [1] ubi Religioſorum pauperum, vel ſanctarum [2] nominalium, propter tenuitatem, non ſufficerent per ſe, adjungebantur eis circum adjacentes Eccleſiæ Parochiales, ad ſolucionem peragendam; ita quod Papale privilegium non remaneret vacuum, nec deficeret obolus in ſumma. Sequenti vero anno reverſus eſt unus eorum, cum eſſet tunc Rex in guerra Scociæ apud Berewyk, ut de præmiſſis reſponſum acciperet, et interim miſſi Nuncii ad Regem Alemaniæ reverſi ſunt, nunciantes, quod nec pacem voluit, nec ullum amorem, ſicque reverſus eſt ille Cardinalis infecto negocio. Reliquit [3] cum ibidem octo perſonas ex ſuis [4] interfectos [5] & Scotis, [6] qui ad quærendum fenum et paleas die quadam cum aliis proceſſiſſent, et incaute procederent, à Scotis circumſepti ſunt et interfecti. Iterumque expenſas accepit idem Cardinalis, videlicet, ſecundum taxacionem Wynthonienſem et

---

proſequerentur: propter quod vobis reſpondit, quod quam cito conſtiterit ei, regem Francorum ex parte ſua hoc inhibuiſſe, vel inhibere velle, ſtatim *&c.* *Multa hîc loci deſunt in T.* 1 *L. cum Tr. & T.* ubi capitula religioſorum *T.* 2 *L.* monialium, *cum T. & Tr.* 3 Tum *T.* Cum *in* tamen *mutavit cl. Stillingfletus in* O. *id quod placet. Nam & ita etiam Tr.* 4 *Sic. Neque aliter Tr. Maſculinum itidem & alibi in Codd. vett. pro feminino.* 5 *Lege*, à Scotis, *cum T. & Tr. Atque ita etiam in* O. *correxit cl. Stillingfl.* 6 *L.* qui quum ad *ex Tr.*

Lin-

Lincolnienſem, de unaquaque marca IIId. Eodem anno Clerus decimum, Cives ſextum, populus duodecimum denarium Regi contulerunt. A. D. 1295.

Obiit Robertus de Bruys.

EODEM anno in terra ſua Vallis Anandiæ apud Loghmaban obiit nobilis ille [1] ubi Dominus Robertus de Bruys quartus in Cœna Domini, qui, ut ſuperius tactum eſt, circa ſucceſſionem Regni Scociæ cum Johanne de Balliolo coram Rege Anglorum diſceptavit, et, ut vivens ipſe juſſerat, ſepultus eſt in domo noſtra Giſſeburn̄ juxta Patrem ſuum Dominica ſecunda poſt Paſcha, XV. Kalend. Maii, cum ſummo honore, ut decuit, et reverencia magna. Hic toto tempore vitæ ſuæ glorioſus extitit, facetus, dives et largus, et habundavit in omnibus in vita et in morte.

Obiit Gilbertus, Comes Glouceſtriæ.

EODEM anno obiit Gilbertus, Comes Glouceſtriæ, qui [2] Jophanam, filiam Regis Edwardi, duxerat in Uxorem, et puerum parvulum, Gilbertum nomine, reliquit Heredem tenerum, ex eadem Jophan procreatum, poſt mortem cujus ipſa Johan, contra voluntatem Patris ſui Regis, infra eundem annum, ſim-

---

1 *L.* vir *pro* ubi, *cum Tr. quo modo equidem legitur etiam in O. ſcriba nimirum, corruptelam eſſe, recte judicante. Sed vox penitus omittitur in T.* 2 *Rectius, cum T. & Tr.* Johannam. *Nec tamen fugit, olim nonnullos* ph *pro* h *amâſſe. At in noſtro Codice* Johannam *eſſe reponendum vel hoc probat, quod mox infra in noſtro Codice Arundelliano* Johan [*repone*, Johanna, *cum Tr.*] *legatur.*

A. D. 1295. plicem ſibi Militem, nomine Radulfum de Montermere, de Epiſcopatu Dunolmenſi oriundum, qui viro ſuo Comiti militaverat, ſibi matrimonio copulavit, qui in poſterum, per ſtrenuitatem ipſius et induſtriam, in magnum crevit virum, Comeſque Glouceſtriæ appellatus eſt.

Obiit Johannes Archiepiſcopus.

EODEM anno quaſi finiente, ſcilicet in Quadrageſima, obiit Johannes Romanus, Archiepiſcopus Eborum, à Johanne Romano, quondam Eborum Eccleſiæ Theſaurario, et quadam pediſſequa procreatus. et bene Romanus, quia à Romano Patre Romanam cupiditatem extraxit, et cum magnus eſſet Theologus, et [1] hē valde literatus, non tamen multæ literæ, ſed avaricia maxima eum fecit quaſi inſanire. Sitivit enim valde pecuniam et ſubſtanciam aliorum, unde, juſto Dei judicio, contigit, ut, qui ſubditorum bona, et maxime ab inteſtatis, ſitiret, ſubita quaſi morte præventus, nullum vel modicum ex Teſtamento proprio conſecutus eſt emolumentum. Executores enim ſui ſe intromittere noluerunt, ita quod non de proprio, ſed pocius alieno, fiebant expenſæ funerum, et in Eccleſia ſua cum honore ſimplici repoſitus eſt. Non enim Panis vel Obolus pro anima dabatur ipſius. Hic viſitacionem Dunolmenſis Eccleſiæ, quam prædeceſſor ſuus jure et juriſdiccione Eborum Eccleſiæ vendicaverat, accepta (ut dicebatur) pecunia, dormire ſuſtinuit. Obe-

---

1 hō *repoſuit cl. Stillingfletus in* O. *Et recte. Nam* homo *utique legend. eſt. Hîc perplura deſiderantur in T. In Tr. autem* hoc *pro* hō *perperam legitur.*

dien-

dienciam eciam Dunolmenſis Epiſcopi, quam primo pompoſe pecierat, appellacione interpoſita, ſegniter proſecutus eſt. Huic ſucceſſit Henricus de Newerk, ejuſdem Eccleſiæ Decanus, electus [1] et Fratribus die Veneris proximo ante Aſcenſionem Domini anni [2] ejuſdem' milleſimi CCi. nonageſimi ſexti, qui, miſſis ad Papam Nunciis, eo quod perſonaliter adire non poſſet, propter exoſam guerram inter duos Reges periculoſiſſime continuatam, per Bullam ipſius confirmatus eſt in anno ſequenti, et iterum miſſis Nunciis pro Conſecracione et Pallio, ex diſpenſacione ejuſdem Papæ Bonefacii conſecratus eſt in Eccleſia ſua Eborum per Antonium, Dunolmenſem Epiſcopum, cui commiſerat Papa poteſtatem hanc ſpecialem, Dominica ſcilicet ſecunda poſt Feſtum Sanctæ Trinitatis, XVII°. ſcilicet Kal. Julii, Anno Domini M°. CC°. XC°. [3]V°. A. D. 1295.

Dominus Edmundus, Frater Regis, tranſſretavit.

EODEM anno tranſſretavit in Vaſconiam, ex præcepto Regis, Dominus Edmundus, Frater ejus, cum Comite Lincolnienſi, aſſociatis eis XXVI. Banerettis, et VIIC. armatis cum plebe multa, applicueruntque circa Medium Quadrageſimæ apud Burgum et Blaynes, manſeruntque ibidem cum noſtris, quos in eorum adventu congratulantes invenerant, uſque Paſcha, et congregati ſunt ad eos Vaſconienſes multi et ceteræ Naciones, ita quod in brevi creverunt [4] in nu-

---

1 *Lege*, à *pro* et, *cum T. & Tr.* 2 *Abeſſe malim cum T. Sed in Tr.* ante aſſentionem Dominicam anni ejuſdem Domini MCCXCI ſexti. 3 *Rectius cum Tr.* VIII°. 4 *Omittit T.*

merum'

A. D. merum" pluſquam duo milia armatorum. In Ebdoma-
1295. da vero [1] Paſchæ, die Mercurii, moverunt ſe, et ex op-
poſito de Burdews fixerunt caſtra ſua, à Civitate quaſi
per unam leucam. Quod videntes Cives, exierun
cum Francis, ut eis occurrerent. Mutuo enim vide-
bant ſe, et ad congrediendum feſtinabant. Noſtri [2] cum
expectabant, et in parte retraxerunt ſe, quaſi fugam
ſimulantes, quouſque ſeperarentur ab Urbe ſpacio ma-
gno, et tunc verſis vultibus eos in Urbem retrocedere
compulerunt, cæſiſque quaſi duobus milibus, alios in-
ſecuti ſunt uſque ad Portas Civitatis. Quidam eciam
ex noſtris ingreſſi ſunt cum eis, et demum demiſſa por-
ta, [3] præcluſi ſunt et retenti. Inter quos erant illi duo
fratres de Manley, Domini Robertus et Johannes, qui
poſtea redempti ſunt dato precio. Mane autem facto,
timentes Cives [4] obſidiam ī continuari, appoſuerunt
ignem in domibus Suburbanis, quæ muro adhærebant.
Et interim [5] egreſſi marinarii noſtri, ceteras domos Sub-
urbanas accendebant. Ita quod in ipſo die Jovis to-
tum quaſi Suburbium vorax flamma conſumpſit. Die
autem Veneris, cum Urbem fortiſſimam noſtri [6] oppu-
gnare non poſſent, eo quod ligneas machinas non ha-
berent, profecti ſunt uſque Langon̄ ultra Ryons per
tres leucas, ubi Dominus Villæ ejuſdem in eorum ad-

---

1 *Recte* Paſchæ *non* Paſchatis, *ſicuti ex Voſſii diſcimus Ariſtarcho*, (*de Annal. l.*I. *c.*XX.) *ubi docuit Latinis primæ potius eſſe declinationis, quam tertiæ, neutrumque eſſe, ſive primæ ſive etiam tertiæ ſit inflexionis. quod monendum duxi, quia in Cod. noſtro Arundelliano* Paſch̄ *exaretur, quod* Paſchatis *forſitan nonnemo alioquin denotare cenſuerit. Et tamen* Paſchæ *plene, non compendiariò, in T. & Tr.* 2 *Malim*, tum. *Deeſt in T.* 3 Recluſi *T.* 4 Obſidionem continuari, *T. & Trin. Atque ita quoque correxit cl. Stillingfletus in O.* 5 Ingreſſi *T. & Tr.* 6 Expugnare *T. & Tr.*

ventu,

ventu, Francis effugatis, tradidit eis [1] vula liberam, et morati ſunt ibidem per tres dies, miſeruntque interim ad Sanctum Macharium, ut Villam redderent. At illi, petitis et optentis tridualibus induciis, miſerunt Burdegalim, ut auxilium mitterent, et, accepto reſponſo quod non poſſent, tradiderunt ſe noſtris [2] in villam reddiderunt. Caſtrenſes tamen tenuerunt Caſtrum, et obſeſſi ſunt à noſtris tribus Ebdomadis, non tamen expugnati. Interim vero venerunt quinque Burgenſes Burdegalenſes ad Dominum Edmundum, loquentes ſecrete et componentes [3] pro eo, pro quinquies mille librarum Argenti, ut Civitatem Burdegalenſem eidem traderent in aurora à ſecundæ diei dato cum hoc ſigno et inito pacto, ut cum eſſent Urbem ingreſſi, parcerent univerſis, qui ſigno Sancti Georgii munirentur. Dumque reverterentur ad Urbem illi quinque, proditi ſunt, capti et incarcerati, et poſt dies paucos patibulis ſuſpenſi. Venientibus autem noſtris ut ingrederentur ad libitum, repulſi ſunt à Civibus, qui eorum adventum præcognoverant, et firmiſſime clauſerant portas Civitatis, initoque conſilio, cum ſe illuſos ſic cognoſcerent, nec ſecurum haberent locum, quo declinarent, profecti ſunt omnes uſque Bayun et honorifice ſuſcepti ſunt. At ubi Dominus Edmundus multos jam ſtipendiarios convocaverat, et multos theſauros exhauſerat, velud homo facetus et largiſſimus, cum jam tantam Miliciam retinere non poſſet, eo quod non [4] haberet ſtipendia, decidit vultus ejus et infirmatus eſt circa Pentecoſten, et ſic deficiente pecunia defecit et ſpiritus, et poſt dies paucos viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, præcepitque noſtris, ut aſportarent eum ſecum, nec ſepelirentur

A. D. 1295.

---

1 *L.* villam, *cum* O. *T. & Tr.* 2 *L.* &, *cum T. & Tr.* 3 Cum eo, *T. & Tr.* 4 Haberent *T.*

oſſa

A. D. 1295. ossa sua, nisi cum solverentur et debita, feceruntque sic. Et post Treugas initas, reduxerunt secum ossa ad fratrem suum Regem, et per eum honorifice sepultæ sunt apud Westmonasterium Londoniis.

Confusi sunt nostri secundo in Vasconia.

POST mortem Domini Edmundi, præficitur nostris Comes Lincolnienſis, de consensu tocius exercitus, homo quidem facetus, pulcherimus et strenuissimus. Hic cum aliquantisper recreasset exercitum, circa Festum Sancti Johannis Baptistæ egressus est, et obsedit urbem Hays per VII Ebdomadas, et singulis fere diebus insultum fecit ad Urbem. At illi obsessi, de strenuitate et juventute confidentes, multociens exierunt, et post conflictum aliqualem iterum ingressi sunt. Tandem vero cum audissent nostri, quod Comes de Arthoys veniret in auxilium ceterorum, reversi sunt usque Bayon. Iteratoque post tempus modicum exierunt quidam ex nostris versus partes Tholosanas, et multas villas et urbes incendio concremarunt, reversique sunt contra hiemem cum præda magna. Tunc licenciati sunt multi ex Anglicis, scilicet vulnerati, debiles et inbecilles, et cum Domino Willelmo de Vescy (qui infirmabatur) [1]cum ceteris[1] in Angliam reversi sunt. Circa Purificacionem beatæ Virginis, miserunt ad nostros, qui erant apud Bayon̄, Cives de Belegarde, et alii quidam ex nostris, qui in eorum auxilio missi fuerant, cum obsiderentur à Francis, quod, victualibus fere deficientibus, aut necessario oporteret in proximo eis succurrere, aut obsessos fame deficere, vel, quod

---

1 *Desunt in T.*

ab-

abhorrerent in inmenſum, in manus hoſtium ſe tradere. Quo audito, feſtinavit Comes, qui noſtris præerat, et, præparatis neceſſariis, profectus eſt cum VIC. armatis, et X. milibus peditum electorum, manſitque eodem die in veſperis apud Perforarde. Mane autem facto, continuavit inceptum iter uſque ad horam undecimam, volens, ſi poſſet, eodem die obſeſſis ſubvenire. Et erant omnes armati et bene muniti, quia ſuſpicabantur hoſtes in proximo. non tamen de certo ſciebant, gradiebanturque per turmas ſuas, tribus diſtinctas aciebus, portantes frumenta et onera inter ipſas ſuas turmas. Cumque non diſtarent ab Urbe niſi per tres leucas modicas, et eſſet ipſa dies multum inclinata, ſilvam [1]quadam modicam, quæ erat in via, tranſire feſtinabant. Egreſſa autem acie prima [2] et ſilva, occurrit eis in plena planicie Comes de Arthoys cum mille quingentis armatis, per quatuor acies diſtinctis et ſeperatis. Congredientibus ergo duabus primis aciebus, retrocedere fecit alios acies noſtra uſque ad ſecundam aciem, qua conjuncta cum prima, et ſuperveniente tercia, verterunt ſe noſtri, et alii inſecuntur. Interim tranſierunt noſtri, qui in ultima cuſtodia erant, et obviantes quartæ aciei ipſius Comitis, ipſam in velocem fugam quaſi pro nichilo converterunt, et facta eſt obſcura nox, ita quod nullus cognoſceretur ab altero, niſi lingua materna loqueretur. Diſperſique ſunt noſtri, et eciam Franci, neſcientes bene, qua parte diverterent, quouſque [3]luna luceret, vel lingua manifeſtarentur propria, A. D. 1295.

---

1 *L.* quandam *cum O. T. & Trin.* 2 A *pro* et *in T. & Tr.* 3 Luna luceret. Sed eos lucente tandem luna, declinaverunt Franci ad urbes finitimas, & quidam ex noſtris interfecti erant cum ipſis: Qui cum ex ipſa luce vel lingua manifeſtarentur propria, capti ſunt & violenter abducti. Inter

A. D. 1295. capti ſunt et violenter abducti. Inter quos Dominus Johannes de Sancto Johanne captus eſt, et quidam alii, pauci tamen corruerunt gladio, quia [1] adveſperante die facta ſunt hæc, et cooperuerat eos quaſi ſubita caligo, nec erant pedeſtres hinc vel inde, qui projectos armatos ſpoliarent vel interimerent. Noſtri enim pedeſtres remanſerunt in nemore, nec boni quicquam exorſi ſunt. Ex armatis autem noſtris trecenti viri proceſſerunt [2] Beleregard, ſed tamen à Civibus, qui jam hoc factum audierant, admiſſi non ſunt, ſed clauſis januis inproperabant eis, quod ſuos conſocios et Comitem ſtrenuiſſimum tam vecorditer reliquerunt, proceſſeruntque eadem nocte ad Sanctum Cynerum per quatuor leucas, et ibi recepti ſunt. Suſceperunt tamen [3] alios et profundo noctis venientes, et eorum conſilio freti, egreſſi ſunt in aurora diei ad locum pugnæ, colligentes ſpolia multa, et frumentum, quod portaverant, aſportantes. Comes autem noſter cum multis aliis magno noctis ſpacio vagans, cum jam neſciret quo diverteret, per eandem viam reverſus eſt, qua et venerat, et mane, hora quaſi tercia, venit ad Perforade, ubi prius pernoctaverat, et invenit ibidem multos ex ſuis [4] ieſtos quidem de ejus abſencia, ſed de præſencia jam gaudentes, eo quod ſalvum eum receperant. Reverſuſque eſt uſque Bayonum cum Domino Johanne de Britannia, et toto comitatu, congregatique ſunt ad eum [5] et in ſequenti Quadrageſima omnes diſperſi ſui et profugi, et in ſequenti Æſtate moverunt ſe verſus partes Tholoſanas, [6] incendentes et villas quas poterant, et ſævientes

---

quos *Tr.* *firmatque* *T.* 1 Adveſperaſcente *T.* 2 Uſque Velegarde, *T.* Uſque Belegarde, *Tr.* 3 Alios in prof. *T.* & *Tr.* 4 *L.* mœſtos *cum T. & Tr. quo modo etiam corrigitur in O.* 5 *Deeſt in T. & Tr.* 6 Incendentes urbes & villas *T.*

[1] gla-

[1]gladio perimentes usque ad Festum Sancti Michaëlis. A. D. 1295.
Removeruntque obsidionem Sancti [2]Katerini, quam Tholonenses fecerant, et reversi sunt cum præda magna usque Bayonum, hyemaveruntque ibidem usque post Dominica Natalicia. Et cito post, accepto mandato à Rege nostro de treugis initis, reversi sunt in Angliam circa Pascha.

Scoti rebellare cœperunt contra Regem, et quo modo.

EODEM anno, scilicet millesimo CC°.XCV°. Scoti, homines inquieti, leves et instabiles, subsequenti modo contra Regem Angliæ rebellare cœperunt, credentes excutere jugum debitæ servitutis. In primis Regi suo [3]simplici" suggesserunt, occasione expensarum alleviandarum, ut omnes Anglicos, quos sumptuosissime retinuerat (ut dicebant) à Curia sua removeret, et caute quidem hoc, ne eorum sedicio per Anglicos in primo suo fomite panderetur. Interim, dum Rex noster ad Regem Scotorum literas dirigeret, ut in guerram suam contra Regem Franciæ robur exercitus in parte mitteretur, excusatoria impotenciæ et quasi brevis responsio datur. Multiplicantur iterum preces et præcepta non tantum ad Regem, immo et ad Magnates Terræ, et semper responsiones frivolæ [4]querebatur, eo quod conjuraciones eorum validæ nondum complerentur ad votum. Tenuerant enim Parliamentum suum apud Scone, in quo, ad modum Francorum, XII Pares ordinaverant, quatuor scilicet Episcopos, quatuor Comites, quatuor Barones, quorum consilio

---

1 Igne & gladio usque *T. & Tr.* 2 *Sic MS. At* Kyan *in T. &* sc̄i Kather' *in Tr.* 3 *Omittit T.* 4 Quærebantur *T. & Tr. recte. Atque ita etiam in O. emendavit cl. Stillingfl.*

A. D. 1295. et ordinacione ex tunc tota Scocia regeretur. Nuncios eciam, in compoſicione ſequenti nominatos, ordinaverant, mandantes, ut cum omni feſtinacione ad Regem Franciæ properarent, fœduſque inirent cum eo meliori modo quo poſſent, quod et ipſi fecerunt in hunc modum.

Scoti inierunt Fœdus cum Rege Francorum.

PHILIPPUS, Dei gracia, Francorum Rex, univerſis &c. *Inter alia, per quæ Regnancium et Regnorum exaltacio procuratur, adquiritur pacis et tranquillæ quietis amœnitas, ac felici et proſpero ſtatui conſulitur ſubditorum, illud videtur attenta conſideracione præcipuum, ut inter Reges et Regna ſolidæ caritatis unitas et fidelis amicitiæ fœdera nutriantur, ſicque Reges et Principes, ad propellendas injurias et* [1] *domandas* [2] *injurias et insolencias perverſorum, ac reprimendas inpugnaciones hoſtiles, ſibi invicem pro zelo juſticiæ affectuoſe* [3] *aſſiſtunt, et exhibent cum cauſa amabiliora caritatis; ita quod alter alteri aſſiſtat in proſperis, et non deficiat in adverſis, ut ſaltem oportunæ defenſionis remedio, pacem odiencium repreſſis ſalubriter injurioſis impulſibus, pacis optatæ dulcedo proveniat. In cujus plenitudine devoti pacis filii pacis auctori eos devocius quo tranquillius famulentur, ſane inclitus Princeps Johannes, Scociæ Rex illuſtris, ſpecialis Amicus noſter, præmiſſas utilitates et commoda prudenter attendens, venerabiles Patres W. Sancti Andreæ et Mathæum Dunkeldenſem Epiſcopos, ac Johannem de* [4] *Soules et Imgramum de Umframvyle, Milites, Nuncios procuratores ſuos ad hoc ſpecialiter conſtitutos, prout in quibuſdam*

---

1 Demendas *T.* 2 *Deſunt in T. & Tr. Et quidem delend. eſſe viderat etiam cl. Stillingfl. qui proinde in* O. *lineolam ſub iiſdem poſuit.* 3 Aſſiſtant et exhibent *T.* 4 Soleys *T.*

pro-

procuratoriis Literis inde confectis, ipſius Regis Sigillo munitis (quarum tenores de verbo ad verbum inferius ſunt conſcripti) ad nos, pro contrahendis confœderacionibus et amicitiæ fœderibus pro futuris ſpecialiter deſtinavit. Nos itaque, ipſius Regis votis laudabilibus in hac parte grato concurrentes animo, ut hujus confœderacionis affinitas et amicitiæ fructuoſæ contractus eo fervencius vigeat ſtabiliuſque duret, quo melioribus firmatus auſpiciis nexuque [1] conſtrictus fuerit forciori, actum, conventum et [2] concordatum inter nos, de voluntate et aſſenſu Kariſſimi germani noſtri et fidelis Karoli, Valeſiæ et Andegaviæ Comitis, et procuratores prædictos procuratorio nomine dicti Regis Johannis, quod inter Edwardum, primogenitum Filium Regis Scociæ, futurum Regem Scociæ, et qui per convencionem expreſſam, habitam cum procuratoribus prædictis, ſucceſſurus eſt eidem Regi in Regno Scociæ, et aliis terris ſuis, et primogenitam filiam germani noſtri prædicti, matrimonium contrahatur. Cui Regi, nomine dicti filii ſui, promittimus nos, et Succeſſores noſtros, [3] futuros et effecturos dare in matrimonium cum prædicta filia XXV. *millia [4] Turnorum parvorum in pecunia numerata, idemque Rex præfatæ filiæ Mil. quingentas libras Sterlingorum annui redditus, in dotalicium ſeu donacionem propter nupcias, dare et aſſignare tenebitur, de quibus* $\overline{\text{M}}$. $\overset{\text{C}}{\text{V}}$. *libris annui redditus in terris cum juriſdiccionibus et inſtitutis omnimodis, ad coronam Regiam non ſpectantibus, in locis infra ſcriptis, videlicet in Balliolo [5] Dampitran, de Holitore, de Horney in Regno Franciæ, necnon de Lanark, de [6] Kydeon̄, de Maſdeley, de Conigham, de Hadyngton̄, et in Caſtro de Dun-*

A. D. 1295.

1 Conſtructus *T.* 2 Concordatum exiſtit inter *T. & Tr.* 3 Curaturos & effecturos dari *T. & Tr.* 4 Turonum *T. & Tr.* 5 Dampiptr. *T.* Daumpitran, *Tr.* 6 Kydon, de Maldeſey, de Cuningham, *T.* Kydyon, de Maldeſley, de Cunnyngham, *Tr.*

de

A. D. 1295. *de in Regno Scociæ, cum pertinentiis locorum ipſorum, aſſignabit eidem: Ita quod ſi redditus et proventus locorum ipſorum dictam ſummam Mil. V^c. li. Sterlingorum annui valoris excedant, illud, quod ſuperhabundabit ultra ſummam eandem, præfato Domino Regi Scociæ remanebit. Et ſi quid de ipſa ſumma deerit, idem Dominus Rex de aliis redditibus ſuis, in Regno Scociæ conſtitutis, integre ſuplere teneatur, vel eaſdem* M. *ſi maluerimus,* [1] *nec reſiduas V^c. li. ſic percipiendas in burſa et in certis locis annuatim ad duos terminos, ipſamque bene aſſecurabit de dotalicio antedicto habendo et percipiendo ab eo poſt matrimonium contractum et mortem dicti filii, quam diu vitam duxerit in humanis. Quod ſi dicti futuri conjuges à dicto Rege velint fortaſſe diſcedere, dicto dotalicio in vitam eciam Regis ejuſdem libere perfruantur, et ſi ſucceſſu temporis prædictus Rex ad ſancta vota tranſire voluerit, noſtrum ſuper hoc conſilium requirere vel* [2] *communicare debebit. Idem quoque Rex, more juſti Principis, tum ex fervore juſticiæ, tum eciam ex zelo dileccionis internæ, quam ad nos, dominacionem noſtram ſolùm, et incolas Regni noſtri habere dinoſcitur, moleſte ferens graves injurias, enormes exceſſus, impugnaciones* [3] *hoſtiles et ſubditos noſtros, tam per terram quam per mare, multipharie multiſque modis oſtendiſſe dinoſcitur et* [4] *oſtendere continue ſatagit et conatur, ac propterea, ut et* [5] *nos ſucceſſores noſtros ſibi et ſuis ſtriccius mutui amoris alliget affectibus, ad repreſſionem ſalubrem injuriarum, impugnacionum et aggreſſionum hujuſmodi, nobis efficaciter et potenter reſiſtere gratuita ama-*

---

1 Nec non riſiduas *T. & Tr.* 2 Cogitare *T.* 3 *Lege ex T.* hoſtiles, & aggreſſiones iniquas hujuſmodi, [quibus] Rex Angliæ, violato fidelitatis debito, quo nobis tenebatur aſtrictus, in nos, fideles et ſubditos noſtros, *&c. Neque aliter in Tr. niſi quod* cujuſmodi *pro* hujuſmodi *habeat.* 4 Offendere *T. & Tr.* 5 *L.* nos & ſuc. *cum T. & Tr.*

bi-

bilitate diſponens, dictis commiſit procuratoribus, ipſique pro- A. D.
curatorio nomine ejuſdem Regis ac pro eo nobis promiſerunt 1295.
expreſſe, quod idem Rex Scociæ in prædicta guerra, quam contra dictum Regem Angliæ, fautores, confœderatores, tam Regem Alemaniæ, quam alios quoſcunque gubernatores ejus, habemus, nobis et ſucceſſoribus noſtris, ſi ad eos guerra huiuſmodi prorogetur, totis viribus ſuis, et Regni ſui, tam per terram, quam per mare, in Anglia publice et patenter aſſiſtent, ac præſtabunt conſilium et auxilium oportunum. Et ut præfati Regis Angliæ injurioſi conatus eo [1] *commedius reprimantur, idemque Rex à perverſis ſuæ hoſtilitatis incurſibus eo cicius reſilire cogatur, quo magis fuerit aliis occupatus, dictus Rex Scociæ ipſi Regi Angliæ guerram propriis ſumptibus et expenſis toto* [2] *poſſe, quociens fuerit oportunum, et incolarum eciam Regni ſui nobis inceptam guerram proſequentibus ac manutenentibus, movere ac continuare curabit. Promiſerunt inſuper Procuratores præfati procuratorio nomine præfati Regis Scociæ, eundem Regem curaturum et effectuum, quod tam Prælati, quatenus eis de jure licebit, quam Comites, Barones et alii Nobiles, necnon et Univerſitates ac Communitates villarum Regni Scociæ, erga nos, et Succeſſores noſtros, in prædicta guerra pari modo in omnibus, ſicut dictum eſt ſuperius, ſe habebunt, dictoque Regi Angliæ ſimili modo totis viribus ſuis guerram incipient et facient, ſicut ſuperius eſt expreſſum, quodque tam Prælati, quam Comites, Barones et alii Nobiles, necnon Univerſitates Comunitaſque notabiles dicti Regni Scociæ ſuper hoc nobis ſuas Patentes Literas, ſuis munitas ſigillis, quamcicius fieri poterit,*

---

1 *L. cum T. & Tr.* commodius, *quo modo & ipſe etiam cl. Stillingfl. correxit in* O. 2 Poſſe ſuo, & incolarum, & Regni ſui toto poſſe, quotiens fuerit oportunum, nobis inceptam *Tr. Neque aliter T. niſi quod* toto poſſe *mox poſt* ſui *omittat.*

de-

A. D. 1295. *deſtinabunt. Conventum fuit ſiquidem inter nos et procura-tores prædictos, nomine quo ſupra, quod ſi prælibatum Regem Angliæ coadunatis viribus ſuis Regnum Scociæ per ſe, ve per alium, invadere contigerit, poſt guerram, ad requiſicionem noſtram, per dictum Regem Scociæ cœptam, vel poſt con-fœderacionem præſentem vel affinitatem inter nos initam, oc-caſione earundem, nos, dummodo ex parte ipſius Regis Scocia ſuper hoc congruo tempore fuerimus præmuniti, ſibi ſubſidium faciemus, ipſum Regem Angliæ per partes alias occupando, ut ſic ab incepta invaſione prædicta ad alias diſtrahatur, ve ei in Scociam conveniens adjutorium ſumptibus noſtris, quo-uſque in Scociam venerit, tranſmittendo. Si vero prænomi-natus Angliæ Rex Angliæ terram perſonaliter forte exierit, vel terram ipſam notabili peditum vel equitum armatorum guerra inter nos et ipſum durante, numero vacuaverit, pro-miſerunt Procuratores prædicti procuratorio nomine ſupradi-cto, quod præcipue in hoc caſu dictus Scociæ Rex, cum toto poſſe ſuo, terram Angliæ, quanto lacius ſive profundius pote-rit, intrare curabit, faciendo guerram bellumque campeſtre, obſidendo, vaſtando, ac Regem Angliæ et terram ejus præ-dictis modis omnibus, ſuis, ut ſupradicitur, ſumptibus, impu-gnando. Actum præterea eſt, et expreſſe conventum, inter nos et Procuratores prædictos, nomine quo ſupra, quod nos de guerra, quam præfatus Scociæ Rex et ſucceſſores ejuſdem contra præfatum Angliæ Regem pro nobis facient, poſtquam guerram ipſam, ad requiſicionem noſtram, fecerint, vel ſi, oc-caſione initæ affinitatis vel confœderacionis, idem Scociæ Rex guerram fecerit ſupradictam, vel Rex Angliæ contra ipſum, occaſione aliquorum ex præmiſſis, nec eciam de prædicta guer-ra noſtra cum ipſis componere aut pacem inire nequibimus vel* [1] *treugam, in pace ſeu treuga, quam de dictis omnibus guerris*

1 Treugam, niſi ipſos [*f.* ipſis] in pace ſeu treuga, quam de dictis omnibus guerris faciemus, *T. & Tr.*

fa-

faciemus, incluſis, nec [1] *ipſa ſimiliter pacem vel treugam de omnibus guerris ſupradictis facere poterunt ſine nobis. Pro quibus omnibus et ſingulis ſupraſcriptis tenendis, adimplendis et inviolabiliter obſervandis, obligamus dicto Scotorum Regi et Succeſſoribus ſuis nos, heredes ac ſucceſſores noſtros, et omnia noſtra et ipſorum bona mobilia et immobilia, ubicunque exiſtencia, præſencia et futura. Tractatus autem, pacciones, convenciones, ac omnia et ſingula ſupradicta, dictus Rex Scociæ ratificare et approbare tenetur, ac ſuo nomine innovare, ac ſuper ratificacione et approbacione, et eciam innovacione, prædictis, ſuas Patentes nobis Literas, ſuo Sigillo munitas, quam cicius fieri poterit, deſtinare.* A. D. 1295.

Tenores vero Procuratoriarum Literarum prædictarum tales ſunt.

Excellentiſſimo Principi, Domino ſuo et Amico, Domino Philippo, Dei gracia, Regi Francorum illuſtri, Johannes, eadem gracia, Scotorum Rex, Salutem in Domino. Noverit veſtra celſitudo, quod nos facimus, conſtituimus et [2] *ordinavimus per præſentes, dilectos et fideles noſtros, venerabiles Patres Willelmum Sancti Andreæ et Mathæum Dunkeldenſem Epiſcopos, et Johannem de Soules et Ingramum* [3] *et Umframvyle, Milites, Attornatos, Nuncios et Procuratores noſtros ſpeciales, ad tractandum vobiſcum (ſi placet) ſuper* [4] *ſponſalibus Matrimonii contrahendis cum ſereniſſima Domicilla Nepte veſtra ſeu Conſanguinea, et Edwardo Primogenito meo et Herede, dantes eiſdem generalem et liberalem ac plenariam poteſtatem et mandatum ſpeciale, ſponſalia et matrimonium prædicta contrahendi, faciendi et perficiendi, quatenus natura contractus* [5] *hujus ſponſalia et matrimonium*

---

1 *L.* ipſi *cum T. & Tr.* 2 Ordinamus *T. & Tr. rectius.* 3 *L.* de. 4 Sponſalibus de matrimonio contrahendo *T.* 5 Hujuſmodi *T.*

A. D. 1295. *inter abſentes contrahi* [1] *promittit et perfici* [2] *et Procuratores ſeu Nuncios, ad hoc ſpecialiter conſtitutos, et omnia et ſingula faciendi, quæ ad dictos contractus ſeu* [3] *compoſicionem pertinent, vel quocunque modo poterunt pertinere, et ſine quibus dicti contractus ſive convenciones rite nequiverint expediri. Ratum et firmum* &c. *Dat' apud Strivelyn̄* III *Non̄ Julii, Anno Domini Milleſimo* CC°. *Nonageſimo quinto.*

Item alia.

Univerſis &c. *Johannes, Dei gracia,* &c. *Noverit univerſitas veſtra, quod nos* &c. ut ſupra, *dantes eiſdem omnibus, tribus aut duobus ex ipſis, generalem et liberam ac plenariam poteſtatem obligandi nos, et Filium noſtrum, et ipſos incolas, ac jurandi in animam noſtram, Filii noſtri, et Regni noſtri incolas, nec non omnia et ſingula faciendi et perficiendi* &c. *Dat' die, quo ſupra.*

Item alia.

Univerſis &c. *Karolus, filius Regis Franciæ, Valeſiæ,* [4] *de Lenton̄,* [5] *Karnon̄ et Andegaviæ Comes, Salutem. Noverit univerſitas veſtra* &c. *nos tractatus et convenciones* [6] *prædictas, ſub modis et convencionibus ſupradictis, gratos & ratos habentes, eos laudamus, volumus et approbamus expreſſe, promittentes nos* &c. *Dat' Pariſius* XXIII°. *die Octobris anno prædicto.*

De Reſponſione Scotorum facta Regi Angliæ.

INITO itaque fœdere cum Rege Franciæ et ſuis, mox erexerunt cornua, et ſe ad pugnam parave-

---

1 Promitti *T.* *Lege*, permittit, *cum Tr.* 2 *L.* per procuratores *cum T.* 3 Conditiones *T. & Tr.* 4 *Potius*, d' Alencon, *cum T.* 5 Karnou *T.* 6 *Sic.*

runt,

runt,convenienteſque,ſtatuerunt ex [1] dicto,quod omnes et ſinguli, qui terras, poſſeſſiones ſeu redditus aliquos in Regno Scociæ tenerent, ſub foriſfactura earundem venirent præparati cum armis ad reſiſtendum Regi Angliæ, et ad faciendum ulterius quod de conſilio XII Parium Rex ipſe diſcerneret faciendum; et quia Anglici multi et Nobiles, qui terras ibidem habebant, ut pote in fide Regis Angliæ fideliter permanentes, ad illud colloquium venire noluerunt, ideo terræ illorum datæ ſunt aliis, qui ex ordinacione communi eas tenerent et defenderent. Illi eciam Nobiles, ſicut et ceteri Anglici univerſi, extunc tanquam hoſtes publici cenſebantur, et eiciebantur à Regno, [2] qui prius ſponte non receſſerant". Inter quos Dominus Robertus de Bruys, filius Roberti quarti, de quo ſupra meminimus, quia ad diem illum venire contempſerat, data eſt terra ſua, ſcilicet Vallis Anandiæ, Domino Johanni Comyn̄ de Boughan, ut eam [3] in Dominio" poſſideret et defenderet tanquam ſuam; quam cum eſſet ingreſſus, mox omnes Decimas noſtras ejuſdem Patriæ ad munitionem Caſtri de Loghmaban abſque ullo precio fecit cariari et violenter retinuit. Rex vero noſter, dum in primo propoſito permaneret, ut ſibi auxilium mitteretur, et illuſus eſſet, et ei tandem proterviter hoc modo reſponſum eſt. Dixerunt enim, *nec Regem illorum, nec ſe teneri in aliquo, nec precibus ejus vel præceptis obſequendum, præcipue cum à fidelitate ſua et homagio illicito, quod à Rege eorum extorſerat per potenciam, à Cœleſtino Papa abſolucionis beneficium fuerant conſecuti.* Quod cum audiſſet Rex, miratus eſt, et, eorum ſedicione cognita, ipſis, tanquam fidelibus ſuis, præcipiendo mandavit, ut, quam-

A. D. 1295.

1 Edicto, *T. & Tr. rectius.* 2 *Omittit T.* 3 *Deſunt in T.*

A. D. 1295. quam auxilium ſibi ferre negarent, hoſtes tamen ſuos Francos vel Flandrenſes non admitterent in terram ſuam, et ſi in fide ſua manere vellent, tria Caſtra nominata, ſcilicet Berewyk, Rokesburgh̄ et Edensburgh̄ ſibi et ſuis, ſaltem uſque ad finem guerræ, Regi Franciæ retinenda, liberarent. Quod quidem ultimum facere contempſerunt, ad primum reſpondendo, dicentes, *terra noſtra libera eſt, et ab omni ſervitute quieta, nec præcepto Regis Angliæ fatemur in aliquo nos aſtrictos. Immo Mercatores Francos vel Flandrenſes, ſeu alios undecumque venientes, abſque ulla perſonarum diſtinccione admittemus ad votum.* Eodem quaſi tempore erant Mercatores Anglici in Portu de Berewyk, quos apprehendentes Scoti in furore ſuo, quoſdam ceciderunt, quoſdam vero detruncaverunt, et eorum quoſdam plena morte peremerunt; fugientibus tamen aliquibus, qui Regi noſtro [1] nunciarent omnia verba hæc. Quæ cum audiſſet Rex, ultra quam credi poteſt [2] admirans, ait, *O! quanta nequicia! O! quanta ſedicio! quis umquam crederet talia? Certe completa eſt jam eorum malicia, nec eſt à nobis ulterius expectandum.* Moxque ex edicto præcepit vocari Regem Scotorum, ſuper auditis hujuſmodi ad diem certum reſponſurum. Qui cum ad diem non veniret neque mitteret, præcepit Rex, ut omnes terræ ſuæ, quas in Anglia tenuit, ſayſirentur. quod et factum eſt. [3] Iterumque Rex comunicato cum ſuis optimatibus ſuis conſilio, vocavit per edictum [4] ipſum Regem Sociæ Magnateſque ſuos, ut primo die Marcii apud Novum Caſtrum ſuper Tynam comparerent, in præmiſſis reſponſuri. Congregatoque interim exercitu immenſo, ad eoſdem diem et locum cum ſuis Optimatibus Rex

1 Nunciarunt *T.* 2 *Sic MS. neque aliter T. atque* O. Adjurans, *T.* 3 Interimque *T.* 4 Johannem *pro* ipſum in *T.*

no-

noſter potenter acceſſit. Cumque vocati non venirent neque mitterent, ſtatuit Rex, de conſilio ſuorum, ulterius eſſe procedendum uſque ad confinia terrarum. Ordinato autem exercitu et numerato, inventi ſunt armatorum in equis armatis quatuor milia, et peditum electorum XXX^ta. milia, præter exercitum Dunolmenſis Epiſcopi, qui quingenti erant in equis armatis et mille Pedites, et præter Wallenſes et Hibernicos, qui nondum venerant, venerunt tamen poſtea, ut in ſuo loco dicetur inferius. proceſſeruntque per turmas ſuas uſque ad confinia Regionum. Scoti eciam in confinio terræ ſuæ manſerunt congregati per turmas ſuas ſperſim ſeperati, ſed ad pugnam præparati, populus multus et præſumptuoſus valde. A. D. 1295.

De ſedicione Roberti de Roos.

CUMQUE Rex noſter in confinio per modicum remaneret, ecce quidam ex noſtris, Robertus ſcilicet de Ros, Dominus Caſtri de Werk, quod ibidem ſituatur in confinio, allectus amore cujuſdam Mulieris de genere Scotorum, quam in Uxorem ducere propoſuerat, Fratri ſuo Willelmo dixit, qui cum eo erat in eodem Caſtro, *Frater mi, Secretum michi quoddam eſt, quod te latere non volo. Confœderatus enim ſum cum genere & gente Scotorum, ita quod de cetero eis fideliter conſiſtam. Nunc ergo veni mecum, et erimus ibi in gentem magnam.* Ad hæc ille, *tace*, inquit, *Frater. Stultum enim eſt, quod in animo concepiſti. Si enim hoc egeris, mors tibi eſt, eriſque in obprobrium Nacionum, et cognacioni tuæ in ſcandalum.* Cumque corripienti non adquieſceret, eadem nocte latenter receſſit, relinquens omnia propter amorem dilectæ mulieris et forte meretricis. Mane autem fa-

A. D. 1295. facto, ipſe Willelmus, frater ejus, ſignificavit Regi omnia verba hæc, rogans, auxilium ſibi mitti, ne forte venientes hoſtes violenter ab eo Caſtrum abriperent. Moxque Rex unum millenarium militem miſit cum mille viris, qui cum in nocte ſequenti in villa de Preſtefen pernoctarent nichil mali ſuſpicantes, ecce ſeductor ille Robertus cum populo Scotorum, qui erant in præſidio Caſtri de Rokesburgh̄, latenter veniens, totam eandem villam [1]clam deſtino [2]circumdixit, dederantque ſignum inter ſe, ſi forte in congreſſu cum Anglicis dubitaretur ab aliquo, quis futurus eſſet Anglicus, vel quis Scotus, ut Anglice diceret dubitans *Tabardum*, reſponderetque ſtatim alter *ſuper tunicam* vel *equo*, et qui mutuo ſic non reſponderent, pro certo haberetur, quod eſſent Anglici, et ſic morte plectendi et trucidandi. Datoque ſigno, et circumdata villa, confeſtim ignem appoſuerunt conclamantes ad invicem, *in mortem Anglorum*. Stupefacti itaque noſtri, et neſcientes, qua parte diverterent, mutuo ſe cædebant, et adinvicem corruerunt. Centenarius eciam Clyvelandiæ, cum multos ſe defendendo peremiſſet, tandem et ipſe corruit. Millenarius vero miles, amiſſis equis et armis, cum difficultate fugit. Multi [3]enim ex noſtris, cum ex frequentacione nimia prædictum ſignum cognoviſſent, illud frequentantes, cum aliis ſalvati ſunt, per campos fugientes, ductique ſunt captivi aliqui ad Caſtrum de quo Scoti venerant, quorum quidam gladio, quidam vero fame in carcere perierunt. Reſidui quidem pauci poſt captam Urbem de Berewyk à Rege noſtro, ad preces magnas cujuſdam bonæ Dominæ, quæ

---

1 Clãdeſtino *Tr.* Clandeſtine *T.* 2 *Pro*, circumduxit, *quo modo ſane ſcribitur in* O. *T. & Tr.* 3 Etiam *pro* enim *in T. & Tr.*

cum

cum Scotis in eodem Caſtro fuerat, liberati ſunt; ſed tamen ita nudi, ſicut egreſſi de utero matris. Mane itaque facto, perverſus iſte rumor in exercitu Regis inſonuit, et ad audienciam ejus tandem devenit, benedixitque Deum, et ait, *benedictus ſit Deus altiſſimus, qui uſque in præſens manus noſtras conſervavit innoxias, et ex quo jam inceperunt ſic, et Regnum noſtrum hoſtiliter ingreſſi ſunt, Nos, auctore Domino, factum complebimus, et in eorum capita retorquendo, conſimilia faciemus.* Moxque exercitu præparato, divertit ad idem Caſtrum de Werk; ſed quia erat proximum Paſcha, noluit fines ſuos egredi ante peractam ſollempnitatem. Ipſe vero Robertus de Ros, qui futurum ſe magnum eſſe credebat, poſt optentam victoriam à Rege noſtro, de Regno Scociæ à facie Regis fugiens, tanquam vagus et profugus aliquantiſper latitavit, [1] et paupertate defunctus eſt. A. D. 1295.

Scoti incenderunt omnia uſque Karliolum.

ANNO Domini milleſimo CC°. nonageſimo ſexto, die Lunæ, in ebdomada Paſchæ, in [2] craſtinos Annunciacionis Dominicæ, quia Paſcha in eodem anno in ipſo die Annunciacionis acciderat, Dominus Johannes Comyn̄ de Boughan̄, Comes de Menetech̄, Comes de Strathern̄, Comes Lenenax, Comes de Roſſe, Comes de Aſthell̄, Comes de Mar et Filius Johannis Comyn̄ de Badenacgh̄, cum exercitu copioſo Scotorum, numerato ad quingentos equites armatos, [3] et XL. millia peditum, egreſſi ſunt à Valle Anandiæ, tranſeuntes aquam de Sulewath̄ per tria loca, incendentes A. D. 1296.

---

1 At infra annum in miſerrima paupertate defunctus eſt *T.* At infra annum eundem in ſumma paupertate defunctus eſt *Tr.* 2 *L.* craſtino, *cum T.* 3 Et X m. peditum, *T.*

ab

A. D. 1296. ab Artheret [1]et" per medium Foreſtæ Nicholay uſque Karliolum omnes villas circumadjacentes, perimentes gladio, vel ſaltem trucidantes quotquot invenire poterant, non parcentes ſexui, [2]cedī vel ætati. Die vero Martis parabant ſe ad obſidionem Civitatis Karliolenſis ex oppoſito pontis Eden, ſed egreſſi ſunt quidam ſagittarii, et ad tempus modicum pontem defenderunt, aſportantes tabulas quas poterant. Quod videntes armati, circumduxerunt partem exercitus, et aquam tranſierunt [3]ad vadum ſub villa Ricardina, circumvallantes Civitatem ex omni parte, et domos Suburbanas incendio concremantes. Erat autem in Civitate tunc temporis quidam explorator, Patricius nomine, qui pro manifeſta ſuſpicione paulo ante captus tenebatur in vinculis ſub cuſtodia Carceris Civitatis. Hic cum audiſſet, adveniſſe Scotos, mox vincula diſrupit, et domum accendit in qua pauliſper manſerat, ſtatimque murum Civitatis aſcendens, conclamavit ad Scotos, ut viriliter agerent et confortarentur. Qui cum cognoſceretur à Civibus, in clamore ſuo iterum deprehenſus eſt, et Carceri Caſtri mancipatus eſt, et poſt dies aliquot una cum Cuſtode ſuo primo morte dampnatus eſt, tractus et ſuſpenſus. Domus itaque per ipſum accenſa, accendit alias, et, vento flante, facta eſt flamma vorax in inmenſum, combuſtaque eſt magna pars Civitatis, et diſſoluta ſunt corda multorum, dicencium, *capta eſt civitas, fugiamus*. Cucurrerunt itaque ad ignem multi, et pauci ad portas Civitatis. Mulieres tamen, viriliter agentes, attulerunt lapides, et projecerunt in hoſtes, inſuper et aquam calidam effuderunt. [4]Ex-

---

1 *Deeſt in T.* 2 *Lineolam ſub hac voce poſuit cl. Stillingfletus in* O. *Legend. autem* ordini *cum T. & Tr.* 3 Ad quoddam vadum *T.* 4 Et extincto tandem igne, *T.* Tandem *etiam in Tr.*

tincto

tincto tamen igne, omnes ex tunc unanimiter se dederunt in hostes, et muris et portis adhæserunt. Contigit autem in una porta Civitatis, dum hostes ligna, paleas, et quæque cremabilia deferrent, ut, igne [1] apposito, portæ inhæreret, quidam ex nostris, supra portam in tabulis sedentes, apposito unco ferreo, comprehenderunt eum in scapula, et clamaverunt ad interiores socios, ut eum perfoderent. qui statim apposita lancea transfixerunt eum, et mortuus est. Quem apprehendentes socii, cum vidissent mortuum, planxerunt eum planctu magno valde. Erat enim, ut dicebatur, unus de Nobilioribus tocius Galwaliæ. Die vero Mercurii, cum se viderent Scoti non proficere, immo magis deficere, reliquerunt obsidionem inceptam, et reversi sunt in Vallem Anandiæ, unde digressi sunt. A. D. 1296.

Quomodo Rex noster cepit Berewykcum.

DIE Mercurii, in eadem Ebdomada Paschæ, peracta sollempnitate Paschali reverencia, qua deceret, Rex noster cum exercitu suo terram inimicorum suorum ingressus est, aquam, quæ Tweda dicitur, transeundo subtus Monasterium Sanctarum Monialium de Caldestrem, et aqua nimium inundante, quasi miraculose contigit, quod non periit nisi puer unus pro omni populo, qui seperatus ab equo ab inundantibus fluctibus interceptus est. Episcopus autem Dunolmensis cum turma sua Twedam transiit juxta Norham non longe à Castro suo. Cumque toto die illo et sequente ipse Rex noster Burgenses de Berewyk expectasset ad pa-

---

1 Appositio, portarum pateret ingressus, unus hostium confisus in armis, cum juxta portam inhæreret, quidam ex nostris *T. & Tr.*

A. D. cem, nec voluerunt amplecti pacem, quam tetendit, ipso
1296. die Veneris caſtra movens, fixit tentoria ſua in domo [1]nomialium ex oppoſito de Berewyk per dimidiam leucam. Incaleſcenteque Sole, et exercitu præparato in planicie, fecit ibidem Rex novos Milites, Henricum ſcilicet de Percy, cum aliis multis. quod cum vidiſſent marinarii noſtri, qui cum [2]XXIIII[or] navibus bellicis expectabant in mari coram portu, credebant, Regem velle confeſtim inſultum facere Urbi, eo quod videbant armatum exercitum, et multa vexilla explicata, moxque cum fluctibus maris redundantibus et ipſi portum ingreſſi ſunt. Quarum una præ ceteris, [3]ſcilicet" velum elevans in alto, terræ affixa eſt. quam circumdantes Scoti, cum ſe marinarii diutiſſime defendiſſent, multoſque peremiſſent telis et gladio, tandem allatis ſcalis, et igne appoſito, eam ingreſſi ſunt, XXVIII perſonas mutua [4]tamen cæde perimentes. Alteram eciam navem, cito poſtea ſolo inhærentem, vorax flamma conſumpſit, fugientibus tamen Nautis cum [5]ſcapla ſua. Tercia vero navis, in qua fuerant viri de Domo et Familia Prioris Dunolmenſis, cum ab hora prima uſque horam undecimam potenter tueretur, tandem innixa ſolo, et igne allato, combuſta eſt, fugientibus cum ſcapha plurimis, et ceteris, qui uſque in finem permanſerant, in aquas maris ſalientibus, pocius ſe credentes aquæ quam hoſti. et quaſi miraculoſe contigit, quod non periit eorum aliquis, ſed cum batellis aliarum navium ſalvati ſunt. Ceteræ vero [6]triginta naves cum

---

1 *Sic MS. non, ut* O. nominalium. *Reponend. cum T. & Tr.* monialium, *quo modo etiam legend. eſſe conjecit cl. Stillingfletus.* 2 XXIII *T.* 3 *Deeſt in T. & Tr.* 4 Tum *T. & Tr.* 5 *L.* ſcapha, *cum O. T. & Tr.* 6 XX naves *T.* XXI. *ſupra* XXX[ta]. *ſcribitur in Trin.*

aqua

aqua retrahente et ſe retraxerunt, telas emittentes ad hoſtes cum ſe facultas offerret. Cumque Regi noſtro, ad huc in campo exiſtenti, talia dicerentur, videntibuſque [1]cuntis, fumum à navibus extendi in altum, præcepit Rex, ut tubis [2]caneret, Urbemque potenter ingrederentur. Moxque clangentibus tubis, foſſatum quoddam, quod Scoti fecerant, cum lignis tabulatis quaſi pro nichilo tranſeuntes, ſuper hoſtes ingreſſi ſunt, cædentes hinc et inde uſque ad mare. Ad quorum introitum attoniti Scoti, non erat ex eis, qui gladium erigeret, vel telam emitteret. immo ſtabant [3]ſtupeſtim velud homines extra ſe. Triginta vero Flandrenſes, qui Aulam [4]Rubiam ſic nominatam tali condicione receperant, ut eam contra Regem Anglorum omni tempore tuerentur, domum eandem uſque ad veſperum viriliter defenderunt; ſed appoſito tandem igne, et ipſi cum domo combuſti ſunt. Ibi corruit frater Comitis Cornubiæ miles ſtrenuus, qui cum ad hoſtes capud in altum erigeret, in ipſa oculari apertura galeæ percuſſus tela, confeſtim cecidit, et expiravit. Capta itaque Urbe, ceciderunt ex hoſtibus pluſquam octo mille. Eodem eciam die viri fortes, qui erant in præſidio Caſtri, dederunt ſe, ſalvis eis vita et membris, terris et catallis, quorum Capitaneum, ſcilicet Dominum Willelmum Duglas, retinuit ibidem Rex uſque in finem ejuſdem guerræ ſuæ, ducentos vero viros, qui cum eo fuerant, accepto prius juramento, quod nunquam contra ſe vel Regnum Angliæ manum erigerent, portantes arma liberos abire permiſit. Mulieres eciam ejuſdem Urbis poſt dies aliquot mittebantur ad popu-

A. D. 1296.

1 Cunctis, *T. & Tr.* 2 *Potius*, canerent, *cum T. & Tr.* 3 *L.* ſtupefacti, *cum Tr. & T. Atque ita etiam correxit E. S. in* O. 4 Rubeam *Tr.* Rubram *T.*

A. D. 1296. lum ſuum, et abierunt in pace. Manſit autem Rex in eadem Urbe diebus XV. et novum fecit conſtrui foſſatum latitudinis LXXX pedum, et profunditatis XL.

Rex Scociæ reddidit homagium ſuum Regi Angliæ.

CUMQUE maneret ibidem ſic, miſit ad eum Rex Scociæ Nuncios, Religioſos [1] viros", ſcilicet fratrem Adamum Blunt Gardianum Fratrum Minorum de Rokesburgh, et tres Socios cum eo Fratres quinto die intrante Menſe Aprilis, qui ſibi homagium ſuum traderent in hæc verba:

Magnifico Principi, Domino Edwardo, Dei gracia, Regi [2] *Angliæ, in eadem gracia Rex Scociæ. Cum vos, ac alii de Regno veſtro, vobis non ignorantibus, vel ſaltem ignorare non debentibus, per violentam potenciam veſtram nobis, et Regni noſtri incolis, graves et intolerabiles injurias, contemptus et gravamina, necnon et dampna* [3] *enorma contra noſtras, et Regni noſtri, libertates, ac contra Deum, et juſticiam, notorie et frequenter intuleritis: Nos extra Regnum noſtrum, ad levem cujuſcunque ſuggeſtionem, pro libito voluntatis veſtræ citando, et indebite vexando, caſtra noſtra, terras et poſſeſſiones noſtras, et noſtrorum, infra Regnum veſtrum, ſine noſtris demeritis, occupando, bona noſtra, ac ſubditorum noſtrorum, tam per terram, quam per mare, rapiendo, et infra Regnum veſtrum receptando, Mercatores, et alios Regni noſtri incolas, occidendo, hominesque noſtros de Regno noſtro violenter in Regnum veſtrum abducendo, ipſoſque ibidem detinendo et incarcerando, ſuper quibus reformandis Nuncios noſtros ſæpe vobis tranſmiſimus, quæ non ſolum adhuc remanent incorre-*

---

1 *Deeſt in T.* 2 Angliæ, Johannes eadem gratia Scotiæ Rex. Cum *T. Favetque Tr.* 3 *Sic MS. Potius* enormia *cum O. T. & Tr.*

cta,

ta, verum eciam de die in diem per vos et veſtros prioribus deteriora cumulantur. Vos namque cum innumerabili armatorum multitudine, exercitu veſtro publice congregato, ad exheredandum Nos, et Regni noſtri incolas, ad fines Regni noſtri hoſtiliter acceſſiſtis, et ultra progredientes in Regno noſtro, ſtrages et incendia, necnon inſultus et invaſiones violentas, tam per terram quam per mare, commiſiſtis inhumane. Nos dictas injurias, contemptus, gravamina et dampna, necnon [1] *in" hoſtiles inpugnaciones, ulterius ſuſtinere non valentes, nec in fidelitate et homagio veſtro, licet per violentam impreſſionem extortis, manendo, contra vos, eciam ad defenſionem noſtram et Regni noſtri, cujus defenſioni et tuicioni vinculo Juramenti ſumus aſtricti, nos volentes erigere, fidelitatem et homagium vobis facta, tam à nobis, quam ab aliis quibuſcunque Regni noſtri incolis fidelibus noſtris, racione terrarum, quas in Regno veſtro de vobis tenebant, et eciam racione managii ſeu retencionis veſtræ, nomine noſtro, ac nomine eorundem omnium et ſingulorum, vobis reddimus per præſentes.* et fuit iſta Litera ſine Data. [2] Præcepitque Rex homagium reſignatum, et præcepit ut inrotularetur in Rotulis Cancellariæ ſuæ ad perpetuam rei geſtæ memoriam, et factum eſt ſic.

A. D. 1296.

Scoti combuſſerunt Hexcelſham cum tota patria.

EODEM menſe Aprilis prædicti Comites Scociæ, ſuperius nominati, cum Scotorum exercitu copioſo, à Caſtro de Gedeworth̄ venientes, VI Idus Aprilis ingreſſi ſunt fines noſtros in Valle de Reede, obſidentes Caſtellum de Hyrbotil per duos dies; ſed cum proficere ſe non viderent, immo perdidiſſent ex ſuis

---

1 *L. & cum T. Delevit cl. Stillingfl. in* O. *Neque exſtat in Tr.* 2 *L.* recepitque, *cum T. & Tr.*

ali-

A. D. 1296. aliquos, digreſſi ſunt inde, vaſtantes et concremantes, ex orientali parte de Tyne, [1] Cokedale, Redeſdale et Northumbriam, cum Corebrigge uſq; [2] Hexceldeſham, ibidemque, fugientibus Canonicis, hoſpitati ſunt et intruſi, die ſcilicet Sancti Leonis Papæ, quæ fuit feria quarta. Mane autem facto, cum jam Monaſterium illud omnibus quaſi bonis ſpoliaſſent, appoſuerunt et ignem, et non tantum eccleſiam, immo et monaſterium cum villa tota inaudito facinore combuſſerunt. Obliti namque ſunt, immo pocius contempſerunt memoriam reverendi Patroni ejuſdem Domus et quondam tocius Scociæ, beatiſſimi ſcilicet Andreæ Apoſtoli, parvi pendentes illum, quem Patronum Regni Scociæ antiquitus nominare ſolebant. Inde vero [3] divertentes, Domum Sanctarum Monialium de [4] Lameſlay, cum ceteris adjacentibus in Patria, incendio horribili concremarunt, in fine illius diei Jovis pernoctantes apud Lanercoſt. Cumque eorum fuiſſet voluntatis, ulterius procedere, noluit ipſe Deus, et ideo impediti ſunt. affuit enim Nuncius ex ſuis, qui diceret, quod exercitus Regis Angliæ veniens in proximo [5] vel in januis aſſiſteret. Attoniti vero et ſtupefacti in hoc, cum quaſdam domus ejuſdem Monaſterii, non tamen Eccleſiam, incendiſſent, ſummo mane diei Veneris per medium foreſtæ [6] Nicholay cum magna præda reverſi ſunt.

Capti ſunt Scoti multi apud Dunbarre in Caſtro.

EODEM tempore cum Comes Patricius, qui vulgariter dicitur **Counte de la Marche,** potenter

---

1 Cockerdale, *T.* 2 Hexelſam, *T.* Hexſelſham, *Tr.* 3 Divertentes ad domum *T.* 4 Lameley, *Tr. & T.* 5 *Vel* quaſi in januis *T. & Tr.* 6 Nicholai *T. & Tr.*

fi-

fideliterque Regi noſtro militaret, Uxor ejus Comitiſſa, in Caſtro ſuo de Dunbar manens, dolumque (ut dicitur) et fraudem excogitans, miſſis Nunciis ad exercitum Scotorum, eos cum omni feſtinacione accerſivit, promittens, ſe in eorum adventu Caſtrum reddituram. Erat enim vir ſuus cum Rege noſtro, ignorans talia. Miſeruntque Scoti tres Comites, quatuor Barones, XXXI Milites, cum centum Armigeris, et mox in eorum adventu introducti ſunt, expulſis Regiis et quibuſdam eorum interfectis. [1]Qui cum eſſet Regi noſtro nunciatum, confeſtim robur exercitus miſit ibidem cum Comite de Warenna, mille ſcilicet armatos equites, et peditum decem Millia. De exercitu eciam Dunolmenſis Epiſcopi centum armati mittebantur. Qui cum [2]obſidiſſent Caſtrum, paucis tamen diebus, et mutuis ſe telis et inſultibus viſitaſſent, novi Caſtrenſes attoniti, rogaverunt, ut, conceſſo triduo, liceret eis Regem ſuum expetere, ſub qua condicione ſe dare deberent, et Caſtrum reddere. Quo conceſſo, et miſſis Nunciis, ecce die tercio, qui erat dies Veneris, à captura de Berewyk in tres ebdomadas, venit exercitus multus à Rege Scotorum miſſus, mille quingenti equitancium, et XL. millia peditum, per clivum montis deſcendens, ex oppoſito de Dunbar, præparatus ad bellum per turmas ſuas. Quod cum vidiſſent novi Caſtrenſes, et ex viſione tali jam læti effecti, mox eorum vexilla in propugnaculis Caſtri erexerunt, clamantes ad noſtros, et eos probroſe vocantes, *Canes caudatos*, et talia quæque inſuper comminantes in mortem et caudarum abſciſionem. [3]Tunc de Warenna, aſſignatis

A. D. 1296.

---

1 *L.* quod *cum T. & Tr. quo modo etiam in O. correxit E.S.*
2 Obſediſſent *T. & Tr.* 3 *L.* tunc Comes de, *cum T. & Tr.*

[1] pue-

A. D. 1296. [1]pueris Magnatorum, qui cum eo erant, cum quibuſdam armatis, ad obſidionem Caſtri continuandam, ne hoſtes exirent, ipſe cum exercitu reſiduo animoſe proceſſit ad hoſtes. Cumque noſter exercitus in Vallem deſcendendo et tranſeundo, circumquaque ſe diffunderet, ut ſic facilius meliuſque [2]properaret mutuo congreſſui, credebant Scoti, noſtros in hoc fugam inire, et terga vertere, et conclamabant in mortem eorum, inſufflantes cornibus, et reſonantes ululatibus in tantum, quod terribilis ſonitus cornuum inferni quaſi profunda penetravit. Sed tandem aſcendentibus noſtris ex Valle profunda, et ad congrediendum feſtinantibus, confeſtim et ipſi conticuerunt, directiſque hinc et inde aciebus, abſque ulla dilacione mutuo congreſſi ſunt, lanceis et gladiis viciſſim occurrentes, et, ut placuit altiſſimo, mox quaſi in primis ictibus terga verterunt Scoti, et inſequebantur noſtri, cædentes et trucidantes quaſi ſpacio VII leucarum vel octo, fere uſque ad Foreſtam de Selekyrk, ceciderunt que ex eis circiter decem milia. unus autem ex eis Miles ſtrenuus, nomine Patricius de Graham, inter Sapienciores Regni illius quaſi primus, et inter potenciores nobiliſſimus, cum gloriam ſuæ laudis minuere nollet, faciem non avertit, ſed viriliter agens uſque ad mortem, in fine tandem corruit interfectus ibidem. Collectis demum ſpoliis, et revertentibus noſtris ad obſidionem Caſtrenſium, ecce deponebantur vexilla, quæ contra ruinam eorum prius elevabantur in altum. Confuſi enim fuerant et conterriti, cum ſuos et terga vertere et partem corruiſſe

---

1 Primis *pro* pueris *in T. minus recte.* 2 *Sic MS. & Tr. licet per compendium. Nec tamen diffiterer*, præpararet *rectius forſitan legi poſſe, quo modo equidem ſcribi tam in T. quam & in O. video.*

vi-

vidiſſent. Regi quidem noſtro in craſtino venienti reddiderunt Caſtrum, ponentes in manu ipſius vitam et membra. Noluit enim Rex ullam condicionem apponere, neque graciam promittere ex pacto certam. Nomina eorum, qui captivabantur, erant iſta: Willelmus Comes de Roſſe, Willelmus Comes de Aſtheſſ, Alexander Comes de Meneteth. Item Barones, Johannes filius Johannis Comyn, Willelmus de Sancto Claro, Ricardus Syward, Johannes filius Gaufridi de Moubrai. Cum iſtis eciam Magnatibus inventi ſunt et capti triginta unus Milites, et Armigeri centum, et duo Clerici, ſcilicet Johannes de Somerville et Willelmus de Sancto Claro. Hos omnes miſit Dominus Rex ſperſim et diviſim per XII vel XVI ad diverſa Caſtella in Anglia, ſub firma cuſtodia reſervandos. Optenta itaque victoria de Dunbar, diſſoluta ſunt corda et conſilia Scotorum, fugeruntque quaſi omnes ultra mare Regni illius, exceptis illis, qui in Caſtrorum præſidiis remanebant. Ex inde proceſſit Rex ad aliquas Urbes et Oppida, et extunc omne robur Scociæ quaſi minimo et incruento negocio in ſuam poteſtatem [1]et vicit. Namque quia univerſam eorum gloriam unius prœlii caſus abraſerat, in optinendis reſiduis nulla ſe fortunatiſſimo Principi difficultas oppoſuit. A. D. 1296.

Quomodo Rex Scociæ et Magnates ſui ſubjecerunt ſe.

POST dies aliquot proceſſit Rex ad Caſtrum de Rokesburgh, quod diu tenuerat Seneſcallus Scociæ, et ſtatim illud reddidit in adventu Regis, ſalvis vita et membris, terris et catallis, ibique venerunt ad

---

1 *L. cum T. & Tr.* redegit et vicit.

A. D. 1296. Regem XV millia Wallenſium, et confeſtim in Angliam remiſit quaſi eundem numerum ex Anglicis fatigatis, ſtabilitoque Caſtro, profectus eſt cum exercitu toto ad Caſtrum Puellarum, quod Anglice dicitur Edensburgh, obſeditque illud per VIII dies, et fortiter expugnavit ligneis machinis, quas copioſas et maximas ibidem attulerat, dederuntque ſe Caſtrenſes, et eiſdem vita data eſt, divertitque Rex uſque Strivelyn, et invenit Caſtrum vacuum, et neminem ei reſiſtentem (fugerant enim Cuſtodes à facie ejus timore perterriti) ibique venit ad

C

Regem Comes de Hulneſter cum IIII equeſtribus et triginta peditum Milibus Hibernicorum, et profectus eſt Rex [1] uſque villam, ſic dictam, villa Sancti Johannis, in Nativitate beati Johannis Baptiſtæ fecit novos Milites et ſollempnitatem magnam, manſitque ibidem diebus aliquot, et venerunt ad eum Nuncii ex parte Regis Scotorum, poſtulantes pacem ex nomine ejus, quam nuper exhorruerat, adicientes, ut non faceret ei ſecundum merita, ſed ſecundum ſuam miſericordiam benignam, [2] ſcilicet ſibi pacem crederet. Rex vero noſter, delicta non ponderans, ſed miſericorditer agens, clementer reſpondit, quod infra XV. dies veniret ipſe Rex Scociæ cum Optimatibus ſuis ad Caſtrum de [3] Brighyn̄, de ipſa pacis forma [4] tractaturi cum ſuis Nunciis, quos miſſurus erat. Cumque veniſſent ibi Rex, ſcilicet Scociæ, et uterque Johannes Comyn, de Badenach̄ ſcilicet et de Bughan̄, ceterique Magnates ejuſ-

---

1 Uſque ad villam Sancti Johannis, ubi in Nativitate ejuſdem Sancti Johannis Baptiſtæ *T.* Uſque villam ſic dictam, villam ſancti Johannis, ubi in nativitate beati Johannis Baptiſtæ *Tr.* 2 Scilicet pacem concederet *T.* Sibi pacem concederet (*omiſſo* ſcilicet) *in Tr.* 3 Brithin, *T.* Brychyn, *Tr.* 4 *Sic & Tr.* Tractaturus *T.*

dem

dem Regni, [1] misitque ibidem Rex noster Antonium, Dunolmensem Episcopum, cum consilio pleno et plena potestate tractandi negocium, et debito fine claudendi, et [2] per varios tractus, et multa colloquia, non fuit alia pacis forma, nisi ab ipso Rege resignato Regno, et [3] stracto cum sigillo, [4] ipseque Rex et ceteri sui Optimates voluntati Regis Angliæ se darent et redderent, condicione nulla apposita. feceruntque sic, et dederunt se voluntati Regis Angliæ, et tradidit ipse Rex filium suum Edwardum in obsidem, et Regno Sociæ renunciavit per scriptum [5] in hæc verba conceptum. A. D. 1296.

Rex Scociæ resignavit Regnum,

JOHN̄, par la grace Dieu, Rey Descoce, a touz ceaux qe cestes presentz Lettres verrount ou orront, Saluz. Cum nous per manneys counsaele e faus, & par nostre symplese, eioms greuousement offendu et corucer nostre Seignour Edward, par la grace de Dieu, Roy Dengleterre, Seignour Dyrland, et Duc Daquitaigne, en meintes chosez, ceo est assauoir, nous esteant et demorant a sa feie en sun homage, de faire aliaunce au Roy de Fraunce countre lui qe Dunks estoit e vncore est sun ennemy, afere mariage oue la Fille son̄ frer sir Charles, et pur nostre Seignour greuere, & la Rei de Fraunce eidere ea tout nostre poer par guerre e en alters maners : e puis par nostre manneis conseil auantdit defere nostre Seignour le Roy Dengleterre, et nous mettre hors de son ho-

---

1 *Deest* que *in T. & Tr.* 2 *Sic MS. L. potius, cum T. & Tr.* post varios tractatus. 3 *Sic MS.* Sceptro *pro* stracto *conjecit Stillingfletus. Rectius in T. & Tr.* fracto communi sigillo. 4 *Deest* que *in Tr. & T. idque rectius.* 5 *Quod desideratur in Tr. & T. Videas autem Latine apud Walsinghamum, p. 67. Hist. Angl. ed. Camd.*

 mage,

A. D. 1296. *mage, e ſa fere, par le homage rendre, e anſi noz gentz enneier en ſa terre Dengleterre, pur fere arſons, praies prendre, homicides fere, et autres damages pluſſours, e la terre Deſcoce, la quele eſt de ſoun fee, de gentz des armes in villes, chaſtelles, et aliours, mettre et eſtabiler, pur la terre defendre encountre lui, et pur ſoun fee lui deforcier; pur les queles choſez et treſpaſſes de ſoun, dit noſtre Seignour le Roy Dengleterre auandit eſt en la terre Deſcoce entre, & a force lad pris et conquis, noneſteant le poer, qe nous auons mys encountre lui, la quele choſe il poet fere de dreit, com Seignour de ſoun fee, puis qe nous lui auons le homage rendu, et fet les choſes avauntditz; pur la quele choſe nous eſteant en noſtre plein poer, & noſtre fraunche volunte, lui auoms rendu la terre Deſcoce, e tout la gent oue touz lour homages. en teſmoignaunce de quele choſe, nous auons fet fere ceſtes noz lettres overtz. Donez a Bregthine le diſme jour de Jule, l' an de noſtre Reigne quart.*

Magnates Scociæ ſubjecerunt ſe Regi Angliæ per Scriptum.

HIIS ita geſtis, et fracto comuni Sigillo Scociæ, poſt conſignacionem prædictæ Literæ, proceſſit Rex noſter, ut montes Regni Scociæ tranſeundo videret, et ſemper præceſſit faciem Regis per unam dietam vel duas Dunolmenſis Epiſcopus cum turma ſua. Cumque iter ſuum faceret Rex per medium Murref uſque Elayn̄, noluit ulterius procedere, eo quod pacta vidiſſet omnia, ſed reverſus eſt uſque Berewyk, ubi Parliamentum ſuum in proximo teneri ſtatuerat. Et in redeundo per Scone, præcepit tolli, et Londoniis cariari, Lapidem illum, in quo (ut ſupra dictum eſt) Reges Scotorum ſolebant poni loco Coronacionis ſuæ, et hoc in ſignum Regni conqueſti et reſignati, tenuitque

que Parliamentum ſuum diebus multis apud Berewyk ſuper Twedam, ubi venerunt ad eum Magnates Regni Scociæ et Galewale, et recepit homagia et fidelitates eorum, et ſuper hoc conficiebatur ſcriptum, in hæc verba conceptum. A. D. 1296.

Scriptum[1] *eorum.*

A Touz cez, qe ceſte Lettre verront ou orront, &c. *Salutz. Pur ceo, qe nous a la faire et a la volunte du treſnoble Prince, et noſtre chier Seignour, Sir Edward, par la grace Dieu, Rei Dengleterre, Seignour Dyrland, Duc Daquitaigne, promettoms pur nous, & pur noz heires, ſur peine de corps, dez auers, & ſur kanck nous pomus, qe nous lui ſeruirons bien et loialment contre totes gentz, qe purront viver ou morir, totes lez fiez, qe nous ſerrons requis ou garniz par noſtre Seignour le Roy Dengleterre avauntdit, ou par ſes Heires; & qe nous lour damages ne ſervarouns, qe nous ne le diſturberoms, a tout noſtre poer, &* [2]*froms a ſauoir. a ceſte choſe tener & garder nous obligeoms nous eit noz heires & touz noz bienz, et ſurceo auoms iuree ſur Seints Evangels eſtre ceo nous touz & cheſcun de nous par ſei auons fet feaute a noſtre Seignour le Rey auauntdit en ceſtez Paroles.*

Ieo ſerra feal et leal, et fei et leaute porterai au Rey Edward Rey Dengleterre, et a ſes heires de vie et de membre, et de terrein honour, contre toutz gentz qe purront viuer & murire, e iames pur milly armes porteray, ne en conſeil, ne en eide ſerroi contre lui, ne contre ſes heirez en null cas, qe poet auenire. ſi me eide Dieus, e les Seintz. En teſmoigne de ceſtes choſes, nous auoms fet fere ceſte Lettre ouert ſealee de noz ſeals. Don̄ a Berewyk ſu Twede, le XXVIII *jour*

---

1 *Quod item deeſt in Tr. & T. Vide Bradii Hiſt. p.* 37. *& Append. ad eand. p.* 7. 2 *Sic.* Faceoms *al.*

de

A. D. 1296. *de Auſt, le ane du Regne noſtre Seignour Roy Dengleterre avauntdit* XXIIII.

Scriptum[1] *Roberti de Bruys, et quorundam aliorum.*

A Touz ceus, qe ceſtez preſentz Lettres verront ou orront, Patrik Counte de la Marche et de Dunbar, Gilbert de Umfranuile Counte de Arregos, Robert de Bruys le Veille, Robert de Bruis le Jouen̄ Count de Karlill̄, ſaluz. Pur ceo, qe nous ſumez et touz iours aſcuns eſtie a la fei et a la volunte du treſnoble Prince, et noſtre chier Seignour Sir Edward, par la grace de Dieu, Rei Dengleterre, Seignour Direland, et Duc Daquitaine, nous promettons pur nous, et pur noz heirez, ſur peyn̄ de corps, et de auier, et ſur quauntk nous puſſoms encoure, qe nous lui ſeruirons bien et lieaument encontre toutz gentz, qe purront viver ou morrire touz lez fiez, qe nous ſerroms requis ou garniz de part noſtre Seignour le Rei Dengleterre auant dit, ou par ſes heirez, et qe lour damages non ſerueroms qe nous ne le diſturberons a tout noſtre poer, ou lur ferroms aſauoir, & a ceſtes choſes tenire et garder, Obligeons nous et noz heirez, et touz noz bienz et outre ceo auoms iurer ſur ſeintz Evangels, et puis nous touz et cheſcun par ſei auons fet homage a noſtre Seignour le Rei auantdit en ceſtes Paroles.

Ieo demeuk voſtre homme lige de vie & de membre, et de terrien honour, countre touz gentz, qe purront vivere ou murire, et meſmes celui noſtre Seignour le Rei lad reſceu en ceſte fourme nous le reſcemoms de terrez dont vous eſtez ore ſeiſe, ſauf noſtre dreit & autri forſpris lez terrez, les quex John̄ de Balliolf, qe fut Rex Deſcoz, vous dona puis qe nous lui ſumes renduz le Reaume Deſcoce ſi nuls vous eit donee Eſtre cez nous touz et cheſconz de nous par ſei auons fet

---

1 *Quin & hoc etiam ſcriptum deeſt in Tr. & T.*

feautie

feautie a noſtre Seignour le Rei Dengleterre auantdit en ceſtez Parolez. A. D. 1296.

Ieo ſerroi feal et leal, et fai et leaute porterai au Roy Dengleterre Edward, & a ſes heirez de vie, & de membre, & de terrein honour, contre totez gentz qe purront vivere ou murire, Et iames pur nuliy armez ne porterai, ne en conſeil, ne en eide, ne ſerroi contre lui, ne encontre ſez heirez en nul cas, qe poet auenir, & lealment recounſtrei & lealment frei les ſeruices qe apertenent as tenementz qe ieo cleime tenir de vous, ſi Dieu me eide & lez Seintz. En teſmoignaunce dez quels choſez nous auons fet ſere ceſtez Lettres overtz de noz Seals en ſealx. Donez a Werk le vintime quint jour de Marce, le ane du Regne noſtre Seignour le Rei Dengleterre vintime quart.

Ordinacio Regis de Regno Scociæ.

ORDINAVIT igitur Rex in eodem Parliamento ſuo de Berewyk novum Theſaurarium Regni Scociæ, novum Sigillum, et novum Cancellarium. Juſticiarios quoque conſtituit, et præcepit, ut omnes, qui terras aliquantas de Dominio Regis tenerent, vocarentur, homagiumque facerent, et ceteri omnes tenentes aliunde fidelitatem jurarent, recognoſcentes, ſe ſuo Domino ex tunc eſſe ſubjectos, et hoc per Scripta ſingulorum in perpetuam Regni conqueſti memoriam, ſtatuitque Rex et præcepit, ut Johannes quondam Rex Scociæ, et uterque Johannes Comyn, ceterique Magnates terræ illius [1] vel" in ſuo itinere vel [2] facient ejus præcederent ad partes Auſtrales, morarenturque in partibus eiſdem ultra aquam quæ Trenta dicitur, non re-

---

1 *Sic etiam T. & Tr. At in O. delevit E. S.* 2 Faciem *T. & Tr. Neque aliter emendavit E. S. in* O.

ver-

A. D. 1296. vertentes sub pœna [1]capitis, quousque inter ipsum e Regem Franciæ omnino guerra finiretur. Optenta ita que victoria Regni Scociæ, et ordinato Regno, dimisi Rex Wallenses, et Hibernicos, et Anglicanum exerci tum, ut reverterentur ad propria, gracias eis agens e adiciens, Coronam Anglicanam eis in hoc facto mul tum teneri et perpetuo obligari. Ipse quoque Rex a partes Australes reversus est ex Edicto, et juxta Statu tum ultra Trentam morati sunt eum in Crastino Ani marum apud Sanctum Edmundum, præcesseruntque Re gem Magnates Scociæ, et juxta Statutum ultra Tren tam morati sunt.

Litera Papæ super Libertate Universalis Ecclesiæ.

EODEM tempore, cum audisset Dominus Papa non tantum Anglicanæ, sed eciam Universali Ecclesiæ afflicciones varias, et oppressiones multas, quas per omnia mundi Regna, eo quod Reges et Principes affligebant eam, cogitavit sollicite, per quam posset viam aliquod remedium adhibere; unde, de consilio Fratrum, constitucionem subscriptam per universas mundi Provincias Bullatam misit, [2]perpetuis temporibus observandam:

Bonifacius, &c. *Ad perpetuam rei memoriam, et infra. Clericis Laicos infestos opido tradidit antiquitas. Quod et præsencium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti, nituntur in vetitum, et ad illicita sua frena relaxant, nec prudenter attendunt, quomodo sit eis in Clericos Ecclesiasticasve personas et bona interdicta potestas, quin immo Ecclesiarum Prælatis, Ecclesiis Ecclesiasti-*

---

1 Capitis abscisionis, quousque *T.* 2 *Vide Bradii Hist. p.* 41. *& Append. p.* 9.

cis-

ciſque Perſonis Regularibus et Secularibus, inponunt onera gravia, ipſos talliant et eis collectas inponunt, et ab [1] *ipſius ſuorumque proventuum vel bonorum dimidiam, decimam ſeu viceſimam, vel quamvis aliam porcionem* [2] *quotam, exigunt et extorquent, eoſque moliuntur multipharie ſubicere ſervituti, ſuæque ſubdere dicioni, et, quod dolenter referimus, non nulli Eccleſiarum Prælati Eccleſiaſticæque perſonæ trepidantes, ubi trepidandum non eſt, tranſitoriam pacem quærentes, plus timentes majeſtatem temporalem offendere, quam æternam, talium abuſibus non tam temerarie, quam inprovide adquieſcunt, Sedis Apoſtolicæ auctoritate non optenta. Nos igitur, talibus actibus obviare volentes, de Fratrum noſtrorum conſilio, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, quod quicunque Prælati Eccleſiaſticæve perſonæ, Religioſæ vel Seculares, quorumcunque ordinum, condicionis ſeu ſtatus, collectas vel tallias, dimidiam, decimam, viceſimam ſeu centeſimam ſuorum et Eccleſiarum ſuarum proventuum vel bonorum laicis ſolverint vel* [3] *promiſerunt, vel ſe ſoluturos* [4] *exceſſerint, aut quamvis aliam quantitatem, porcionem, aut quicquam ipſorum proventuum vel bonorum æſtimacionem vel valorem ipſorum ſub adjutorii mutui, ſubvencionis, ſubſidii, vel doni nomine, ſeu quovis alio timore vel modo vel quæſito colore, abſque auctoritate ſedis ejuſdem, necnon Imperatores, Reges ſeu Principes, Duces ſeu Comites, vel Barones,* [5] *Poteſtates,* [6] *Capitaneos, Officiales vel Rectores, quocunque nomine cenſeantur, Civitatum, Caſtrorum, ſeu quorumcumque locorum conſtitutorum ubilibet, et quivis alius cujuſcunque* [7] *præeminenciæ, condicionis et ſtatus, qui talia impoſuerint et exegerint*

A. D. 1296.

---

1 Ipſius ſuoque *al. F.* ipſis ſuiſque. *niſi cum Tr. malis,* ipſis ſuorum proventuum. 2 Aut quotam, *al. & ſic quidem in Tr.* 3 *L. cum Tr.* promiſerint. 4 *L. cum Tr.* conceſſerint. 5 Proceres, *al.* 6 Capitanei, *al. rectius.* 7 Provinciæ, *al. minus recte.*

A. D. 1296. *vel receperint, aut apud Ædes ſacras depoſita Eccleſiarum vel Eccleſiaſticarum Perſonarum ubilibet areſtaverint, ſayſierint, ſeu occupare præſumpſerint, vel areſtari, ſayſiri aut occupari mandaverint, aut occupata, ſayſita, ſeu areſtata receperint, nec non omnes, qui ſcienter in prædictis dederint conſilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, eo ipſo ſententiam Excomunicacionis incurrant. Univerſitates quoque, quæ in hiis culpabiles fuerint, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Prælatis et Perſonis Eccleſiaſticis ſupradictis, in virtute obedienciæ, et ſub depoſicionis pœna, diſtricte mandantes, ut talibus, abſque licencia expreſſa dictæ Sedis, nullatenus adquieſcant. Quodque prætextu cujuſcunque oblacionis, promiſſionis et conceſſionis factarum hactenus, vel faciendarum inantea, priuſquam hujuſmodi conſtitucio, prohibicio ſeu præceptum ad noticiam ipſorum pervenerint* [1] *vel ſolvant, nec ſupradicti Seculares aliquid quoquomodo recipiant. Et ſi ſolverint vel prædicti receperint, in Sentenciam Excomunicacionis incidant ipſo facto. A ſupradictis autem Excomunicacionis et interdicti ſententiis nullus abſolvi valeat, præterquam in mortis articulo, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate et licencia ſpeciali, cum noſtræ intencionis exiſtat tam horrendum ſecularium poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulacione tranſire, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, ſub quibuſcunque tenoribus, forma ſeu modo* [2] *ad verborum concepcione conceſſis Imperatoribus, Regibus et aliis ſupradictis, quæ contra præmiſſa in nullo volumus alicui vel aliquibus ſuffragari.* [3] *Nullum ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitucionis, prohibicionis ſeu præcepti infringere, vel ei auſu temerario* [4] *contrarie. Dat. Ro-*

---

1 *L. vel* nil, *cum Bradio* (*ex Knyghtono*) *vel* nihil *cum Tr.* 2 *L.* aut, *cum Tr. & Bradio. Nam & ſic etiam Knyghtonus.* 3 *Rectiùs* nulli, *cum Bradio* (*ex Knyghtono*) *& Tr.* 4 *L.* contraire, *cum Tr.*

mæ

mæ apud Sanctum Petrum ſexto Kalendarum Marcii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. A. D. 1296.

Quomodo Rex Angliæ poſuit Clerum extra Proteccionem ſuam.

IN craſtino Animarum ejuſdem Anni tenuit Rex Parliamentum ſuum apud Sanctum Edmundum, ubi, ad rogatum ipſius, conceſſus [1] eſt XII[us]. denarius à populo, octavus à Civitatibus et Burgis, à Clero quintus. Reſponſum eſt, quod nec [2] ipſi dare vel concedere, nec ipſe quicquam accipere poſſet, niſi uterque eorum Sententiam Excomunicacionis incurreret in Bulla latam. Quod tamem Regem velle non credebant, nec ſibi expedire ſciebant. Sed non placuit Regi reſponſum hoc, unde adjornati ſunt ad aliud Parliamentum Londoniis in craſtino Sancti Hillarii, ut interim cum deliberacione conſulti melius reſponderent. Adveniente tandem die, et ibidem Clero congregato, Cantuarienſis Archiepiſcopus, Magiſter Robertus de Wynchelſe, comunicato conſilio hiis, qui à facie Regis mittebantur, reſpondit in hæc verba: *Satis vobis conſtat, Domini mei, quod ſub Omnipotenti Deo duos eciam Dominos habemus, Spiritualem ſcilicet et Temporalem; Spiritualem vero Dominum Papam, et Temporalem Dominum noſtrum Regem. et quamvis utrique obedienciam debeamus, majorem tamen Temporali quam Spirituali. Verum ut placere [3] poſſumus utrique, concedimus et mittere volumus ſumptibus noſtris Nuncios noſtros ſpeciales ad ipſum Patrem Spiritualem Dominum Papam, ut licenciam ad concedendum habere poſſimus, vel ſaltem reſponſum habeamus ab ipſo, quid facere debeamus. Cre-*

---

1 Ei addunt *T.& Tr.* 2 Ipſe *T.* 3 *L.* poſſimus, *cum T. & Tr.*

A. D. 1296. *dimus* [1] *eciam, Dominum noſtrum Regem, ſicut et nos, ipſam Excomunicacionis Sentenciam, in Bulla latam, et timere et effugere velle.* Ad hæc Nuncii Regis: *Ordinate ex vobis, Domini Kariſſimi, perſonas certas, qui talia Domino* [2] *domino" Regi ex parte veſtra renuncient. Nos enim, ſcientes indignacionem ejus accenſam, veremur omnino talia nunciare.* Quod cum ipſi feciſſent, mox furor Regis inſævit, et excandens in iram, ipſum Cantuarienſem Archiepiſcopum cum toto Clero Anglicano extra ſuam defenſionem et proteccionem poſuit, præcepitque, ut omnes terræ eciam dotales tocius Eccleſiæ Anglicanæ in manum ipſius ſayſirentur, et, ut creditur, miraculoſe contigit. Eadem enim die, qua extra proteccionem ſuam Rex Clerum poſuerat, confuſi ſunt Milites ſui in Vaſconia, et à Francis devicti, ut infra patet. Juſticiarius eciam Regis, in Banco ex parte Regis pro Tribunali ſedens, omnibus circumſtantibus publice dixit, *Vos Domini Attornati Archiepiſcoporum, Epiſcoporum,* [3] *Abbatuum et Priorum, ceterarumque Perſonarum omnium ex Clero, nunciate Dominis veſtris et dicite, quod de cetero in Curia Domini Regis nulla fiet eis juſticia de quacunque re, eciam ſi illata fuerit eis injuria atrociſſima. Juſticia tamen de eis fiet, omnibus conquerentibus, et eam habere volentibus. Mirabile dictu communis juſticia, quæ populo conceditur, neſcio quo ſpiritu ipſi Clero denegatur, ancillaturque et ſervit* [4] *noſtra Eccleſia, quæ ſolebat antiquitus filiis dominari.* Electus autem Eborum Henricus de Newerk, item Dunolmenſis, Elienſis, [5] Salesbire Epiſcopi, et quidam alii, timentes iram Regis maximam, et conjecturantes

---

1 Enim, *T. & Tr.* 2 *Deeſt T. & Tr.* 3 *L.* Abbatum, *cum T.* 4 Mater *pro* noſtra *in Tr. Quid quod &* noſtra *in* mater *etiam convertitur in T?* 5 *Sic MS.* Salisbur. *T.* Sariſberienſ. *Tr.*

grave

grave periculum iminere, ordinaverunt ſe deponere velle in Æde ſacra quintam partem bonorum Eccleſiaſticorum illius anni, ad tuicionem Eccleſiæ Anglicanæ, et defenſionem urgentiſſimæ neceſſitatis, ut [1] ſic iram Regis evaderent, et ſententiam in Bulla latam non incurrerent. Quicquid tamen deponebat Clerus, tollebat Fiſcus; et ſic ordinantes, et ſub colore quintam partem concedentes, proteccionem Regis conſecuti ſunt. Cantuarienſis vero Archiepiſcopus, animum non mutans, nec concedere nec deponere quicquam voluit, elegitque pocius iram Regis, quam Sententiam Excomunicacionis incurrere. unde ſayſita ſunt omnia bona ſua, et vaſa ejus aurea et argentea occupata ſunt, et equi omnes, receſſeruntque ab eo familiares ejus, nec remanſit quicquam, unde Chriſti pauper aleretur, præceptumque eſt ſub gravi foriſfactura Regis, nequis eum hoſpicio ſuſciperet in monaſterio vel extra, evacuatumque eſt illud Apoſtoli, *Suſcipite invicem ſicut et Chriſtus ſuſcepit vos*, manſitque ſic ejectus in domo cujuſdam ſimplicis rectoris cum ſolo Sacerdote et uno Clerico, non habens ex toto Archiepiſcopatu ubi caput reponeret. Conſtanter tamen egit in verbo Domini, publice [2] mendicans, et ubique proteſtans, omnes, qui vel Regi, vel Perſonæ Seculari, præter voluntatem Domini Papæ, quicquam concederent, in Canonem latæ Sententiæ eo facto proculdubio incidiſſe, ſemper exiſtens paratus ad moriendum pro Eccleſia Dei. Amici vero Lincolnienſis Epiſcopi [3] Oliveri, eciam ipſo voluntatem Regis non ratificante, procurarunt [4] tm̄, quod

A. D. 1296.

---

1 Sic ſaltem iram *T.* 2 Prædicans, *T. & Tr.* 3 Oliveri, ipſo neſciente, procurarunt, quod Vicecomes *T.* Oliveri, ipſo neſciente, et cum ſciret non ratificante, procurarunt, quod Vicecomes *Tr.* 4 *Sic MS. id eſt*, tantum, *quod in* tamen *mutarem.*

Vice-

A. D. 1296. Vicecomes Lincolnienſis, levata quinta parte de bonis ipſius Epiſcopi, extunc ei Poſſeſſiones et terras reſtituerent. Omnia eciam Monaſteria Epiſcopatus ipſius et tocius Provinciæ Cantuarienſis, ſayſita fuerant in manum Regis, et ex præcepto ipſius Cuſtodes appoſiti qui ipſis Religioſis ſolummodo neceſſaria miniſtrarent, et reliqua converterentur in Fiſcum. Unde Abbates et Priores, neceſſitate compulſi, curiam Regis adierunt, non peccata quidem, ſed bona propria redimentes, data quarta. Nulla tunc temporis fiebat juſticia Clero, et paſſi ſunt Clerici injurias multas. Religioſi eciam in via Regia Equis ſuis ſpoliabantur, et nullam conſecuti ſunt juſticiam, quouſque, redempcione facta, [1]eis Regia proteccio.

Oppreſſio terræ per priſas.

EODEM eciam anno Quadrageſimali tempore præcepit Rex, ut omnes, qui lanas haberent et [2]corea, certos portus mare infra diem certum cariarent, ſub pœna perdicionis earundem, et incarceracionis graviſque foriſfacturæ Regis. Quod cum ipſi feciſſent, Miniſtri Regis omnes ſaccos lanæ, quinarium numerum excedentes, datis talliis, acceperunt ad Opus Regis, et ab unoquoque ſacco, numerum quinarium non excedente, ab ipſis eorum Dominis, nomine [3]malæ to-

1 *L. cum T. & Tr.* eis daretur Regia pr. 2 Coria, ad c. p. maris *Tr.* 3 *Sive, ut in Tr.* malæ toltæ, *i. e.* malæ exactionis, *ſicuti fuſius enarravit Dufreſnius in Gloſſario. Perperam igitur illi qui* tolam *pro* totam *malint, in quibus & ipſe etiam erat cl. Somnerus, quemadmodum monuit Dufreſnius. Accedit quod infra* mal tolt *habeamus* (*ſub A.D.*1297.) *lingua Gallica.*

tæ,

tæ, XL. ſolidos extorſerunt. Inſuper præcepit Rex, ut contra paſſagium ſuum in Franciam de quolibet Comitatu acciperentur per Vicecomitem duo milia quarteria frumenti, et tantundem avenæ, et ad portus [1]mare ducerentur. Factumque [2]eſt, et talliabantur homines ad certum numerum quarteriorum. eciam qui bladum non habebant, accipiebantur eciam carnes ɔovinæ et porcinæ ad certum numerum, et multæ fieɔant oppreſſiones in populo terræ. A. D. 1296.

Comes Flandrenſis concordatus eſt cum Rege Angliæ.

EODEM [3]anno à Rege Francorum, Domino ſuo, injuriam paſſus, cum jam multas pro eo exhauiſſet pecunias, videnſque ſe in vanum laboraſſe, [4]qui nulta numerat", à fide Regis ſui deſilivit. Et ut Regi Angliæ accepcior fieret, omnes è terra ſua Francos eliminavit, conſideranſque terram ſuam quaſi exinanitam, ɔo quod Cives ſui lanas Anglicanas et coria non haɔerent, ut mercando habere conſueverant, ad operanlum, cum ſint ibi [5]operarii multi, piſcatores eciam erræ ſuæ depauperatos, eo quod liberum ad mare non haberent acceſſum, videnſque finaliter ſe ulterius non ɔoſſe Regi Anglorum reſiſtere, miſit ad eum Nuncios, ɔetens et rogans, quæ pacis ſunt et amoris, placuitque Regi noſtro rogatum, et in expulſione Francorum [6]à erra ſua eum commendando laudavit, ſtatuitque ei firnam pacem, quam præconizari fecit, et, inito fideli œdere, cari quidem facti ſunt et amici.

---

1 *Sic MS. L.* maris, *cum T. & Tr.* 2 Eſt ita, et qui blaum non habebant, accipiebantur ab eis carnes bovinæ *T.* *Adde ex T.* Comes Flandriæ. *Deeſt hæc ſectio in Tr.* . *Deſunt T. Pro* numerat *autem malim* meruerat. 5 Optini operarii multi, *T.* 6 E *T.* *Diſ-*

A. D. 1296.

Diſſencio orta inter Regem et Comites ſuos.

IN Feſto Sancti Mathiæ Apoſtoli ejuſdem Anni, convocatis Optimatibus Regni abſque Clero, tenuit Rex Parliamentum ſuum apud Saresbire, ubi rogavit quoſdam Magnatorum, ut in Vaſconiam transfretarent, et cœperunt ſinguli ſe excuſare. Indignatuſque Rex, comminabatur quibuſdam eorum, vel quod irent, vel quod terras eorum daret aliis qui ire vellent. Et in hoc verbo ſcandalizati ſunt multi, et ſciſma cœpit oriri inter eos. Comes [1] eciam Herefordenſis et Comes Mareſcallus excuſaverunt ſe, dicentes, quod officia ſua, quæ ſibi jure hereditario competebant, [2] facerent, libenter eundo cum ipſo Rege. Iterataque prece rogatus eſt Comes Mareſcallus, ut iret. Et ait, *libenter tecum vadam, ô Rex, præcedendo faciem tuam in acie prima, ſicut mihi competit hereditario jure.* Et Rex, *eciam ſine me ibis cum aliis.* At ille, *non teneor, nec eſt meæ voluntatis, ô Rex, ſine te iter arripere.* Et iratus Rex prorupit in hæc verba, ut dicitur, *Per Deum,* [3] *Comes, aut ibis aut pendebis.* Et ille, *Per idem juramentum, ô Rex, nec ibo nec pendebo.* et, licencia non accepta, receſſit, diſſolutumque eſt conſilium quo ad diem hanc. Confeſtim vero duo Comites iſti Herefordenſis et Mareſcallus, aſſociatis ſibi multis Magnatibus, [4] eciam pluſquam triginta [5] Banerettis" electis, creverunt in populum multum, numeratique ſunt in equis armatis mille quingenti viri expediti ad bellum, et cœpit eos timere Rex, diſſimulavit tamen. Illi autem profecti in terras

1 Autem *T.* 2 Libenter facerent, eundo *T. & Tr.* 3 O Comes, *T. & Tr.* 4 Et *T. & Tr.* 5 Vexillariis *T. & Tr.*

ſuas,

ſuas, noluerunt permittere miniſtros Regis nec lanas, nec coria, nec extraordinarium quicquam capere, aut aliquid exigere ab invitis; quinimmo interdixerunt eis ingreſſum in terras ſuas, ſub pœna capitis et [1] membrorum, et ſe ad reſiſtendum præparabant. A. D. 1296.

Reconciliatur Archiepiſcopus Cantuarienſis Regi, et tranſfretando licenciam accepit Rex.

ANNO Domini Milleſimo CC°. XC°. Septimo Rex, in ſuo propoſito permanens, præcepit, ut omnes, qui ſervicium ſibi debebant, et omnes alii, qui XX^ti. [2] libratas terræ à quocunque tenerent infra Regnum Angliæ, eſſent Londoniis in Feſto beati Petri Advincula, parati cum equis et armis ad tranſſretandum cum eo abſque dilacione qualibet vel excuſacione. Cumque veniſſent ibidem, multique viderent Regem in incepto propoſito permanere, dixerunt ei [3] Magnatuum quidam, *non* [4] *expedit, ô Rex, nec bonum eſt ſic transfretare, niſi, primo reconciliato patre tuo ſpirituali Cantuarienſi Archiepiſcopo et Magnatibus tuis, inveniaris et ipſe ſinu Matris Eccleſiæ numeratus.* At ille in ſe reverſus, et videns hoc juſtum eſſe et racioni conſonum, mox accerſito Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui præſens aderat, et, omni rancore depoſito, ipſum cum ſuis in ſpecialitatem recepit priſtinam et majorem adauxit, confidens eum de bonitate ipſius et conſtancia, curam et cuſtodiam Edwardi filii ſui et tocius terræ Angliæ, adjuncto ſibi Domino Reginaldo de Gray, coram omni populo commiſit, præcepitque ut omnia ſibi reſtitue- A. D. 1297.

---

1 Membrorum abſciſionis, et *T.* 2 Libras *T.* 3 *L.* Magnatum, *cum T. & Tr.* 4 Tibi *addunt T. & Tr.*

A. D. rentur, eciam uſque ad ultimum quadrantem, ſicque,
1297. favente Deo, cum honore reductus eſt, qui mortem non metuens, pro honore Dei certavit ad mortem, omneſque Magnates, qui ibi aderant, [1] ipſo Regis filio, ex præcepto patris, fidelitatem faciebant, et ab omni populo levatis dextris verus conclamabatur heres futurus Dominus et Regni Succeſſor. Excuſavit eciam ſe Rex de exaccionibus et priſis, quas à populo ſuſceperat, dicens, ſe [2] incepta et proſequi non poſſe, niſi eorum ſubveniret larga manus, præcipue cum non ſuam tantum, immo tocius populi ageret cauſam, tanquam protector eorum et defenſor. Rogavitque populum, accepta licencia, ut omnia condonarentur ei, et orarent pro eo. Et orabant quidam publice, alii autem maledicebant in occulto. Prædicti vero Comites Hereford-enſis et Mareſcallus, à Rege ſe ſubtrahentes, cum votis ipſius non parerent, ab eorum officiis abſoluti ſunt, deditque Rex eorum officia aliis quibuſdam, qui miniſtrarent ei. Quod ipſi grave ferentes, præcipue cum non tantum propriam, ſed eciam tocius communitatis cauſam agerent, dicentes mediatoribus pacis, qui inter ipſos et Regem equitabant, quod non ſolum ipſi, ſed tota communitas terræ gravata [3] erat, et ultra modum, de injuſtis vexacionibus, talliagiis et priſis, [4] et" maxime, quod non ſecundum libertates Magnæ Cartæ ducerentur. Cumque Regis animum viderent inmobilem, et diucius ſub incerto ventum verberare nolentes, miſſis ad Regem Nunciis, rogaverunt eum, ut ſubſcriptos Articulos pro ſe et pro populo emendare juberet, adicientes, quod ſi Cartam Libertatum confirma-

---

1 *L.* ipſi, *cum T. & Tr. Quin et in Tr.* regi *pro* regis. 2 Incepta perſequi non poſſe, *T.* Incepta proſequi non poſſe, *Tr.* 3 Eſt ultra *T.* 4 *Deeſt T.*

re

re vellet, et Articulos corrigere, parati erant omnes cum sequi in vitam vel in mortem. A. D. 1297.

---

[1] *Articuli, quos Comites pecierunt nomine communitatis.*

CES sont les Monstraunces, que Erceveskes, Eveskes, Abbes, Priours, Countes et Barounes, et tout la Communiantie de la terre monstrent a nostre Seignour le Roy, et humblement lui prient, com a Seignour qe cestes choses voill redresser et amendere al honour de lui, et a la saluacion̄ du Pople. En primes, il semble a tote la communialte de la terre, qe le garnisement, qe [2] set lur fuit par le brief nostre Seignour le Rey, ne fuit pas assez sufficiaunt, pur ceo qe il ny auoit nul certein lu especifie, ou ils deuerent alere; car solom le lu coment il fere la purueiaunce, et puissent aver. Seconde le quele il duissent lui fere seruis, ou nonne, purceo qe dit est comunialment, qe nostre Seignour le Roy vout passer en Flaundres, auis est a tout la communialte, qe la ne deynent il nul seruis fere, pur ceo qe eaus, ne lur Predecessours, ne Auncestres, vnkes en cele terre servis ne firent. Et tut suit il issint qe ils dussent le servis, la ou aliours ils ne averent pas poer de ferle, pur ceo qe ils ount estre tant greues de diverses talliages, eides, prises, cest asavoir dez furmentez, aueynes, bretes, leynes, quires, boefs, vaches, chars sales, saunz nul deuer, paier dount ils sei dussent auer sustenu et mayntenu̅. Il dient estre ceo qe eide ne pount il fere, pur la pouert, qe ils sount einz pur les talliages et prises auauntdites, car il ne ount a pein dount ils se pount sustenir, et multz ensount, qe ne ount pas lur sustenaunce ne lur terres gaygnes. Estre ceo tote la communialte de la terre se sentent durement

---

1 *Desunt hi Articuli in T. & Tr. Latine exstant apud Walsinghami Hist. Angl. p.71. Ed. Camd. & Anglice apud Bradii Hist. Angl. p.57.* 2 *Sic MS.* Fet O.

 greuez,

A. D. 1297. *greuez, que ils ne ſont pas menes ne ils ne ount lur Fraunchiſes, les queux ils ſolayent avoir mes ſount mys hors voluntriement par qoi ils ſe ſentent durement greuez. Eſtre ceo Clerks et Lays ſe ſentent durement greuez de ceo, qe ils ſolayent eſtre menes ſolom les poyntes de la graunt Chartre, les queux poyntes ſount tut le pluis treſſeillez, la quele choſe eſt tropgraunt damage ou pople. par qoi ils prient a noſtre Seignour le Rey, quil voille, qe ceſtes choſes ſoient redreßez, al honour de lui, et a ſaluacion̄ du pople. Eſtre ceo la Communialte de la terre ſe ſentent durement greuez del aßiſe de la Foreſte, qe neſt my gardie com ele ſolait eſtre en arere, ne la Chartre de la under mes ſount atachementz volunters hors del aßiſe, altrement qe homme ne ſolait. Eſtre ceo tut la Communialte de la terre ſe ſentent durement greuez de la mal tolt des Laynes, qe eſt ſi greuoſe a cheſcun ſake de la Layn entire* XL[s]. *& de la Layn briſe a cheſcun Sake* [1] V. *Marchs, pur ceo qe la Layn Dengleterre eſt a poye la mayte de la valu de tout la terre par tiel pris. Pur ceo qe la Communialte de la terre volent honour et ſannetie a noſtre Seignour le Rey, ſicom̄ il deynent voler, ne lur ſemble pas, qe ceo ſerroit a lui prude paſſer en Flaundres, ſi il ne fuſt plus aſſure pur lui, et pur ſa gentz de Flaundres, et auxi pur la terre Deſcoce, la quele ſe comence a leuer contre lui tant com il eſt ore en terre, et bien entendent, qe ils en frayent en plus manneis maner, ſi ils fuiſſent ſeure, qe il fuit la mere paſſe. Et nemy ſeulement eans mes altres terres, qe ne ſount pas vncore bien affermez.*

De Reſponſione Regis.

CUMQUE eſſet Dominus Rex in ſuo itinere apud Porteſmew, quaſi ad tranſſretandum paratus, mi-

---

[1] VII. *al.*

ſe-

ſerunt ad eum prædicti Comites Nuncios, qui voluntatem ipſius quærerent in præmiſſis. Quibus ille reſpondens ait, *Conſilium meum plenum non eſt mecum hîc. Pars enim (ut ſcitis) remanſit Londoniis, & pars præceſſit in Flandriam. Nec abſque conſilio pleno reſpondere poſſum ad interrogata veſtra. Sed ite et dicite hiis, qui miſerunt vos, ut, ſi mecum venire velint, placebit mihi multum; ſin autem noluerint, rogo, ut michi, vel Regno ſaltem, non noceant. Spero quidem adhuc favente Domino, quod* [1] *revertari in terram hanc, et in Regnum meum ſuſcipiar.* Et reverſi ſunt Nuncii, levî data [2] licencia. Tranſfretavit Rex circa feſtum beati Bartholomæi in Flandriam, et applicuit in Portu de Swyn̄, cujus geſta non proſequimur hîc, ſed inferius in loco ſuo. Comites vero prædicti cum quibuſdam Baronibus complicibus ſuis reverſi ſunt Londonias, prohibentes Cancellario Regis et Baronibus Scaccarii, ne octavum denarium, quem Rex expecierat, à populo, vel quintum à clero, ſeu aliquam vexacionem expeterent vel levarent quoquo modo. Rogaverunt eciam Londonienſes, tanquam amicos et confratres, ut in expetendis libertatibus Magnæ Cartæ eis aſſiſtere vellent, et curam adhibere fidelem, ita quod jura perdita recuperare poſſent et recuperata tueri; et [3] ne rapina vel extorcione illicita poſſent argui in poſterum, prædicti Comites publice proclamari fecerunt, ne ſuorum quiſquam rem [4] quamcumque [5] modicum" caperet à quocunque, niſi juſto dato precio, et hoc ſub

A. D. 1297.

---

1 *Sic MS. L. cum T. & Tr.* revertar, *quo modo etiam in O. emendavit cl. Stillingfletus.* 2 Licencia, transfretavitque Rex *T. & Tr.* 3 Nec de rapina vel extorſione *T. recte, ut videtur, niſi quod cum MS. noſtro & Tr.* ne *pro* nec *malim.* 4 Quantamcunque *T.* Quantumcumque *Tr.* 5 *Deeſt in T.* Modicam *in O. reſtituit cl. Stillingfletus. Neque aliter in Tr.*

pœ-

A. D. 1297. pœna mutilacionis manus dextræ, vel eciam capitis, si culpa expoſceret. Reverſique ſunt in terras ſuas, nulli moleſtiam inferentes aut gravamen.

Scoti inſurrexerunt contra Regem, et quo modo.

MENSE Mayo ejuſdem anni gens Scotorum perfida rebellare cœpit hoc modo. Comes de Warenna, cui Rex noſter curam et cuſtodiam tocius Regni Scociæ vice ſua et nomine commiſerat, corrupcionem aëris cauſans, dixit, ſe ibi non poſſe manere cum ſanitate; manſitque in Anglia, in parte tamen Aquilonis, et hoſtes exulantes ſegniter proſecutus eſt, quod fuit nobis inpoſterum fons et origo mali. Theſaurarius eciam Regis Dominus Hugo de Creſſingham, homo pompoſus et elatus, valde pecuniam dilexit, et murum lapideum, quem ipſe Dominus Rex ſuper novum foſſatum apud Berewyk conſtrui præceperat, non conſtruxit, quod noſtris evenit in ſcandalum, ut patebit inferius. Juſticiarius vero Regis Dominus Willelmus de Ormesby, præceptum Regis proſequens, omnes, qui Regi Angliæ fidelitatem facere noluerant, abſque perſonarum diſtinccione exulabat. Eratque quidam latro publicus, Willelmus Walays nomine, qui multis temporibus exulaverat. Hic cum eſſet vagus et profugus, omnes exulantes convocavit ad ſe, et factus eſt quaſi princeps eorum, et creverunt in populum multum. Huic eciam aſſociatus eſt ille Miles Willelmus Duglas, qui in capcione Caſtri de Berewyk ſe cum ſuis Regi noſtro dederat, ſalva ſibi vita et membris, ut ſupradictum eſt. Quem cum Rex ad omnia reſtituiſſet, factus eſt bonorum immemor, latro latroni ſociatus, liberatorem ſuum, ſaltem in ſubditis, perſecutus eſt in mor-

mortem. Cumque prædicti Comes et Theſaurarius ad partes perrexiſſent auſtrales, ut Parliamento Regis intereſſe poſſent, quod in Feſto Sancti Petri Advincula Londoniis tenebatur, nichil mali ſuſpicantes in Scotis, ecce prædicti [1]dnō Willelmi cum populo perverſo venientes, credebant, ſe invenire poſſe Juſticiarium Regis noſtri prædictum apud Scone, ubi placitaverat, et ut eum perimerent feſtinabant, ipſe tamen præmunitus cum difficultate evaſit, relinquens hoſtibus ſpolia multa. Quibus collectis, jam non in occulto, ut prius, ſed palam proceſſerunt, concludentes in ore gladii omnes Anglicos, quos ultra mare Scociæ invenire potuerunt, divertentes ſe poſtea ad obſidionem caſtrorum. Interim dum talia gererentur, Karliolens̄ epiſcopus et ceteri viri, qui cum eo erant in præſidio Civitatis ejuſdem et Caſtri, timentes de [2]infidelitate et inconſtancia Domini Roberti de Bruys Junioris, Comitis de Karrik, [3]miſerunt, vocantes eum, ut certo die veniret, tractaturus cum eis de negociis Regis, ſi [4]tamen in fide ipſius Regis perſeverando maneret. Qui mandatis reſiſtere non audens, venit ad ipſum diem cum ipſo populo Galewaliæ, et ſuper Sacroſancta Miſteria juravit, et ſuper Gladium Sancti Thomæ juramentum præſtitit, quod Regi noſtro et ſuis contra Scotos, et omnes inimicos ſuos, fideliter aſſiſteret in conſiliis et auxiliis, dampnaque [5]ſua impediret in quantum ſe poſſet ſua facultas extendere; factoque juramento, reverſus in locum ſuum, et congregato populo ut colorem fingeret, proceſſit in terras prædicti Willelmi Duglas, et

A. D. 1297.

---

1 *Id eſt*, domino. *Sed legendum* duo, *cum* O. *T. & Tr.* 2 Fidelitate et conſtantia *T. & Tr.* 3 Miſerunt nuntios, vocantes *T.* 4 *Sic MS.* Tum *T.* Tū *Tr.* 5 Ipſius *pro* ſua *in T. & Tr.*

par-

A. D. 1297. partem earum combuſſit igni, et uxorem ejus et parvulos ſecum adduxit in Vallem Anandiæ. Cito tamen poſt, dum à conſpiracione Scotorum reverteretur ad propria, convocatis [1] Militibus patris ſui de terra Vallis Anandiæ (nam Pater ipſius in Auſtralibus partibus Angliæ moram faciebat) hujus fraudis neſcius, dixit eis, *Kariſſimi mei, ſcitis, et verum eſt, quod nuper apud Karliel juramentum præſtiti, de quo ſcitis et audiſtis, ſtultum quidem et vi extortum. Nam timore ductus hoc feci corpore, ſed non mente, unde contriſtor et pœniteo valde. Spero tamen, me abſolucionis beneficium conſecuturum in brevi. Verum, quia carnem ſuam nemo unquam odio habuit, nec ego habeo, oportet ut vadam ad populum meum, et Nacioni meæ adjungar, ex qua procreatus ſum. Rogo autem vos, ut illud idem facientes placeat vobis venire mecum, eritiſque michi conſiliarii et amici kariſſimi.* Cumque differrent reſponſionem in craſtinum, eadem nocte latenter receſſerunt, pocius eligentes dampna quantumcunque magna ad tempus ſuſtinere, quam fidelitatem, Regi noſtro factam, cum nota infamiæ infringere. Ipſe vero aſpirans ad Regnum, ſicut publice dicebatur, adjunctus eſt ad populum perverſum, et cum Epiſcopo Glaſguenſi et Seneſcallo Scociæ, qui tocius mali fabricatores extiterant, confœderatus eſt. Extunc vero generacio illa perfida et infideles Scoti omnes Anglicos, quos invenire poterant, trucidabant. Religioſos eciam Viros Anglicos [2] & domibus ſuis, in quibus profeſſi fuerant, violenter extraxerunt, ex ipſis ſpectaculum facientes. Erat enim ludus eorum, [3] et ad ſpectaculum cum eis vacabant. Ad pontes namque aquarum multarum ſe-

---

1 Militibus de terra fratris ſui, Vallis ſcilicet Anandiæ, (nam *T.* 2 A *T. & Tr. recte, niſi* è *malis.* 3 Ut ſpectaculum cum eis vacaret *T.* & ſpectaculum cum eis vacuabat *Tr.*

den-

dentes ſenes Anglicos, Religioſos et Feminas, quos ſpecialiter reſervabant ad hoc, ligatis manibus vel pedibus, ne forte natando evaderent, ab ipſis pontibus vel ſalire vel præcipitari faciebant, in interitu eorum et ſubmerſione lætantes. Inter quos adducti ſunt duo Canonici de domo Sancti Andreæ in Scocia, qui cum ad pontem villæ, nominatæ Sancti Johannis, coram illo latrone Willelmo Walays ſtarent quaſi pro tribunali, mortem expectantes, ſubito ſalvavit eos Deus ſic. Venerunt enim Nuncii cum feſtinacione maxima ex parte quorundam Magnatorum Regni Scociæ, in quorum adventu præpeditus ille latro, præcepit ut in ſalva cuſtodia ponerentur. Qui poſtea à cuſtodibus ſuis per quoſdam [1] amicorum redempti ſunt, dato precio et [2] præfato juramento, quod à Regno [3] feſtinacio egreſſi, nunquam illud iterum ingrederentur. quorum unus manſit apud nos per tempus aliquod, et periculum ſuum ore proprio enarravit. Retulit eciam nobis, quod tres Anglici, qui in eadem villa Sancti Andreæ in Scocia manſionem ſuſceperant, cum à facie illius Willelmi Walays et ſuorum fugiſſent, in lapidem illum ſcilicet, qui dicitur *petra* vel *acus Sancti Andreæ*, credentes ſe [4] poſt ſe" lapidis immunitate muniri, cum ſancta Mater eccleſia privilegium perdidiſſet, à Scotis inſecuti ſunt et in eodem lapide interfecti. A. D. 1297.

Quidam Scotorum dederunt ſe noſtris apud Irewyn̄.

CUM ad audienciam Regis noſtri talia perveniſſent, de facili fidem non adhibuit, ſed, miſſo

---

1 Amicos *T. & Tr.* 2 *Malim*, præſtito, *cum T. & Tr.* 3 *L.* feſtinato, *quo modo in O. emendavit cl. Stillingfletus.* Feſtinanter *T. & Tr.* 4 *L.* poſſe, *cum T. & Tr.*

A. D. 1297. Dunolmenſi Epiſcopo, præcepit ſuper hoc veritatem inquiri. Qui feſtinando convolans, invenit multitudinem Scotorum conglobatam, cui reſiſtere non audebat, et reverſus ad Regem, omnia per ordinem nunciavit. Rex vero in Flandriam quaſi accinctus ad iter, transfretandi propoſitum mutare noluit, ſed omnem Miliciam Eborum Comitatus à Trenta uſque in Scociam ipſi Comiti de Warenna aſſignans, præcepit, ut Scotorum audaciam feſtinando reprimeret, et auctores mali debita juſticia caſtigaret. Remiſit eciam in terram Scociæ ambos illos Comites Johannem de Badenaugh̄ et Johannem de Bughan, præcipiens eis in fide ſua, ut tumultum populi ſedarent, et manerent in fidelitate promiſſa. Quorum ille de Bughan̄ colorem primo ſimulans, cœpit reprimere quorundam audaciam, ſed tamen in fine factus eſt nobis de converſo perverſus. Alter vero de Badenagh̄, ſuorum animos mutare non valens, manſit cum noſtris, ſaltem corpore, neſcio tamen utrum fide. Comes vero de Warenna, de Comitatu Eborum exercitum congregans, præmiſit interim ante ſe cognatum ſuum, Dominum Henricum de Percy, qui, congregato exercitu Comitatus Carliolenſis, Vallem Anandiæ ingreſſus eſt cum treſcentis armatis, et XL. milibus peditum electorum, circa Feſtum beati Laurencii Martiris. Cumque pernoctaſſent noſtri apud Loghmaban, non timentes ſibi in aliquo, ecce incolæ ejuſdem [1] patriæ, eos exterrere volentes, quaſi nocte media conclamabant, non quidem *Philiſtini* ſed *Scoti ſuper vos*. At illi currentes ad arma, mox unuſquiſque [2] domum, in qua manſerat, accendit igni, et conglobati continuo receſſerunt cum lumine, profectique ſunt inde per modicas dietas uſque villam de Are juxta Gale-

1 Provinciæ, *T.* 2 Domum ſuam, in qua manſerant, *T.*

wa-

waliam, ut ad pacem admitterent Galwalienſes. Cumque non veniſſent niſi pauci equeſtres, nunciatum eſt eis poſt triduum, quod Scotorum exercitus non diſtabat ab eis niſi ſpacio leucarum quatuor. At illi ſummo mane caſtra moventes, egreſſi ſunt in campum juxta Irewyn̄, ordinantes exercitum et ad bellum ſe parantes. [1]Eratque Scotorum exercitus ex parte altera cujuſdam laci modici, et mutuo ſe videbant. Cumque Magnates Scottorum, qui ibi aderant, Epiſcopus ſcilicet Glaſguenſis, Seneſcallus Scociæ, et Willelmus Duglas viderent, ſe eſſe impares equeſtribus noſtris, licet pedeſtres noſtros in duplo excederent, timuerunt ſibi, et, miſſis Nunciis ad noſtros, pecierunt, utrum eſſet ibi aliquis ex parte Regis Angliæ, qui eos ad pacem recipere poſſet? Et reſponſo, quod ſic, confeſtim ad eos venit ſtrenuus ille Miles Richardus Lundy, qui nunquam Regi noſtro [2]fidelitatem fecerat, et ſe cum ſuis dedit voluntati Regis noſtri, dicens, ſe nolle ulterius cum diſcordantibus et variantibus militare. Quod cum vidiſſent alii Magnates nominati, conſternati ſunt, et continuo ſe dederunt prædicto Domino Henrico de Percy, nomine Regis noſtri, ſalvis eis vita et membris, terris et catallis, et quod condonarentur omnia uſque ad eundem diem promiſſis obſidibus et inſtrumentis confectis, et condicionaliter admiſſi ſunt, ſi talia Regi complacerent. Cumque reverterentur noſtri apud Irewyn̄, nunciatum eſt eis, quod multi ex Scotis et Galewalenſibus eorum ſarcinulas hoſtiliter deprædati ſunt, interfectis pluſquam quingentis viris cum mulieribus et parvulis, quos inſequentes peremerunt ex eis circiter mille viros, et reverſi ſunt multiplicata præda.

A. D. 1297.

---

1 Erat autem Scottorum *T.* 2 Homagium ſeu fidelitatem *T.*

A. D. 1297.

Quomodo decepti ſunt noſtri et devicti apud Stryvelyn̄.

ADVENIENTE apud Berewikum Comite de Warenna, ei per ordinem prædicta nunciantur, et miſſis ad Regem Nunciis, voluntatem ipſius expeciit, qui exiſtens in procinctu itineris, ut dictum eſt, noluit impediri, ſed pro bono pacis poſtulata conceſſit, factoque ad diem certum hujus reſponſo, adhuc differebant Scoti in cordibus ſuis differentes obſides, quos promiſerant, et poſtulantes omnia jura ſua et antiquas conſuetudines, ſicut à Rege Scotorum antiquitus tenere conſueverant. Quæ cum adhuc eſſent quaſi ſub certa ſpe concedendo promiſſa, iterum et iterum multiplicantur dies, et variancia ſemper et frivola ingerebantur, eo quod ille latro Willelmus Walays interim populum adjuvabat. Ad ultimum vero, cum noſtri proponerent equitare ſuper eos, timebant ſibi Magnates Scotorum, et impoſuerunt culpam prædicto Domino Willelmo Duglas et Epiſcopo Glaſguenſi, qui notam criminis impoſiti excuſare volentes, ſponte dederunt ſe, primo ille Willelmus, et paulo poſt ipſe Dominus Epiſcopus, et traditus eſt Epiſcopus ſub cuſtodia cuſtodis Caſtri de Rokesburgh̄ vice et nomine Regis noſtri. Ipſe vero Willelmus in Caſtro de Berewyk poſitus eſt, retentus, et ſalvo cuſtoditus. Quod cum audiſſet ille latro Willelmus Walays, iratus animo, perrexit ad domum Epiſcopi, et omnem ejus Suppellectilem, arma et equos, filios eciam Epiſcopi, nepotum nomine nuncupatos, ſecum adduxit, et [1] cinctus eſt inmenſo Scotorum numero, eo quod Communitas terræ

1 Auctus *T.*

ſe-

ſequebatur eum, tanquam Ducem et Principem. Tota eciam Familia Magnatorum adhærebat ei, et licet ipſi Magnates cum Rege noſtro eſſent corpore, cor tamen eorum longe erat ab eo. Noſtri vero ſic irritati, cum nollent talia ulterius ſuſtinere, proceſſerunt armati ad villam de Strivelyn, ubi Seneſcallus Scociæ, et Comes de Leuenax, et quidam alii Magnatorum Scociæ venientes, rogaverunt noſtros, ut adhuc ſuſtinerent per modicum, ſi forte ſuos et populum Scotorum pacificare poſſent quoquo modo. Quod cum eis [1] eſſent conceſſum, iterato venientes, quarto ſcilicet Idus Septembris, reſponderunt præſciſe, quod eos juſtificare non poterant, promittentes tamen, quod ad auxilium noſtrorum venirent die craſtina cum [2] LX equis armatis. Crediderunt que eis, et dimiſerunt eos. In receſſu autem eorum in veſperis, cum quibuſdam ex noſtris, à foragio revertentibus, obviaſſent, inſultum fecit in eos ille Comes de Leuenax, et collum unius peditis perforavit gladio. Quod cum in exercitu noſtro nunciatum eſſet, mox cucurrerunt ad arma, et vulneratum ſanguinolentum Comiti de Warenna præſentarunt, petentes vindictam fieri, et ipſa nocte conclamantes et dicentes ſedicionem fieri, et fidem fractam eſſe. Ad [3] hoc Comes, *Suſtinete* (inquit) *nocte hac, ut, ſi in* [4] *craſtinum promiſſa non* [5] *compleverunt, majorem eciam in hoc facto ulcionem expetamus.* Præcepit tamen, ut omnes eſſent parati in craſtinum ad tranſeundum pontem de Strivelyn. Mane autem facto, tranſierunt pontem pe- A. D. 1297.

---

1 *L.* eſſet, *cum T. & Tr.* 2 XL *T. ſed* LX^ta. *in Tr.* 3 Hæc *Tr. &* O. *Et quidem* h̄ (*ſicut exaratur in MS.*) *tam* hæc *quam &* hoc *valet. At* hoc *hîc loci maxime forte placebit, quia eo modo legitur etiam in T.* 4 Craſtino *T. rectius.* 5 *Ita etiam T. Malim tamen;* compleverint, *cum Tr.*

de-

A. D. 1297. deſtres noſtri pluſquam quinque millia et Wallenſes plures, iterumque revertebantur, eo quod Comes noſter, ſompno depreſſus, in campum non exiſſet. Cumque poſt magnam horam ſurrexiſſet à ſompno, eſſentque omnes in campo armati, fecit ibidem novos milites, quorum quidam eadem die corruerunt. [1] Interimque tranſierunt pedeſtres noſtri, et iterato reverſi ſunt, eo quod Seneſcallus [2] Scociæ veniebant cum paucis quidem, et non cum [3] LX armatis, ut convenerant, credebantque noſtri, ipſos fore bajulos boni nuncii, ſed excuſaverunt ſe et in facto prædicto, et quod gentem propriam juſtificare non poſſent, dicentes, ſe non poſſe ab eis eripere nec equos nec arma. Mittebantur eciam interim [4] duos fratres Prædicatores ad exercitum Scotorum, qui in altera parte Montis ſupra Monaſterium [5] Skambskynel cum illo latrone Willelmo Walays latitabat, ſi forte pacem amplecti vellent quam tendebant. At ille latro, *renunciate* (inquit) *veſtris, quod pro bono pacis non venimus, ſed parati ſumus ad pugnam, ad* [6] *vindicandum ſcilicet et liberandum Regnum noſtrum. Aſcendant ergo cum voluerint, et nos paratos invenient eciam in barbas eorum.* Erant autem (ut dicebatur) centum octoginta equeſtres, et XL milia peditum. Cumque talia dicerentur noſtris, mox præſumptuoſi dicebant, *aſcendamus ad eos. minæ enim ſunt.* Sapienciores vero ſubjunxerunt, *non aſcendamus adhuc, ſed provide deliberemus, quid nobis* [7] *conſilium fuerit faciendum.* Ad [8] hæc ſtrenuus ille

---

1 *Deeſt* que *in T.* 2 *L. ex T. & Tr.* Scociæ et Comes de Leuenax veniebant. *Male proinde cl. Stillingfletus* veniebant *in* veniebat *mutavit.* 3 XL *T.* 4 *L.* duo *cum T. & Tr. atque ita emendavit cl. Stillingfletus in* O. 5 De Scambeſchinel *T.* 6 Vindicandum nos et *T. & Tr.* 7 Conſultius *pro* conſilium *in T. & Tr.* 8 Hoc *T.*

Mi-

Miles Ricardus Lundy, qui ſe noſtris dederat apud Irewyn, *Domini mei, ſi* [1]*aſcenderimus pontem, mortui ſumus. Non enim tranſire poterimus, niſi bini et bini, et hoſtes noſtri à latere ſunt, deſcendentque ſuper nos, cum voluerint, omnes in una fronte. Sed eſt quoddam vadum non longe abhinc, ubi tranſire poterimus* [2]LX *ſimul in una vice. Nunc ergo tradantur michi quingenti equeſtres, et modica pars peditum, girabimuſque hoſtes à tergo, et debellabimus eos; interimque vos Domine Comes, et ceteri, qui vobiſcum ſunt, pontem tranſibitis valde ſecuri.* Noluerunt autem ſano adquieſcere conſilio, dicentes, non eſſe ſecurum ſe in partes dividere. Erant tamen quaſi mille equeſtres, et L. milia peditum [3]univerſorum, præter populum,quem Dominus Henricus de Percy de Comitatibus Karlioli et Lancaſtriæ congregaverat, numeratum ad treſcentos equites et octoginta milia peditum electorum, qui cum eſſet in veniendo cum ſuis verſus Stryvelyn, modicum ante recepit in mandatis à Domino Hugone de Creſſyngham, Theſaurario Regis, ut eundem populum cum graciarum acciˊone remitteret, dicens, exercitum, quem habebant, ſufficere poſſe, nec expedire ipſos vexare in vanum, vel Regis ærarium conſumere pluſquam neceſſe erat. Fecitque ſic, et indignatus eſt populus valde, volens eum quaſi lapidare. Variis itaque varia cenſentibus,conclamabant quidam,ut pontem tranſcenderent, alii econverſo non. Inter quos adjecit ille Theſaurarius Regis, homo quidem pompoſus et filius mortis, *non expedit, Domine Comes, ulterius protelare negocium, et Theſaurum Regis noſtri in vanum expendere, ſed aſcendamus, et faciamus debitum noſtrum ut tenemur aſtricti.* Motus itaque Comes in verbis iſtis, præcepit, ut pon-

A. D. 1297.

1 Aſcendamus *T.* 2 XL *T.* 3 *Sic Codices Manuſcripti. F.* univerſim.

tem

A. D. 1297. tem aſcenderent [1] ut tranſirent. Mirum dictu, ſet terribile quid in eventu, quod tot et tanti diſcreti viri, dum ſcirent hoſtes in promptu, ſtrictum pontem aſcenderent, quem [2] vini equeſtres vix et cum difficultate ſimul tranſire potuerunt. Quoniam, ut dicebant quidam, qui in eodem conflictu fuerant, ſi à ſummo mane uſque ad horam undecimam abſque ulla interrupcione vel impedimento tranſiſſent, adhuc extrema pars exercitus in parte magna remanſiſſet. Nec fuit apcior locus in Regno Scociæ ad concludendum Anglicos in manus Scotorum, et multos in manus paucorum. Tranſierunt itaque vexillarii Regis et Comitis, et inter primos ſtrenuiſſimus ille Miles Dominus [3] Marmeducus de Tweng. Cumque vidiſſent hoſtes, tot jam eveniſſe, [4] quot ſuperare potuerant, ut credebant, mox deſcenderunt de monte, et, miſſis viris lanceariis, occupaverunt pedem pontis, ita quod extunc nulli patebat tranſitus vel regreſſus, ſed in revertendo, ſicut et in feſtinando, ſuper pontem præcipitati ſunt multi et ſubmerſi. Deſcendentibus itaque Scotis de monte, dixit Dominus [5] Marmaducus conſociis ſuis, *Eſtne tempus, fratres, ut equitemus ad eos?* Quibus reſpondentibus quod ſic, mox ſtimulatis equis mutuo congreſſi ſunt, et corruentibus quibuſdam ex Scotis, ceteri equeſtres quaſi omnes in fugam verſi ſunt. Quos cum inſequerentur fugientes ſic, dixit unus ex noſtris Domino Marmeduco, *Domine mi, decepti ſumus. Non enim ſecuntur noſtri, et vexilla Regis et Comitis non comparent.* Ad hæc reſpicientes retro, viderunt multos ex noſtris et vexillarios Regis et Comitis [6] coruiſſe, dixeruntque, *præcluſa eſt jam nobis*

---

1 *Potius*, et, *cum T. & Tr.* 2 *Pro* bini, *quo modo profecto ſcribitur in T. & Tr. Sed* v *pro* b *crebro in antiquis monumentis.* 3 *Sic.* 4 Quod ſuperare poterant, *T.* 5 *Sic.* 6 *Sic.*

via

via ad pontem, et à populo noſtro intercepti ſumus; melius eſt ergo, ut credamus nos aquæ periculo, ſi forte [1] *tranſire poſſimus, quam hoſtium cuneos penetrantes, quaſi pro nichilo corruamus. Difficilis, immo impoſſibilis jam factus eſt nobis tranſitus per medium Scotorum.* Ad hæc ille ſtrenuiſſimus Marmeducus: *Certe, kariſſimi, nunquam dicetur de me, quod gratis me ſubmerſerim. Abſit et hoc à vobis, ſed ſequimini me, et per medium eorum vobis viam faciam uſque ad pontem*; ſtimulatoque dextrario, mox irruit in hoſtes, et nunc hos, nunc illos cædens gladio, per medium tranſivit illæſus, patuitque via magna ſequentibus eum. Erat enim fortis robore, et ſtaturæ proceræ. Cumque ita ſtrenue militaret, nepos illius vulneratus et attonitus, equo ſuo interfecto, ſed ſtans [2] tantum pedes, clamavit ad eum: *Domine* [3] *mi", ſalva me.* At ille, *aſcende,* inquit, *poſt me.* Qui ait, *Non poſſum. Defecit enim robur meum.* Moxque [4] conſocius ejus, armiger ejuſdem Domini Marmeduci, deſcendens de equo ſuo, eum aſcendere fecit, et dixit Domino ſuo, *ſequar te, Domine, quocunque ieris,* et ſecutus eſt eum uſque ad pontem, et uterque eorum ſalvatus eſt. Apprehenſo itaque ponte per fortitudinem ſtrenue militantis, omnes extunc, quotquot ibi remanſerant, corruerunt numero armatorum fere centum, et peditum quaſi V. milia, inter quos CCC[ti] Wallenſes, cum multos vita privaverant, tandem quidam ex eis, qui remanſerant, aquam natando tranſierunt. Unus eciam Miles ex noſtris cum difficultate aquam tranſiit in equo armato. Corruit eodem die inter Scotos lanciareos prænominatus ille Theſaurarius Domini Regis, Dominus Hugo de Creſſyngham, Rector Eccleſiæ de Ruddeby, et Capitalis Juſticiarius in

A. D. 1297.

---

1 Pertranſire poterimus, *T.* 2 *L. cum T. & Tr.* tamen in pedes. 3 *Deeſt T.* 4 Socius *T.*

 [1] Aſſi-

A. D. 1297. [1]Aſſiſiſis Eborum, qui cum eſſet Præbendarius in multis Eccleſiis, et multarum haberet curam animarum, nunquam tamen arma ſpiritualia vel caſulam induit, ſed galeam et loricam, in quibus corruit. Et qui gladio linguæ ſuæ multos olim exterruerat in judiciis multis, gladio tandem perverſorum occiſus eſt, quem excoriantes Scoti, diviſerunt inter ſe pellem ipſius in modicas partes, non quidem ad reliquias, ſed in contumelias. Erat enim pulcer et groſſus nimis, vocaveruntque eum non *Theſaurarium*, ſed *Trayturarium Regis*, et verius hoc quam credebant. Multos enim ſeduxit in die hac, ſed et ipſe ſeductus eſt, qui erat levis et lubricus, elatus ſuperbia et avariciæ deditus. In primo congreſſu noſtrorum cum Scotis, Seneſcallus Scociæ et Comes de Lenenax, qui prius pacifice venerant, cum vidiſſent noſtros corruiſſe, confeſtim receſſerunt ad ſuos, qui in ſilvis latitabant juxta colles; qui nephandæ rei videntes eventum, egreſſi ſunt obviam noſtris, et multos [2] perticulariter fugientes" peremerunt ibidem, ad [3] polles [4] aſpertantes ſpolia multa, et quadrigas onuſtas abducentes. Non enim poterant quadrigæ vel ſummarii à fugientibus abduci de facili in lacubus et mariſcis. Comes vero noſter, citra pontem ſemper exiſtens, reverſo Domino Marmeduco cum ſuis præcepit, pontem frangi et comburi, et commiſſa cuſtodia ejuſdem Caſtri de Stryvelyn prædicto Domino Marmeduco, promiſit ei fideliter data fide, quod infra primas [5] decem ebdomadas veniret in ejus auxilium cum manu forti. Non tamen adimplevit quod promiſit, oblituſque ſenectutis ſuæ, [6] profectus eſt apud Berewyk cum feſtinacione

---

1 *L.* Aſſiſis, *ex T. & Tr.* 2 *Deſunt in T.* 3 *Sic etiam T. At in Tr.* polles, *cum lineola ſuperne.* Colles *repoſuit cl. St. in* O. 4 *L.* aſportantes, *cum T. & Tr.* 5 IX *T.* 6 Reverſus

tanta, quod dextrarius, in quo ſederat, in Stabulo Fratrum Minorum poſitus, nuſquam pabulum guſtavit. Deinde proceſſit ad filium Regis in partes auſtrales, et reliquit patriam penitus deſolatam. Facta fuit confuſio hæc III. Idus Septembris, ſcilicet feria quarta, Anno graciæ ſupradicto. A. D. 1297.

Scoti vaſtaverunt quaſi tres Comitatus.

POST iſta nephanda principia, animati ſunt Scoti, et corda noſtrorum confuſa ſunt, Anglicique noſtri, qui remanſerant in Berewyk, juſte timentes ſibi, abierunt à loco ſuo, eo quod principem non haberent ſeu defenſorem, et cito poſt ingreſſi ſunt eam Scoti, invenientes eam vacuam, et quaſi [1]ſcopis mundatam. Caſtrum tamen retinuerunt noſtri, et defenderunt illud. Northumbrenſes eciam, timore perterriti, [2]evacuerunt patriam ab uxoribus, et parvulis, et omni ſuppellectili, mittentes cum eis animalia uſque Novum Caſtrum et ſperſim per provincias, cumque diu morarentur Scoti, nec [3] ſævirent, credebant in hoc Northumbrenſes, ipſos nolle fines ſuos egredi, et ſic ad propria reverſi ſunt, reducentes omnia. Quod cum didiciſſent Scoti per exploratores ſuos, mox et quaſi latenter Northumbriam ingreſſi ſunt, et circumducentes patriam, ſubito peremerunt multos, et prædas maximas aſportaverunt, et ex tunc erant Scoti ingredientes et egredientes ad libitum, cubantes in Foreſta de Routhebiry, nec erat qui exterreret eos. In tempore illo ceſſavit laus Dei in omnibus Monaſteriis et Eccleſiis tocius provinciæ, à Novo Caſtro ſuper Tynam uſque Karliolum. Fuge-

---

ſus eſt *T.* 1 Scopulis *T.* Scofis *Tr.* 2 *L.* evacuarunt, *vel* (*cum T. & Tr.*) evacuaverunt. 3 Venirent, *T. & Tr.*

A. D. 1297. rant enim à facie Scotorum omnes [1] Monachi, Canonici Regulares, et ceteri Sacerdotes Miniſtri Domini, cum plebe quaſi tota. Vacabant itaque Scoti incendiis et rapinis à feſto Sancti Lucæ uſque ad feſtum Sancti Martini, et non erat qui impediret, niſi quòd viri quidam ex noſtris, qui erant in præſidio Caſtri de Alnewyk et aliorum Caſtrorum, aliquando exeuntes, extremas eorum reliquias cædebant, in modica tamen parte [2] ſeu". In feſto vero Sancti Martini, et per [3] Octavas ſequentes, conglobati Scoti proceſſerunt ubique vaſtantes omnia, cumque veniſſent Karliolum, miſerunt ad Urbem Sacerdotem quendam abſque [4] levita, qui diceret hæc, *Mandat vobis Dominus meus Willelmus Conquæſtor, ut vitæ veſtræ conſulentes, abſque ſanguinis effuſione reddatis ei Villam et Caſtrum, dabitque vobis* [5] *vitas, et membra, et omnia catalla veſtra. Quod ſi non feceritis, confeſtim expugnabit vos, et ad internecionem uſque delebit.* At illi reſponderunt ei, *Quis eſt ille Conquæſtor?* At ille: *Willelmus, quem* [6] *Walays nominatis.* Adjecerunt et illi: *Rex noſter* (inquiunt) *curam et cuſtodiam Civitatis iſtius et Caſtri, vice et nomine ſuo, et Heredum ſuorum, nobis tradidit, et credimus, eum non habere gratum, vel ratum habere velle, ut Domino tuo Willelmo ea liberemus. Sed vade, et dic ei, ut, ſi ea habere voluerit, veniat ad modum boni Conquæſtoris, et locum expugnet, habeatque, ſi poſſit, Civitatem et Caſtrum, et univerſa contenta.* Moxque illo recedente, tetenderunt machinas, et ad reſiſtendum paraverunt ſe. Quod videntes Scoti, declinaverunt ab Urbe, vaſtaveruntque univerſa per medium Foreſtæ de Ingle-

---

1 Monachi, et Canonici Regulares et Seculares, et ceteri Sacerdotes et Miniſtri Domini, *T.* 2 *Abeſſe malim. Nec quidem exſtat in T. & Tr.* 3 Octo *T.* 4 *Id eſt*, diacono *ſive* miniſtro. 5 Vitam, *T.* 6 Vos Waleys *T.*

wode,

wode, Cumberland et Allendale uſque Derewent ad [1]Kokermew. [2]Non enim pepercit eorum [3]oculus ordini, ſexui vel ætati, quin eciam eccleſias Dei concremantes, ejus ſanctuaria quaſi pro nichilo reputabant. Et cum eſſet Scotorum propoſitum, ut in Epiſcopatu Dunolmenſi acies dirigerent, impediunt eos Deus et glorioſus ejuſdem loci Patronus, Sanctus Cuthbertus. Supervenit enim tempeſtas maxima grandinis, nivis et fortis gelu infra eaſdem Octavas beati Martini, ita quod Scoti multorum fame et frigore perierunt. Exploratores eciam eorum venientes, dicebant, eundem Epiſcopatum armis præparatum et bene munitum inmenſo populo, et tamen non erant centum armati, et vix III milia Peditum electorum. Qui licet multo plures ante ad reſiſtendum in confinio manſerant, eodem tamen tempore perterriti ad propria fugierunt. Sed deficiente populo, non defuit glorioſus ille Cuthbertus, quin (ut pie creditur) Scotorum propoſitum ſuis ſanctis precibus quaſſatum eſt. Revertentes ergo Scoti [4]ad cæde prædicta, venerunt apud Hexcelſham, ubi tres Canonici ejuſdem Domus, qui paulo ante redierant, mortem non timentes, cum vidiſſent venientem exercitum, fugerunt in Oratorium ſuum, quod de novo conſtruxerant, ut, ſi ſic eſſet divina voluntas, ſacrificium ſibi fierent in eodem ſuavitatis, moxque ingreſſi ſunt ad eos viri lancearii vibrantes [5]eis lanceas et dicentes, *oſtendite nobis Theſauros Eccleſiæ veſtræ, vel confeſtim moriemini.* Ad hæc unus de Canonicis, *non,*

A. D. 1297.

---

1 *Vulgo,* Cokermouth. 2 *Hîc, pariter atque alibi, deſunt quædam in T.* 3 Scilicet *pro* oculus *male in O. Scriba nimirum non intelligebat,* oc̄ls *idem eſſe atque* oculus. 4 *Sic MS. Lege* à (*cum Tr.*) *ſicut emendavit cl. St. in O.* 5 *Sic etiam T. & Tr. non, ut O.* eas.

in-

A. D. 1297. inquit, *diu eſt quod vos & populus veſter omnia quaſi* [1] *veſtra aſportaſtis in terram veſtram, et ubi repoſuiſtis ea ſcitis: nos vero extunc pauca quæſivimus, ſicut jam in præſenti videtis.* Interim vero Dux eorum ingreſſus eſt, ſcilicet Willelmus Walays, et comminabatur ſuis, ut recederent, rogavitque, ut eorum aliquis Miſſam celebraret, et ſtatim celebravit unus. Factaque elevacione, egreſſus eſt ille Willelmus ad deponendum arma ſua, et factum eſt, cum [2] perveniret Sacerdos ad percepcionem ſacratiſſimi Corporis et Sanguinis Chriſti, circumſteterunt eum [3] Scoti, ut calicem abriperent. Cumque manus ablueret, et à ſacrario reverteretur altari, invenit calicem aſportatum, quem ſuper altare reclinaverat, manutergiaque et cetera ornamenta ipſius altaris. Nec erat ei liber, in quo finiret Miſſam inceptam, eo quod aſportaverant omnia. Et cum hæſitaret ſacerdos, quid eſſet faciendum, reverſus eſt ille Willelmus, et vidit hæc, præcepitque, ut quærerentur Sacrilegi, et capite plecterentur. Sed inventi non ſunt, utpote cum diſſimulacione quæſiti. Adjecitque ad Canonicos, *Non*, inquit, *à me recedatis quoquam, ſed mecum maneatis, ut ſalvemini. Populus enim iſte malicioſus eſt, nec juſtificari poteſt ſeu caſtigari.* Manſitque ibidem per duos dies, et populus ille perverſus [4] diſperſus per circumadjacentem provinciam, comburens incendio et vaſtans univerſa. Habuitque tunc ille Willelmus Walays [5] ſocium in Literis ſequentibus nominatum, qui eiſdem Canonicis Litteras ſuas Protectorias conceſſerunt conceptas in hac Forma.

---

1 *Sic MS. Rectius* (*ut in T. & Tr.*) noſtra. 2 Veniret *T.* 3 Scotti multi, ut c. arriperent *T.* Scotti multi, ut c. abriperent *Tr.* 4 Diſperſus eſt per *T. & Tr.* 5 Conſocium *T.*

An-

Andreas de Moravia et Willelmus Wallenſis, Duces exercitus Regni Scociæ, nomine præclari Principis Domini Johannis, Dei gracia Regis Scociæ illuſtris, de conſenſu Communitatis Regni ejuſdem, omnibus hominibus dicti Regni, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Sciatis, Nos, nomine dicti Regis, Priorem et Conventum de [1] *Hexhildeſham in Northumbria, terras ſuas, homines ſuos, et univerſas eorum poſſeſſiones, ac omnia bona ſua mobilia et immobilia, ſub firma pace et proteccione ipſius Domini Regis et noſtra juſte ſuſcepiſſe. Quare firmiter prohibemus, ne quis eis in perſonis, terris ſeu rebus malum, moleſtiam, injuriam ſeu gravamen aliquod inferre præſumat, ſuper plenaria forisfactura ipſius Domini Regis, aut mortem eis, vel alicui eorum, inferat, ſub pœna amiſſionis vitæ et* [2] *membrorum, præſentibus poſt annum minime valituris. Dat. apud Hexhildeſham* VII°. *die Novembris.* A. D. 1297.

Literæ Protectoriæ.

Andreas &c. Sciatis, quod ſuſcepimus unum Canonicum de Hexildeſham, cum ſuo armigero, et duobus famulis ſuis, in ſalvum et ſecurum conductum Regis noſtri et noſtrum, ad veniendum ad nos ubicunque fuerimus, quandocunque neceſſe fuerit et expediens [3] *dictis* [4] *domui. Et ideo vobis omnibus et ſingulis, nomine dicti Domini Regis, mandamus, firmiter injungentes, quatinus, cum aliquis Canonicus dictæ domus, cum prædicto armigero et famulis ſuis, præſentes Literas ſecum habens, cauſa veniendi ad nos inter vos venerit, ipſos ſub ſalva cuſtodia ad nos ducatis, ita quod nullus eos in perſonis ſeu rebus moleſtet in aliquo, ſub Regis plenaria forisfactura,*

---

1 Hexelſam (*hîc & infra*) *T. Sed* Exhildeſham *hîc, &* Exeldeſham *infra, in Tr.* 2 Membrorum. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigilla noſtra appoſuimus, poſt annum *T.* 3 *L.* dictæ, *cum T. & Tr.* 4 *In* dominis *convertit cl. Stillingfletus in O. male.*

aut

A. D. 1297. *aut mortem eis vel alicui eorum inferat, ſub pœna amiſſio*
nis vitæ et [1] *membrorum, præſentibus ad voluntatem noſtra*
duraturis. Egredientes tandem Scoti de loco illo, te
tenderunt acies ſuas verſus Novum Caſtrum ex parte
Boriali de Tyne, et cum eſſent ex oppoſito illius ville
de Ritonˉ, egreſſi ſunt viri quidam ex eadem villa; e
maledicebant eis, non timentes eos, eo quod aqua ſu
perabundaret in parte. Moxque ex Scotis tranſierun
multi, et eandem villam incendentes, continuo rever
ſunt, fugientibuſque incolis, jam ſtatim rumor aſcen
dit, *adveniunt Scoti,* crevitque clamor et ululatus eo
rum per provinciam totam, et fugerunt et ſecum aſpor
taverunt bona ſua, non quidem in gaudio, ſed in fletu
nec erat qui reſiſteret, ſeu ad reſiſtendum ſe pararet
niſi Dunelmenſes et cives de Novo Caſtro. Viri enim
animoſi, qui erant in præſidio Novi Caſtri, paraverun
ſe ad pugnam, egredientes ab Urbe, non longe tamen
eo quod perpauci fuerant reſpectu multorum. Quo
videntes Scoti, declinaverunt ab Urbe, et dividente
inter ſe ſpolia quæſita, tradiderunt Galwalenſibus par
tes ſuas, et abierunt in loca ſua.

Carliolenſes fecerunt prædas in Valle Anandiæ.

MODICUM ante Nathale Domini, Dominus Ro
bertus de Clifford, cum centum armatis Civi
tatis et Comitatus Carliolenſis, et XX^ti. Milibus pedi
tum electorum, ingreſſus eſt Vallem Anandiæ, ut præ
daretur ibidem. Cumque tranſiſſent aquam de Sule
wathˉ, mox voce præconis conclamatum eſt, ut [2] nullum

---

1 Membrorum. In cujus rei teſtimonium &c. ut ſupra,
ad voluntatem noſtram duraturis. Datum ut ſupra. E
gredientes *T.* 2 Nulli *T. & Tr.*

quic

quicquam boni facerent, niſi tantum ſibimet ipſis. Quo audito, gaviſi ſunt pedeſtres, et continuo ad prædas diſperſi ſunt. Equeſtres vero maturo greſſu proceſſerunt, et ſimul. Cumque veniſſent in mora juxta Anandiam, ecce incolæ ejuſdem provinciæ adunati, venientes, improperabant eis, vocantes eos, *canes caudatos*, et præ paucitate eos contempnentes, eo quod pedeſtres ſui longe fuerant ab eis ſeperati. Ad hoc autem exhortantes ſe noſtri, ad invicem congreſſi ſunt cum hac multitudine magna, et cæſis quibuſdam, reliquos in fugam converterunt, concluſeruntque [1] eos in quodam mariſco, quouſque venientes pedeſtres, occiderunt ex eis treſcentos et octo viros, et quoſdam duxerunt captivos, iterumque revertentes ad prædam, combuſſerunt pluſquam decem villas ibidem infra limites parochiarum noſtrarum, et tandem [2] reverſi Karliolum in vigilia Nathalis Domini cum ipſis captivis et præda magna. Iterato eciam circa principium Quadrageſimæ tranſierunt ibidem, et villam Anandiæ expoliantes, ignem appoſuerunt. Qui accenſus, crevit in inmenſum, et [3] combuſſit eandem eccleſiam noſtram, et ſic captis ſpoliis et quibuſdam captivis reverſi ſunt, et extunc vacabant mutuis incendiis et rapinis. A. D. 1297.

Comites noſtri reconciliati ſunt per Filium Regis.

[4] CUM à gente Scotorum perfida talia gererentur, Conſiliarii Regis noſtri, qui cum Filio Regis erant, magnum videntes periculum, non tantum Regi, in remotis agenti, ſed eciam toti terræ Anglicanæ imminere, inſtiterunt apud Filium Regis, qui, propter

---

1 Eos noſtri in *T.* 2 Sunt *addunt T. & Tr.* 3 Combuſſit eccleſiam, et ſic *T.* Combuſſit eandem eccleſiam, et ſic *Tr.* 4 Dum *T. & Tr.*

A. D. 1297. ſedicionis periculum, Londoniis morabatur infra Muros Civitatis, ut Comites prædictos, Mareſcallum ſcilicet et Herefordenſem, qui (ut dictum eſt) à Patre ſuo in parte deciderant, rogaret et interpellaret ad pacis unitatem et amorem. Miſſis ergo Literis ſuis, rogavit eos, ut ad Parliamentum ſuum, eo quod Patris ſui locum tenebat, in Angliam venirent, Londoniis X°. die Octobris celebrandum. Qui novi Præceptoris et futuri Principis rogatum amplectentes, venerunt ad eundem diem, non tamen nudi, immo cum mille quingentis Equis armatis, et magna [1] parte peditum electorum. Portas tamen Civitatis noluerunt ingredi, niſi primo concederetur eis, quod in omnibus portis Civitatis ponerentur prius Cuſtodes eorum, ne forte abſque armis ingreſſi, velud oves in ovili clauderentur. Quo conceſſo, ingreſſi ſunt, ubi tandem poſt conſilia multa et tractatus varios, mediante venerabili Patre Cantuarienſi Archiepiſcopo, Magiſtro ſcilicet Roberto de Wynchelſe, cujus memoria in benediccione eſt, non fuit alia forma, ad quam conſentire voluerunt, niſi quod ipſe Dominus Rex Magnam Cartam, cum quibuſdam Articulis adjectis, et Cartam de Foreſta concederet et confirmaret. Et quod nullum auxilium ſeu vexacionem à Clero vel Populo peteret vel exigeret in poſterum, abſque Magnatorum voluntate et aſſenſu. Et quod animi rancorem remitteret eis, et omnibus ſibi aſſociatis. Ordinatumque eſt hujuſmodi Scriptum in hæc verba conceptum.

Confirmacio [2] Magnæ Cartæ.

EDWARD, par la grace de Dieu, Roy Dengleterre, Seignour Dyreland, et Duc Daquitaygne, a toutz

---

1 Copia ped. *T. & Tr.* 2 *Quæ quidem deeſt in T. & Tr.*

ceaus,

ceaus, qi ceſtes preſentes Lettres verrount ou orrount, Sa- A. D.
lutz. Sachiez, nous, al honour de Dieu et de Seint Eſgliſe, 1297.
& al profite de tote noſtre Reame a nous grauntie pur nous et pur noz Heirez, qe la graunt Chartre dez Fraunchiſez, et la Chartre de la Foreſte, les quex ſinent fetz par commune aſſent de tut la Reame en le temps le Roy Henr'. noſtre Pere, ſoient tenuz en touz lour poyntz, ſaunz nule emblemiſement. Et voloms, qi memes celes Chartres de ſouz noſtre ſeal ſoient enuoiez a touz noz Juſticez auſi bien de la Foreſte com as altres, et a touz les Viſcountz dez Counteez, et touz noz autres Miniſtres, et a touz noz Cyteez, parmy la terre enſemblement ouesk noz briefs en quex ſerra contenu, qi ils facent les auauntdits Chartres publiere, et qi ils facent dire au pople, qi nous auons grauntie atenire lez en touz lur poyntz et enpledant et en Jugement ſerront alowez. ceſt a ſauoir, la graunt Chartre des Fraunchiſes com ley Comune et la Chartre de la Foreſte al amendement de noſtre Pople. Et volons, qi ſi nuls Jugementz ſoyent donez dez boremeſe encounte lez poyntz dez Chartrez auauntditz par Juſtices ou par altres noz Miniſtres, qi encontre lez Poyntz dez Chartres tenent pleez deuaunt eaux ſoyent defecz et pur nent tenuz, et voloms qe memes les Chartres de ſouth noſtre ſeal ſoyent enuoiez as Egliſe Cathedrals parmy noſtre Realme et la de moergent et ſoient dens fiez par an luz denant le pople. Et qe Erceueskes, Eveskes donnent ſentence del graunt eſcomenge encontre touz ceaus, qe encontre les auantditz Chartres vendront en ſet en eyde ou en conſeyl en nul poynt enfrayndront ou encontre vendront, et qe cele ſentences ſoient denunciez et pupliez dens fiez par an par lez avauntditz Prelatz. Et ſi memes lez Prelatz Eveskes ou nul de eaus ſoient negligentz en la denunciacyoune ſuiſdit fere en la fourme auantdit par les Erceveskes de Canterbris et de Everwyk, qi pur temps ſerrount ſicom coment ſoient reſpris et deſtreyntz a

A. D. 1297. *meſmes cele denunciacyon̄ fere en la forme avantdit. Et pur-ceo qe aucune gentz de noſtre Realme ſe ducent qe les eydes e le miſes les queux ils nous ount fet auant ces houres pur noz guerres et altres buſoignes de lur graunt, et lour bone volunte, en quele manere qe feces ſoient puiſſent turnere en ſeruage a eaus e a lour Heyres, pur ceo qi ils ſerroient altre fiez trouez en pople et anſi priſes qi ount fetz par mi la Realme par noz Miniſtres en noſtre nomie a nous grauntie pur nous et pur nos heires qi meſmes cels eydes myſes ne priſes ne treerrouns a aſcome pur nule choſe qe ſoit fet ou par roule ou en altre manier poet eſtre troue. E auſi auoms graunte pur nous et pur noz heires as Erceveskes, Eveskes, Abbes, Priours, et as altres gentz de Seynt Egliſe, e a Countes, et Barounes, e a tote la Comunialte de la Tere, qe mes pur nul beſoygne tiels maner des eydes miſes ne priſes de noſtre Realme, ne prendroms fors qe par comune aſſent de tout la Realme, e a comune prȳfit de meſme la Realme ſaunes les aunciens eydes e priſes dones & cuſtomes. Et pur ceo qe tut le plus de la comunialte ſe ſentent durement greues de la male toult des Laynes, ceſt ſauoir de cheſcun Sake de Layne* XL *s. e nous ount priee qe nous la vouſiſſons releiſſere nous a lour prier lanoms pleynement releiſe e anoms grauntie, qi cele ne altre miſe ne enprendroms ſaunz lour comune aſſent et lour bone volunte ſauf a nous et as noz heires la cuſtome dez Laynez, Peaus e Quires, avaunt grantie par la Communialte del Realme avauntdit. En teſmoigne des queux choſes nous avons fet fere ceſtes noz Lettres overtez Teſm̄ Edward noſtre Fitz a Loundres le* X *iour de Octobr̄ le An de noſtre Regne* XXV. Miſſumque eſt idem Scriptum ad Regem in Flandriam, ut Sigillum ſuum ſecretum apponeret. Magnum enim Sigillum cum Filio Regis remanſerat. Miſſa eciam ſunt tranſcripta Magnæ Cartæ et Cartæ de Foreſta cum ſubſcriptis Arti-

cu-

culis, in fine Magnæ Cartæ inſertis, ut ea ſimiliter confignaret. A. D. 1297.

Articuli inſerti in Magna Carta.

NULLUM Talliagium vel Auxilium per nos, vel heredes noſtros, de cetero in Regno noſtro imponatur ſeu levetur, ſine voluntate et aſſenſu communi Archiepiſcoporum, Epiſcoporum et aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, Burgenſium, et aliorum liberorum hominum in Regno noſtro. Nullus Miniſter noſter, vel heredum noſtrorum, capiat blada, lanas, coria, aut aliqua alia bona cujuſcunque, ſine voluntate et aßenſu illius, cujus fuerint hujuſmodi bona. Nichil capiatur de cetero, nomine vel occaſione malæ toltæ, de ſacco lanæ. Volumus eciam et concedimus, pro nobis et Heredibus noſtris, quod omnes Clerici et Layci de Regno noſtro habeant omnes leges, libertates et liberas conſuetudines ſuas, ita libere et integre, ſicut eas aliquo tempore plenius et melius habere conſueverunt. Et ſi contra illas, vel quemcunque Articulum in præſenti Carta contentum, Statuta fuerint edita per nos, vel per Anteceſſores noſtros, vel conſuetudines introductæ, volumus et concedimus, quod hujuſmodi conſuetudines et Statuta vacua et nulla ſint in perpetuum. Remiſimus eciam Humfrido de Bown, Comiti Herefordenſi et Eſſexienſi, Conſtabulario Angliæ, Rogero Bygot, Comiti Northfolciæ, Mareſcallo Angliæ, et aliis Comitibus, Baronibus, Militibus, Armigeris, Johanni de Ferrariis, ac omnibus aliis de eorum ſocietate, confœderacione et concordia exiſtentibus, necnon omnibus XX^ti. libratas terræ tenentibus in Regno noſtro, ſive de nobis in Capite, ſive de alio quocunque, qui ad transfretandum nobiſcum in Flandriam certo die notato vocati fuerunt, et non venerunt, rancorem noſtrum et malam voluntatem quam ex cauſis prædictis erga eos habuimus. Et

eciam

A. D. 1297. *eciam tranſgreſſiones, ſi quas nobis vel noſtris fecerint, uſqu ad præſentis Cartæ confeccionem. Et ad majorem hujus re ſecuritatem, volumus et concedimus, pro nobis et heredibu noſtris, quod omnes Archiepiſcopi et Epiſcopi Angliæ, in per petuum, in ſuis Cathedralibus Eccleſiis habita præſenti Car ta et lecta, excommunicent publice, et in ſingulis Parochia libus Eccleſiis ſuarum Dioceſeon excommunicare, ſeu excom municatos denunciare faciant bis in anno omnes, qui contra tenorem præſentis Cartæ vim et effectum in quocunque Artiı culo ſcienter fecerint, aut fieri procuraverint, quoquomodo In cujus rei teſtimonium præſenti Cartæ ſigillum noſtrum eſ appenſum, una cum ſigillis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum Comitum, Baronum, et aliorum, qui ſponte juraverunt, quod tenorem præſentis Cartæ, quatenus in eis eſt, in omnibus et ſingulis Articulis obſervabunt, et ad ejus obſervacionem con ſilium ſuum et auxilium fidele præſtabunt in perpetuum.* Ipſe eciam Edwardus, Regis Filius, per Literas ſuas Patentes remiſit prædictis Comitibus, et univerſis ſuis ſequacibus, omnem malam voluntatem, et promiſit in eiſdem Literis, quod Patrem ſuum induceret modis omnibus ad illud idem faciendum. Omnes eciam Conſiliarii Regis, qui ibidem aderant, per ſcriptum ſuum, ſuper hoc ſpecialiter confectum, illud idem promiſerunt, et lætati ſunt univerſi in die hac. Erat enim ibi ex parte Regis Archiepiſcopus Cantuarienſis, et Henricus electus Eborum; Epiſcopi eciam Londonienſis, Elyenſis, Bathonenſis et Coventrenſis. Comites eciam Cornubiæ, Warennæ, Warewyk et Oxoniæ. Barones eciam [1] Johannis Gyffard, Henricus de Percy, et Reginaldus de Grey, cum multis aliis Clericis et Laycis. Hii omnes et ſinguli, tactis Sacroſanctis Evangeliis, juraverunt, ad majorem rei ſecuritatem, quod prædi-

1 *Sic MS. Repone*, Johannes, *cum T. & O.* John̄ *Tr.*

ctos

ctos Comites, cum ſuis ſequacibus omnibus, contra Dominum Regem ſervare deberent illæſos et indempnes. Convenit eciam, ut in craſtino Sancti Nicholai Epiſcopi certum ſuper hoc reſponſum acciperent ab ipſo Rege, ſub hac condicione adjecta, ut, ſi Rex prædicta ſcripta conſignata remitteret et ratificaret omnia, ex tunc ad mandatum Regis iidem vel ad Regem in Flandriam, vel contra hoſtes ſuos in Scociam proficiſcerentur ad votum. Miſſis ergo Nunciis ad ipſum Dominum Regem ſcripſerunt ei ſecretarii ſui, ut ſi honorem ſuum, ſtatum et Regnum ſalvare et retinere proponeret, prædicta omnia remitteret conſignata. Qui quidem in arto poſitus, cum jam hæſitaſſet per triduum, noviſſime tamen, ut corda ſuorum retineret, votis eorum annuit in præmiſſis, et omnia conceſſit et per ordinem confirmavit. Pro hac autem confirmacione Cartarum prædictarum, cum ſuis adjunctis prædictis, dederunt Magnates Terræ cum communi Pulo nonum denarium, Archiepiſcopus Cantuarienſis cum ſuo Clero decimum denarium, et Eborum electus cum ſuo Clero, qui propinquiores periculo [1]extiterunt, quintum denarium, in ſubſidium guerræ Regis in Regno Scociæ. Lanas eciam Religioſorum et aliorum de Populo prius acceperat Rex, cum proteſtacione tamen, quod allocarentur in eodem quinto. A. D. 1297.

Quomodo Comites proceſſerunt in Scociam.

REX eciam noſter per Literas ſuas ſpeciales rogavit eoſdem Comites, et ceteros Magnates, qui remanſerant in Anglia, ut, ſicut ſuum et tocius terræ Anglicanæ honorem diligerent, cum feſtinacione

---

1 Extiterant, *T.*

pa-

A. D. 1297. parati procederent in Scociam cum Comite de Warenna, quem ſuo loco præfecerat, ut Scotorum audaciam et reprimerent et caſtigarent, præfixitque eis terminum, in Octavis ſcilicet Sancti Hillarii apud Eborum, ut interim pararentur et convenirent ibidem, ex tunc in ſuos hoſtes proceſſuri. Miſit eciam Rex Literas ſuas ad Magnates Scociæ, ut, ſi in fide et in fidelitate ſua manerent, ſicut in receſſu ſuo ſe remanere promiſerant, ad Parliamentum ſuum apud Eborum, quod per Comites ſuos in craſtino Sancti Hillarii celebrandum ſtatuerat, abſque omni cavillacione venirent, alioquin ex tunc velut hoſtes publici tenerentur. Ad quam quidem diem convenerunt Comites noſtri, iſti ſcilicet Comes de Warenna, qui locum Regis tenens perſonam ipſius præſentabat in hoc, Comes Glouceſtriæ, cum Comitiſſa Uxore ſua, Filia Regis, Comes Mareſcallus, Comes Herefordenſis, Comes de Arundell, et Gwydo Filius Comitis de Warewyk, Patris locum tenens. Barones eciam iſti, ſcilicet, Henricus de Percy, Johannes de Wak, Johannes de Segrave, et Magnates plurimi; communicatoque conſilio, voluerunt, ut conſtaret communi populo de confirmacione Magnæ Cartæ et Cartæ de Foreſta; unde lecta Magna Carta cum Articulis inſertis, quos enumeravimus ſupra, de præcepto eorum Karliolenſis Epiſcopus, Pontificalibus indutus, Excommunicacionis ſentenciam in omnes ejus violatores fulminavit. Cumque non venirent Scoti, neque mitterent, ſtatuerunt, ut in Octavis ſequentibus apud Novum Caſtrum ſuper Tynam omnis numeraretur populus expeditus ad pugnam, et ſic [1]continue procederet in hoſtes. Venientes autem ibidem, numeraverunt

---

1 Continuo procederetur *T. & Tr.*

po-

populum universum. Et inventa sunt duo milia equorum armatorum cum ascensoribus electis, et aliorum equitancium plusquam mille ducenti, peditum autem cum Wallensibus plusquam centum milia, et processerunt continuo usque ad confinia Regionum, et singulis diebus augebatur eorum numerus, et in pedestribus et in equitibus. Cumque sciviſſent Scoti adventum eorum [1] validum, timuerunt, et relinquentes obsidionem Castri de Rokesburg, quod multo jam tempore oppugnaverant, eo quod tenebatur ibidem Episcopus Glasguensis, fugerunt à facie Anglorum, ingressique sunt nostri et Villam et Castrum consolantes obsessos, et vulneratis et attonitis medelam adhibentes, confirmatoque Castro digressi sunt usque Kelshow. Inde revertentes apud Berewyk super Twedam, invenerunt eam vacuam, eo quod fugerant Scoti, audito eorum ingressu in terram, et Anglicis Castrensibus, qui multo jam tempore à Scotis fuerant oppugnati, facta est lætitia magna in admissione suorum. Cumque nostrorum fuisset voluntatis et propositi, ut ad perdendum Scotorum exercitum dirigerent acies suas, ecce à Rege nostro novum emanavit mandatum. supervenit enim, quasi in principio Quadragesimæ, Miles quidam cum Literis Regis ad prædictum Comitem de Warenna, [2] ceterasque Comites et alios suos fideles, continentibus in parte sic: Quod ipse Rex, auctore Domino, negocia sua transmarina jam bene pro voto expedierat, et in propria persona properaret ad eos in Scociam, cum omni festinacione qua posset, adiciens, ut ante ipsius adventum nichil quid magnum attemptaretur in Scotis, nec se ullo discrimini manciparent, sed si vil- A. D. 1297.

1 *Sic etiam Tr. Rectius tamen (ut videtur) in T.* valde timuerunt. 2 *L. cum T. & Tr.* ceterosque.

A. D. 1297. lam de Berewyk poſſent adipiſci, manerent ibidem, citum ejus adventum præſtolantes. Accepto itaque hujus mandato, elegerunt ex univerſis armatis mille quingentos viros in equis armatis, et circiter XX^ti. milia peditum electorum, qui venerant ex Wallia, et ex remocioribus partibus terræ, remittentes ad propria ceteros uſque ad adventum Regis. Manſeruntque ſic in eadem villa de Berewyk, expectantes Regis adventum, et ſemper ſuis hoſtibus ad reſiſtendum parati.

Transfretavit Rex in Flandriam, et quid ibi fecerit.

AD Hiſtoriam Regis noſtri, quam in prædictis, ut patet, ad tempus prætermiſimus, nunc in præſenti revertamur. Rex itaque noſter, non obſtante, ut dictum eſt, mutacione Comitum prædictorum, circa feſtum beati Bartholomæi Apoſtoli, aërem, non animum, mutans, transfretavit in Flandriam cum mille quingentis equis armatis, et quinquaginta milibus peditum electorum, de quibus fuerant Wallenſes XXX^ta. milia; ſtatimque cum applicuiſſet Rex in portu de Swyn̄, ſuoque ſe recepiſſet hoſpicio, Marinarii de portubus, inveteratum illud odium, quod inter ipſos et Marinarios de Jarnemew ab antiquo duraverat, ad memoriam reducentes, mox currentes ad arma, impetu furoris ſui combuſſerunt pluſquam XX^ti. naves eorum, perimentes gladio quotquot ex ipſis comprehendere potuerunt. Rege tamen prohibente, ſed impetum furoris reprimere non valente, tres [1] tamen magnæ naves, in quarum una Theſaurus Regis ex parte fuerat, retrahentes ſe in altum maris, cum difficultate [2] fugie-

---

1 *Sic etiam T. & Tr. Malim*, tantum. 2 Fugerunt, *T. & Tr.*

runt,

runt, et hæc acta fuerant in portu de Swyn̄. Inde perrexit Rex apud Bruges, ubi Comes Flandriæ occurrens ei obviam, ſuſcepit eum cum inmenſo gaudio. Cui Rex ait, *ecce in auxilium tuum venimus, Comes. Nunc ergo in hoſtes procedere, an ad tempus quieſcere debeamus, indica nobis.* Exercitus [1] enim Regis Franciæ non diſtabat ab eis, niſi per duas leucas modicas. Videns autem Comes ipſum reſpective viribus imparem, eo quod exercitus Franciæ pergrandis fuerat et inmenſus, ait illi, *Domine mi Rex, non poſſumus in* [2] *præſenti ex arrupto procedere, eo quod eſtis labore fatigati; ſed eſt mihi Civitas fortis et bene munita, ſcilicet Gawnt, ad quam declinabimus ad tempus, quouſque robur noſtrum et negocium melius pro voto ordinetur.* Et adquievit ei Rex, et præcepit, ut [3] exercitus viarum et introitum terræ obſervarent pedeſtres, eo quod ibi ſunt foſſata multa, donec iter inceptum ageret ad eandem Civitatem. Et quia cives Burgenſes, ſicut et cives aliarum Civitatum, A. D. 1297.

ſcilicet Doway, Ipre, Gawnt et Sancti Odomari, paulo ante ſe dederant Regi Franciæ, cum defenſorem non haberent neque propugnatorem, juſſit Rex, ne aliâs forte mutarentur, ut et fidelitatem ſibi jurarent et obſides darent. Quo facto, proceſſit in via ſuâ verſus Gawnt, reſpicientibus in eum Francis, ſed non prohibere valentibus. Timebant enim pedeſtres Regis Angliæ, eo quod erant ex eis ſagittarii multi, moveruntque caſtra ſua uſque Curteray, [4] quæ diſtat à Gawnt per octo leucas. Manſit itaque Rex noſter apud Gawnt per dies plurimos, et pedeſtres ſui frequenter agebant prædas plurimas, inter quas villam de Dampe ſic di-

1 Autem *T.* 2 Præſentia ex abrupto *T.* 3 Anfractus *conjecit cl. Stillingfletus in O. Malim autem cum T. & Tr.* exitus. 4 Quod *T.*

A. D. 1297. ctam ſpoliaverunt bonis multis, et peremerunt in ea pluſquam ducentos viros electos, qui ſe primo dederant Regi noſtro in primo adventu ſuo. Quod quidem factum multum diſplicuit ei, et quoſdam hujus ſceleris auctores juſſit in furca ſuſpendi.

Quomodo treugas inierunt Reges noſtri.

INTER Magnates plurimos, qui cum Rege noſtro aderant, affuerat ille diſcretus vir, frater Willelmus de Hothom̄, Dumblanienſis electus, qui noticiam familiaritatemque Regis Franciæ, et Magnatorum ejuſdem Regni, contraxerat, dum in Theologia Pariſius multis et egregie rexerat annis. Erat enim de Ordine Prædicatorum, et Nacione Anglicus. Hic mittens ad Regem Franciæ, peregrinum ſe finxit in terra ſua, dicens ſe velle proficiſci ad Curiam Apoſtolicam, ob cauſam vocacionis ſuæ ad ſedem Dumblanienſem, peciitque ab ipſo Rege Literas conductivas, ut ſalvo veniret ad eum, et pacifice loqueretur ei. Quas cum de facili impetraſſet, Regem adiit, et pacifice quidem loquens, ut pote multum habens pectoris et ſermonis, ſic impetravit, quod hinc et inde ad certos diem et locum viri pacifici et diſcreti mitterentur, qui de pace plena, vel ſaltem de treuga tractarent, cum effectu, factumque eſt ita. Unde habitis per dies quatuor et loca diverſa tractatibus variis et colloquiis multis, tandem in quinto die convenerunt Magnates Regis utriuſque Regni apud Turnay, ex parte ſcilicet Regis Franciæ, Dux Burgundiæ, Comes de Sancto Paulo, Comes de Britannia, Dominus de Nele, et Epiſcopus de [1] Aucer,

---

1 Antiſer, *T.* Aucer', *Tr.*

cum

cum multis aliis; ex parte Regis Anglorum, Epiſcopus Dunolmenſis, cum ceteris plurimis. Qui Deum præ oculis habentes, tanquam filii veræ lucis et pacis, præludia ſtatuerunt, treugas ſcilicet biennales, à feſto Sanctæ Epiphaniæ Domini ejuſdem anni, uſque ad idem feſtum revolutis annis duobus. Et quod captivi hinc inde redderentur, ſub caucione tamen, ut ſi plena pax treugas non ſequeretur biennales, vel quod eorum corpora, vel ſaltem pecunia ſub caucione expoſita ſolveretur, ſupponentes utrumque Regem et de voluntate eorum obligantes eos in omnibus, et per omnia, Ordinacioni Domini Papæ Bonifacii, qui diſſenciones omnimodas audiendo [1]diriueret et fine debito terminaret. Mittuntur itaque ſollempnes Nuncii ad Curiam Papæ, qui utriuſque Regis negocium exponunt diligenter. Dominus autem Papa, auditis hinc inde propoſitis, et communicato conſilio, decrevit et ſententiavit in hunc modum. A. D. 1297.

Ordinacio Papæ inter Reges[2].

DUDUM inter Kariſſimos in Chriſto filios noſtros, Philippum Regem Francorum ex parte una, et Edwardum Regem Anglorum ex altera, Reges illuſtres, ſuggerente generis humani inimico, pacis [3] *æmilo, ſuper diverſis titulis materia diſcordiæ ac diſſencionis exorta, tandem iidem Reges, per ſpeciales Nuncios et Procuratores ſuos, ob hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium, Divina Providencia Papam* VIII, *tanquam in privatam Perſonam et Do-*

1 Diminuerat *T. Legend.* dirimeret, *cum Tr.* 2 *Vide Hen. Knyghtonum apud* X *Script. col.* 2526. *ubi hæc ordinatio habetur.* 3 *L.* æmulo (*cum Tr.*) *quo modo etiam correxit cl. St. in* O.

mi-

A. D. 1297. *minum Benedictum Gaytam in arbitrum, arbitratorem, lau-datorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem, amicabi-lem compositorem, ordinatorem, dispensatorem et pronuncia-torem, super reformanda pace et concordia inter ipsos Reges ac super hiis* [1] *qui ad pacem pertinent, occasione quacumqu de alto et basso absolute et libere compromittere curaverun prout in* [2] *compromissioribus instrumentis publicis inde confe-ctis plenius continetur: Nos igitur Bonifacius papa prædi-ctus, qui finem litibus imponere affectamus, et præcipue inte Reges prædictos, quorum quietem indesinenter appetimus, e tanto fervencius vigere cupimus successus, quanto pleniori ea affeccione prosequimur, et puriori complectimur caritate, hu jusmodi compromissis receptis, et nobiscum præhabita delibe-racione diligenti, vocatisque Nunciis et procuratoribus su pradictis, ad arbitrium,* [3] *lautum, mandatum et arbitralem sententiam audiendum, eisque coram nobis personaliter con-stitutis, ad laudem Omnipotentis Dei, qui est pacis auctor e salutis amator, et glorioſæ Matris ejus, sicut arbiter et arbi-trator, laudator et amicabilis compositor, aut sicut privata persona, et Benedictus Gaytan̄, ex forma et virtute compro-missorum prædictorum, et omni modo et jure quo melius posse-mus, viam arbitratoris, laudatoris et amicabilis compositoris sequentes, dicimus, arbitramur, laudamus, diffinimus, arbi-traliter sententiamus, mandamus, ordinamus, disponimus e pronunciamus hac vice, ut inter ipsos Reges fiat et sit perpe-tua pax et stabilis, et quod treugæ vel sufferenciæ voluntа-riæ, dudum indictæ et initæ inter eos, modo et forma, ac omni-bus* [4] *vel personis et terris, et sub illis pœnis et condicionibu et temporibus, sub quibus indictæ, initæ ac firmatæ fuerunt inviolabiliter observentur. Ad hujusmodi autem pacem con-*

---

1 L. quæ, *cum Tr. Atque ita emendavit cl. St. in* O. 2 L. *cum Tr.* compromissoriis. 3 *Vel* (*ut in Tr.*) laudum. 4 Illi *pro* vel *apud* X *Script. Atque ita etiam in Tr.*

fir-

firmandam, roborandam atque ſervandam, infra tempus, quod duxerimus, moderandum, præfato Regi Angliæ ſororem dicti Regis Franciæ recipere ac ducere cum Dotalicio XV. *millium librarum Turonenſium in Uxorem, et idem Rex Franciæ eandem ſororem ſuam eidem Regi Angliæ in Uxorem dare et tradere, cum diſpenſacione Sedis Apoſtolicæ, teneantur. Quodque* [1] *N. filia prælibati Regis Franciæ, quæ infra ſeptennem dicitur conſtituta, ſuo tempore,* [2] *et" prædicti Regis Angliæ filio, qui jam* XIII *ætatis ſuæ annum exegit, cum ſimili diſpenſacione matrimonialiter, cum Dotalicio* XVIII *millium librarum Turonenſium, copuletur. Illudque firmetur atque valletur ex nunc modis inferius annotatis, videlicet, Quod idem Rex Angliæ pro filio ſuo, idemque filius pro ſe, qui ad hoc habent ſufficientem ætatem,* [3] *contra hanc"* [4] *ſponſalicia prædicta, eorundem Regis et filii juramentis firmanda. Et Rex* [5] *Franciæ* A. D. 1297.

Finito Libro ſit laus et gloria Chriſto.

Manus Scriptoris ſalventur omnibus horis.

---

1 *Deeſt apud* X *Script. Reponend. forſitan* Iſabella. *At in Tr.* talis filia *legitur.* 2 *L.* Edwardo. *At* tali prædicti *in Tr.* 3 *L.* contrahant, *cum Tr. & X Script.* 4 *Vel, ut alii,* Sponſalia. 5 &c. *addit Codex Cottonianus, qui & hîc etiam deſinit, ſicuti me docuit amicus eruditus Jacobus Weſtus. Neque ulterius progrediuntur alii itidem Codices veteres Hemingfordii. Itaque è Chronica Abbingtonienſi ad mortem uſque Edvardi primi reliqua hauſerunt Hiſtorici, cujus equidem Chronicæ auctor pleraque ſua omnia his de rebus ex Hemingfordio decerpſit. Tam vero poſterioris partis Hemingfordii, quam et Chronicæ Abbingtonienſis, adeo rara erant exemplaria vivente Henrico Knyghtono, ut neutrum opus unquam adſpexiſſe videatur. Alioqui certe Knyghtonus integram hanc ordinationem deſcripſiſſet,*

A. D. 1297.

E Codice MS. CANTABRIGIENSI.

Et Rex Franciæ nomine filiæ ſuæ prædictæ contrahat hujuſmodi ſponſalia pro eadem, quæ nunc valida ſint & firma. Volumus, & dicimus, & arbitramur, quod Rex Franciæ promittat per juramentum ſuum, pro ipſa in animam ſuam præſtanda, ſe tradere prædictam filiam ſuam prædicto nuptui tempore quo concordatum extiterit inter ipſos, vel per nos arbitratum fuerit vel laudatum; pro quibus attendendis firmiter, & fideliter adimplendis, dicimus, laudamus & arbitramur, quod tali pœna apponenda firmetur, et ab utraque parte promiſſa et ſolvenda valletur parti parenti à parte non parente, per quam negocium iſtud in tuto ponatur, et partes ad ejus finalem executionem efficatius inducantur, cujus pœnæ promiſſionem et obligationem efficaciter valere volumus ac decernimus ac tenere, non obſtantibus juribus, quæ pro libertate matrimoniorum hujuſmodi pœnas inhibent, quæ ex certa

---

ſet, neque mancam cum &c. (*mox poſt* Franciæ) *exhibuiſſet. id quod aperte ex ipſo Knyghtono intelligas. Nam ſic ille, col.* 2527. Copiam ſequentium de hac materia diligens lector inquirat, nam ego ſollicitus inveſtigator nequivi pro tempore invenire. *Jam quis, niſi Hypſeâ cæcior, non videt, ſic non potuiſſe ſcribere Knyghtonum, ſi vel Hemingfordium, vel etiam Chronicon Abbingtonienſe pervolviſſet? Sed non opus eſt, ut nos* &c. *in editione hâc noſtra textûs Hemingfordiani (nondum typis excuſi) poſt* Franciæ *adjiciamus, cum non tantum totam ordinationem in Codice, quo uſi ſumus, Cantabrigienſi habeamus, ſed & hiſtoriæ itidem continuationem, eo pacto quo & hîc in lucem proferimus. Itaque hunc in modum pergito, lector:* Et Rex Franciæ nomine filiæ ſuæ prædictæ ——

ſcien-

ſcientia pro tanto bono tollimus in hoc caſu, addentes nihilominus, quod Reges prædicti aliquos de baronibus ſuis notabiliores per juramenta faciant obligari, ad ſponſalia prædicta & matrimonia procuranda, et ad tollenda impedimenta pro viribus ſuis, quæ poſſunt circa hoc vel contra hoc inveniri. Quia vero ſponſalia prædicta tanto amplius deſideramus habere felicem effectum & efficacem eventum, quanto per hoc probabiliter credimus pacem prædictam firmius & fidelius obſervari, pro tanto pacis bono decernimus auctoritate apoſtolica, quod terra Regis illius, cujus culpa vel malicia fecerit, quo minus contrahantur prædicta ſponſalia, et matrimonium conſummetur, eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto, niſi ſuper hoc requiſitus prædicta cum effectu correxerit infra menſem. Item dicimus, laudamus, arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quod de omnibus bonis mobilibus vel [1] ſe manentibus, ablatis vel aliâs [2] maleo ſubtractis, et de omnibus dampnis datis hinc inde ante tempus motæ vel ortæ guerræ præſentis, primo de omnibus quæ extant, & conſumpta non ſunt, præſertim de navibus, & aliis quibuſcũque bonis, per Anglicos & Vaſcones & eorum complices in mari & in terra, quod Rex Angliæ omnia, quæ de prædictis extant, bona fide ſine lite & abſque figura judicii, omni fraude ceſſante, ad requiſitionem Regis Franciæ vel nuncii ſui, ſtatim faciat ad plenum reſtitui, et Rex Franciæ ſimiliter, ſi quæ ante dictam guerram capta vel ablata apud ipſum in ſua poteſtate exiſtentia reperta fuerint, ſimiliter ad plenum reſtitui faciat præfato Regi Angliæ, vel ejus nuncio requiſitus. De ablatis vero non extantibus, ſed deperditis & conſumptis, laudamus, arbitramur ſeu etiam diffinimus, quod Rex Angliæ, ad requiſitionem Regis Franciæ, vel ejus nuncii, ſatisfieri faciat, et ad hoc faciendum etiam teneatur, ſine lite ac figura judicii, bona fide, et omni fraude ceſſante; & Rex Franciæ ſimiliter, ſi quæ

A. D. 1297.

1 F. remanentibus. 2 F. male.

A. D. 1297. *per gentes ſuas ablata, deperdita ſeu conſumpta inventa fuerint, ad requiſitionem Regis Angliæ, vel nuncii ipſius, ſatisfieri faciat competenter, taxacione nobis circa prædictorum æſtimationem contra utramque partem, ubi per concordiam partium negocium ſuper prædictis ſopitum non erit, plenarie reſervata. Item dicimus, laudamus & arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quod idem Rex Angliæ de omnibus terris & vaſſallis & bonis, quæ ipſe nunc habet et tenet in regno Franciæ, ſeu etiam tenebat ante motam guerram præſentem, habeat illam quantitatem, et illam partem terrarum, vaſſalorum & bonorum eorundem, quam ſibi, ex virtute compromiſſorum prædictorum, laudaverimus & mandaverimus aſſignari, vel inter Reges ipſos fuerit concordatum, & ſub illa fidelitate & homagio, modis & condicionibus habeat, ſub quibus ipſe ac populus ſuus habuiſſe hactenus & tenuiſſe noſcuntur, modis & temperamentis per ſuos adhibendis in abuſu, ſicut ex parte gentis Regis Franciæ hactenus commiſſus inventus fuerit in excercicio reſorti, modis & temperamentis per nos adhibendis in abuſu partis alterius; ſi quis videlicet ex parte Regis Angliæ vel ſuorum hactenus commiſſus contra jus reſorti fuerit inventus, ne talia in poſterum committant, condicionibus & modis & ſecuritatibus per nos ponendis & adhibendis, in terris, vaſſallis boniſque aliis, quæ per noſtram pronunciationem ſeu concordiam partium præfatus Rex Angliæ habiturus eſt à prædictis, ne amodo idem Rex Angliæ vel ſucceſſores ejus contra Regem Franciæ, vel ſucceſſores illius, valeant rebellare, dicimus, laudamus,& arbitramur, ſeu etiam diffinimus, quod ex tunc omnes terræ, vaſſalli & bona prædicta et alia, tam ea quæ tenet rex Franciæ de hiis quæ tenebat Rex Angliæ ante guerram præſentem, quam quæ tenuit Rex Angliæ in regno Franciæ, bona fide, & ſine omni fraude, abſolute ac libere, in manibus noſtris ac poſſe ponantur & aſſignentur, tenenda à nobis nomine Regis Franciæ, quæ ex parte & nomi-*

mine Regis Angliæ nobis fuerint assignata. Ita tamen, quod per hoc in possessione vel proprietate nihil accrescat novi juris alterutri partium vel alteri decrescat, super quorum assignatione, si qua fuerit exorta dubia vel ambiguitas inter partes, illam nostræ declarationi & arbitrio reservamus. Quod si forte dicti Reges de ipsis terris ac bonis ad invicem concordaverint, volumus, laudamus & arbitramur ex nunc, id, in quo concordaverint, perpetuo ac inviolabiliter observari, alioquin nos, ex virtute compromissi, apponemus ad id remedium, quod Dominus ministrabit, & ex tradita nobis potestate licebit. Si vero (casu aliquo contingente) hoc facere non possumus, volumus, dicimus & arbitramur, quod utrique parti pristina jura sua remaneant illæsa. Omnia & singula supradicta per nos arbitrata, laudata, diffinita & arbitraliter sententiata & pronunciata, dicimus, arbitramur & præcipimus, sub pœnis in promissis contentis, & aliis de quibus nobis videbitur, arbitrio nostro nichilominus firmo manente, à partibus inviolabiliter observari. Et insuper etiam reservamus nobis liberum arbitrium & plenariam potestatem, prout ex forma compromissorum nobis competit, super hiis omnibus & singulis, quæ inter eosdem reges ex compromissis prædictis arbitranda, laudanda, componenda, diffinienda & pronunciandа restant, et hîc arbitrata, laudata, diffinita et pronunciata non sunt, arbitrandi, laudandi, diffiniendi, arbitraliter sententiandi, præcipiendi, ordinandi, disponendi atque pronunciandi, nec non et tam in omnibus, quam in singulis arbitratis, laudatis, diffinitis & pronunciatis in præsenti arbitrio ac lauda, quam in hiis, quæ arbitranda, laudanda, arbitraliter sententienda, diffinienda et pronuncianda, ut præmittitur, restant addendi, corrigendi, interpretandi & declarandi semel et pluries & quoties nobis placuerit, & videbitur expedire. Ceterum, ut dextera Domini, quæ miram in suorum operum executione virtutem operatur, efficatius & perfectius huic ne-

A. D. 1297.

A. D. 1297. *gotio proſperetur, terminum peremptorium ex nunc ipſis Regibus aſſignamus, ut ſuper omnibus, in præſenti arbitrio nobis ſuper dicto negotio reſervatis, & ad ea pertinentibus, die ac loco compareant coram nobis, de quibus eis, ad id faciendum per literas noſtras nunciabimus, cum quibus ſuper hiis, pro ipſorum quiete, ac proſpero ſtatu mundi, et pro utilitate negotii terræ ſanctæ, providere ſalubriter dante Domino valeamus.*

Initis, ut dictum eſt, treugis biennalibus, dum ad redeundum in Angliam ſe noſtri modis omnibus præpararent, ecce ſedicio Flandrenſium hoc ordine declaratur. Congregati ſunt namque ex univerſis finibus [1] ejus viri fortes armatorum, ut dicitur, plus quam quatuor millia & multi pedeſtres: et ingreſſi ſunt civitatem de Gawnt, ſperſim quidem et pauci ſimul, ne alicujus mali ſuſpicio contra eorum propoſitum oriretur, & hoſpitati ſunt in ſolariis excelſis & [2] cameris plurimis. Die vero condicto, in craſtino purificationis beatæ Mariæ virginis, una cum duobus filiis ipſius Comitis Willelmo et Roberto, clauſis portis civitatis, ſummo mane armaverunt ſe & convenerunt pariter omnes. Et primo quidem Anglos, quos in ſuis hoſpiciis invenire poterant, peremerunt: deinde procedentes in publicum, ut omnes pari condicione delerent, refrenati ſunt, eo quod Dominus omnipotens impedivit eos, qui innocentes liberat, et ſuos ubique ſalvat. Aſcendit enim clamor iſte terribilis uſque ad aures principis, et juſſit armari ſuos omnes, et ipſe confeſtim armatus, proceſſit in publicum, & concurrentes circumſteterunt eum ſui univerſi. Interim pedeſtres noſtri quaſi robur excercitus, qui erant in ſuburbio extra por-

1. Flandriæ *pro* ejus *in T.* 2 In Cavernis *T. minus recte.*

tas

tas civitatis, audientes populum tumultuantem, dixerunt inter se, *seductus est Rex, & occiduntur Domini nostri, et quid aliud esse poterit, cum ululatus excrescat, & clausæ sunt portæ civitatis? Eamus ergo, et, si necesse fuerit, cum eis moriamur, quoniam (ipsis extinctis) impossibile nobis erit ut salvemur.* Statimque allato igne, paliis & lignis, butiro & adipe, et ceteris quibusque cremabilibus, quasi momento combusserunt portas civitatis ex omni parte. Et ingressi potenter incenderunt, spoliaverunt & peremerunt hinc & inde, nec perierunt ex ipsis nisi sex parsonæ, & hii corruerunt ad introitum civitatis. Partibus itaque ad congrediendum hinc inde paratis, venit Comes ipse Flandrensis ad Regem nostrum, tristis quidem vultu et facie mutata, et ait Regi: *Domine mi Rex, miserere servo tuo et populo meo huic.* Et ait Rex, *quid est hoc Comes, num introduxisti nos in terram tuam, ut seducas nos?* Et Comes ad hæc, *absit à me hoc, Domine mi. Novit enim ille, cui nota sunt secreta cordis abscondita, quod absque voluntate & scientia mea facta sunt hæc, & innocens ego sum, et immunis sceleris hujus; populus autem iste duræ cervicis est, & mihi in præsenti quasi incastigabilis.* Et ait rex, *Vade quamtotius, et castiga populum tuum, ut ab incepto errare sileant et conquiescant, alioquin per viventem Deum ego castigabo eos hodie pro omnibus seculis.* Festinavit ergo Comes, et, sedato populo, quasi post horam reversus est. Iniitque cum Rege fœdus, et trium dierum treugas inter se statuerunt, inter quos restituerentur omnia hinc inde ablata, & [1]hæc sub pœna capitis et membrorum, fierentque communes justiciæ secundum arbitrium discretorum. Cumque inter partes hujusmodi tractatus haberentur, pro-

A. D. 1297.

1 Hoc T.

po-

A. D. 1297. posuerunt Flandrenses, ad excusationem eorum, se multas ab [1]Anglicis passos injurias, [2]in direptione bonorum, violationibus uxorum, et oppressionibus filiarum suarum; insuper in homicidiis multis, et atrociſſimis injuriis. Et quia æquales emendas fieri non sperabant, ideo armata manu processerunt, sic ut saltem timore perterriti satisfacere cogerentur. Rex autem in arto positus, eo quod multi erant numero et præsumptuosi valde, scienſque è terra illa, nisi de voluntate eorum, sibi & suis facile non patere egressum: sciens & contingere frequenter, quod ob populum multum crimen pertransit inultum, pacifice loquebatur ad eos. Et data pecunia magna pro dampnis eorum et injuriis, reversus est Rex in Angliam circa medium Quadragesimæ.

A. D. 1298. Anno Domini M^{lo}CC^{o} nonagesimo octavo, postquam [3]reversus rex à Flandria, statuit parliamentum suum apud Eborum, in festo Pentecostes, præmisitque literas suas ad magnates Scociæ, ut, si in fidelitate sua, in qua eos dimiserat, adhuc perſiſtendo manerent, in eodem parliamento modis omnibus se absque ulla excusatione præsentarent: alioquin, omni ambiguitate postposita, eos velut hostes publicos censeret hostiliter, & cum omni festinatione, expetendos. Cumque non venirent neque mitterent, ordinavit rex cum optimatibus suis, qui ibidem occurrerant ei ab urbe de Berewick, et in osculo pacis ab eo susceptí sunt, ut in crastino nativitatis beati Johannis Baptistæ apud Rokesburgh̄ cum equis omnes sui fideles convenirent. Interim vero visitavit Rex sanctum Johannem de Beverlaco, sicut et aliis vicibus in redeundo & eundo facere consuevit.

---

1 Anglis *T.* 2 Sc. in *Tr.* 3 Est *addit T.*

Ad-

Adveniente itaque nativitate Baptiſtæ, convenerunt omnes in loco nominato. Et [1] numeratus Regis exA. D. 1298.
cercitus cum comitibus ſuis & Dunelmenſi Epiſcopo, tria millia electorum in equis armatis, præter equitantes [2] armatos" in equis non armatis, qui numerabantur plus quam IIII^or millia electa. De excercitu autem pedeſtri non curavit rex illa vice, eo quod non artabantur aliqui, niſi qui gratis venire voluerunt. Numerati tamen ſunt pedeſtres qui aderant, et inventi ſunt octoginta millia, qui quaſi omnes erant Hibernici et Walenſes. Multi etiam venerunt poſtmodum de [3] Waſconia, circiter quingenti armati in equis optimis & armis pulcherrimis. Quorum quidam mittebantur à rege ad cuſtodiendam villam de Berwike, et manſerunt ibi uſque poſt commiſſum prœlium cum gente Scottorum. Interim comites noſtri Mareſcallus et Herfordenſis, propter quædam audita dubitantes de mutacione voluntatis regiæ, in confirmatione chartarum libertatis et Foreſtæ, eo quod confirmaverat eas in terra aliena, dixerunt ſe ulterius procedere non debere, niſi major fieret ſecuritas et de equitacione foreſtæ, & de ceteris articulis poſtulatis. Verum quia in parſona propria principem jurare non licet, & eos placare vellet, [4] præcepit Rex, et juraverunt in animam ejus Dunelmenſis epiſcopus, Comes de Warenna, Comes Gloceſtriæ & Comes Lincolnienſis, quod in reditu ſuo (obtenta victoria) omnia perimpleret ad votum. Quo facto, et omnibus ad expeditionem belli præparatis, proceſſerunt turmatim per modicas dietas vaſtantes et incendentes univerſa, neminem tamen invenire poterant, qui de Scottorum excercitu informaret eos. Cum-

---

1 Numeratus eſt Regis *T.* 2 *Deeſt in T.* 3 Gaſconia, *T.* 4 Ex præcepto Regis juraverunt *T.*

que

A. D. 1298. que veniſſet rex apud Templehiſton̄, et moratus ib fuiſſet per dies aliquot, nunciatum eſt ei, quod Scotti qui erant in præſidio Caſtri de Drilton cum duobu caſtellis finitimis, quæ quidem caſtella rex præterie rat, multas agebant prædas, et extrema caſtrorum ſuo rum, dum ad palias mitterentur, cedebant aliquando Statimque accito Dunelmenſi epiſcopo, miſit eum ibi ut ea obſideret. Qui cum inſultum feciſſet ad caſtrum de Drilton per dies aliquos, reſiſterunt fortiter, et e inſilientibus paucos peremerunt, deficientibuſque li gneis machinis, et victualibus, eo quod non habeban quod commederent niſi piſas et fabas, quas excutie bant in campis, miſit epiſcopus nuncios ad regem, qu ejus voluntatem expeterent. Et erat miſſus ille ſtrenuiſ ſimus miles Johannes [1]Marmeduc̄he. Cui dixit rex *Revertere*, inquit, *et dic epiſcopo, quod homo pietatis eſt in quantum epiſcopus, non tamen oportet in hoc facto opera pie tatis exercere.* Et applaudens militi ait, *Tu autem hom crudelis es, et præ nimia crudelitate tua aliquotiens redargu te, eo quod exultando gaudes in mortem inimicorum tuorum Sed nunc quidem vade, et omnem tuam excerce tyranni dem, nec quidem vituperabo ſed laudabo te. Et cave, n faciem meam videas, quouſque incendantur illa tria caſtra* Cui ille, *Et quo modo hoc faciam, Domine mi rex, cum ſi mihi valde difficile?* Et rex ad eum, *Vade*, inquit, *quia faciens facies, & fidem mihi dabis quod hoc facies.* Data que benedictione, dimiſit eum. Et ipſe veniens ad epiſcopum, nunciabat ei omnia verba hæc. Interim viſitavit eos Dominus. Venerunt enim eis cum victua libus tres naves onuſtæ, unde reaſſumptis viribus, acrius ſolito inſultum fecerunt, ita quod attoniti caſtrenſes dederunt ſe poſt biduum, ſalvis ſibi bonis, vita & mem

1 Marmeduc *T.*

bris,

bris, miſſiſque novis militibus ad alia caſtra, ut ſuæ novitatis gloriam exercerent, invenerunt ea vacua & igni ſuccenderunt. Et ſic captis et ſuccenſis illis tribus caſtellis, reverſi ſunt ad regem cum gaudio et gloria. A. D. 1298.

Dum fere per menſem talia gererentur, defecerunt victualia regi. Non enim venerant naves per mare occidentis, ſicut præordinaverat Rex, quia contrarius fuerat eis ventus; venerant tamen quædam cum ducentis doleis vini et victualibus paucis. Quæ quidem dolia, ſtatim, ex præcepto Regis, diſtributa ſunt per excercitum. Dataque ſunt Wallenſibus duo dolia vini ad refocillandas eorum animas, eo quod valde defecerant et moriebantur glomeratim. Qui cum deguſtaſſent, continuo inebriati ſunt. Et rixantes cum Anglicis, extenderunt manus noxias in Chriſtos Domini, perimentes ex eis XVIII parſonas, et aliis quamplurimis vulneratis. Quod cum audiſſent equeſtres, turbati ſunt, et armati continuo proceſſerunt in mortem eorum, occiſiſque octoginta Wallenſibus, reliquos in fugam converterunt. Mane quidem facto, dixerunt quidam Regi: *ecce Wallenſes ſupra modum irati propter rixam heſternam, ſe Scottis conjungere & dare diſponunt, niſi per te, ô rex, ad bonum pacis revocentur.* Et erat tunc eorum numerus quaſi XL^ta millia. Et ait rex, *Quæ cura, ſi hoſtes hoſtibus conjungantur? Uterque enim eorum hoſtis noſter eſt; vadant ergo quo voluerint, quoniam, authore Domino, in uno die vindicabimur de utriſque.* Quod cum audiſſent illi, ſecuti ſunt Regem, ſed tamen à longe. [1]Dicebatur enim, quod ſi vidiſſent Scottos in aliquo prævalere, ſe ſtatim ipſis conjunxiſſent in mortem Anglorum. Diſſipavit tamen Dominus imaginationes has. Nam cito poſt, cum ingrueret in caſtris fames valida, & diſpo-

1 Dicebant enim, ſi videbant *T.*

A. D. 1298. ſuiſſet rex redire ad Edenburch̄, ut per mare orientis reciperent victualia, & alia via contra Scottos graderentur: ecce! duo comites, Patricius ſ. et Comes de Anegos, die proxima ante feſtum Mariæ Magdalenæ, ſummo diluculo ad epiſcopum Dunelmenſem venientes, et cum eis epiſcopus, ſtatim ad regem ſtatuerunt puerum exploratorem coram rege, qui diceret, *ſalve Rex*, et rex ad eum, *ſalve*; puer etiam intulit, *Domine mi rex, excercitus Scottorum et omnes hoſtes tui non diſtant à te niſi per ſex leucas modicas juxta Faukyrke in foreſta de Folkirk. Et audito hoc, quod redire diſponis ad Edenburgh̄, jam ſtatuerunt ſequi te, & irruere in caſtra tua nocte ſequenti, vel ſaltem cædere & diripere extrema caſtrorum tuorum.* Et ait rex, [1] *vivit Dominus, qui uſque jam eruit me ab omni anguſtia, non erit neceſſe ut ſequantur, quoniam procedam eis obviam.* [2] etiam die hac, ſtatim præcepit, ut armarentur omnes, nec tamen diceretur, quo procedere vellet. Ipſe autem rex armatus præ ceteris aſcendit in equum, & exhortabatur alios ad arma capienda. Et ore proprio loquebatur ad eos, qui vendebant mercimonia, ut deliberate componerent ſarcinulas ſuas, et ſequerentur eum, nec expaveſcerent. Omnibus itaque præparatis, proceſſit rex hora quaſi tertia à loco illo Templehiſton, dirigens greſſus ſuos verſus locum nominatum de Faukirke. Et mirabantur omnes, quod mutaſſet propoſitum, & lente [3] paſſimque procedebat abſque feſtinatione ulla. Cumque [4] veniſſet in mora citra Linliſcoch, pernoctaverunt ibidem, & requieſcebant in terra, [5] componentes ſcuta pro cervicalibus & pro lectualibus arma. Equi etiam ſui non guſtabant quicquam niſi ferrum durum, tenebanturque ſinguli

1 *F.* vivat. 2 Et die *T.* 3 Que *omittit T.* 4 Veniſſent *T.* 5 Ponentes *T.*

juxta

juxta Dominos ſuos. Dumque pauſaſſent modicum, & nox quaſi in ſuo medio proceſſiſſet, contigit, quod diſtrarius regis incautius à parvo cuſtoditus, recalcitrando pedem poſuit ſuper ipſum regem quieſcentem. Et audito hoc, regem ſ. eſſe læſum, ſtatim aſcendit clamor, ſedicionem fieri, & hoſtes eſſe paratos ad irruendum in eos. Qui continuo paraverunt ſe, et ad congrediendum animati ſunt. Cognita tamen rei [1]ſerie, et regem modicùm eſſe læſum, compatiebantur ei, et requievit ſpiritus eorum. Statimque aſcendente Rege, profecti ſunt & tranſierunt villam de Linliſcoth in aurora diei. Cumque levaſſent oculos, & in oppoſitum montem reſpexiſſent, viderunt in ſupercilio montis lanceareos multos. Et credentes ibi eſſe Scottorum excercitum, feſtinaverunt aſcendere per turmas ſuas, ſed tamen ibidem venientes neminem invenerunt. Fixeruntque tentorium ibidem, & audierunt miſſam Magdalenæ Rex & Epiſcopus, erat enim Feſtum ejuſdem diei. Dumque ſacroſancta fierent ſolennia, & mutuo ſe cognoſcere poſſent homines, ex clara luce viderunt noſtri Scottos à remotis bella conſtruere, & ordinare ſe ad pugnam. Statuerunt enim Scotti omnem plebem ſuam per turmas quatuor, in modum circulorum rotundorum, in campo duro, & in latere uno cujuſdam montiſcilii juxta Fawkirke. In quibus quidem circulis ſedebant viri lancearii, cum lanceis ſuis obliqualiter erectis. Conjuncti quidem unuſquiſque ad alterum, et verſis vultibus in circumferentiam circulorum. Inter circulos illos erant ſpacia quædam intermedia, in quibus ſtatuebantur viri ſagittarii. Et in extrema parte retrorſum erant equeſtres eorum. Cumque, audita miſ-

A. D. 1298.

1 Veritate, *T.*

A. D. 1298. ſa, regi noſtro talia dicerentur, hæſitavit, & propoſuit, ut tentoria figerent, quouſque guſtaſſent aliquid homines et jumenta. Non enim guſtaverant ab hora diei præcedentis tercia. At illi dixerunt ei, *non eſt ſecurum hoc, ô rex, quia inter hos duos excercitus, non eſt niſi torrens permodicus.* Et ait rex, *Quid ergo?* et inquiunt: *Equitemus in nomine Domini, quoniam campus noſter eſt & victoria noſtra.* Et ait rex, *fiat ergo ſic, in nomine patris et filii & ſpiritus* [1] *ſancti.* Statimque Comites primæ aciei, ſ. comes Mareſcallus, comes Herfordenſis et comes Lincolnienſis, direxerunt aciem ſuam linealiter ad hoſtes, neſcientes lacum intermedium bituminoſum. Quem cum vidiſſent, circumduxerunt eum verſus occidentem, et ſic in parte retardati ſunt: acies vero ſecunda, [2] ſilicet Dunelmenſis epiſcopi, quæ conſtituta fuerat ex XXXVI vexillariis electis, ſciens impedimentum laci illius, tendebat ad orientem, ut eum circumduceret. Quam ſupra modum feſtinantem, ut primos belli ictus ſuſciperet, cum ipſe epiſcopus præſtolari juſſiſſet uſque ad appropinquationem regis terciæ aciei, reſpondit ei ille miles ſtrenuus Radulphus Baſſet de Drayton, et ait: *non eſt tuum, epiſcope, docere nos in præſenti de militia, qui te intromittere debes de miſſa. Vade quidem,* inquit, *miſſam celebrare ſi velis, quoniam die hac, quæ ad militiam pertinent, nos omnes faciemus.* Feſtinaveruntque,[2] et primo Scottorum circulo ſe ſtatim poſt conjunxerunt. Comites vero prædicti cum acie prima ex parte altera [3] convenerunt. Moxque venientibus noſtris, fugerunt Scottorum equeſtres abſque ullo gladii ictu, paucis tamen remanentibus, et hii quidem ad ordinandum circulos pedeſtrium, qui quidem circuli

---

1 Amen *addit T.* 2 *Sic.* 3 Concurrerunt *T.*

VO-

vocabantur **Schiltronis.** Inter quos frater seneſcalli Scociæ, cum ordinaſſet viros ſagittarios de foreſta de Selkyrke, caſu ex equo cecidit, & inter eoſdem ſagittarios occiſus eſt. Circumſteterunt enim eum iidem ſagittarii, & cum eo corruerunt homines quidem elegantis formæ et proceræ ſtaturæ. Peremptis vero ſagittariis, dederunt ſe noſtri ad Scottos lanceareos, qui, ut dictum eſt, ſedebant in circulis cum lanceis obliquatis et in modum ſilvæ condenſæ. [1] Dumque non poſſent equeſtres ingredi præ multitudine lancearum, percuſſerunt exteriores & perforaverunt plures lanceis ſuis. Sed et pedeſtres noſtri ſagittabant eos, et quidem allatis rotundis lapidibus, (quorum erat ibi multitudo copioſa,) lapidabant eos. Et ſic multis interfectis & aliis attonitis, qui in extrema parte circulorum extiterant, recurvabantur in alios reliqui exteriores, & ingreſſi ſunt equeſtres vaſtantes omnia. Corrueruntque ex Scottis in die illa (præter ſubmerſos multos, quorum neſcitur numerus) & præter quaſi XXti equeſtres, quinquaginta millia peditum numeratorum. Erat autem Scottorum excercitus numeratus, ut dicebant, qui capti ſunt, quaſi mille equeſtres armati, & peditum quaſi trecenta millia. Salvavitque Dominus noſtros, nec cecidit homo valoris in omni [2] prœlio, niſi ſolus magiſter miliciæ templi, qui inſequendo fugientes in quodam lacu interceptus eſt et occiſus. A. D. 1298.

Obtenta, ut dictum eſt, [3] à Scottis" victoria, proceſſerunt aliqui ex comitibus noſtris, inſequente poſtmodum Rege, uſque ad ſanctum Andream & villam ſancti Johannis vaſtantes omnia. Nec erat ex Scottis qui reſiſteret, vel inveniretur ab eis. Diverteruntque noſtri per medium foreſtæ de Selkyrke uſque caſtellum

1 Cumque *T.* 2 Populo, *T.* 3 *Deſunt in T.*

de

A. D. de Aree, & invenerunt illud vacuum & incenſum.
1298. [1] Audito enim adventu regis, fugit à facie ejus Robertus de Bruſe junior, & incendit illud caſtrum quod tenuerat. Cumque fuiſſet voluntatis regiæ, ut tunc Gallwalliam ingrederetur, deficiente tamen pane, defecit & propoſitum ejus. Non enim venerant naves quas credebat, & per XV dies erat in caſtris fames valida. Reverſique ſunt per medium vallis Anandiæ, et redditum eſt Regi caſtellum de Lohmaban, datis vita & membris hiis qui tenuerunt illud. Interim veniebat ex Hibernia quidam nobilis, [2] Thomas Byſeth, & in auxilium Scottorum, ut communiter dicebatur. Qui cum applicuiſſet in inſula de Aree, & ſe dediſſent ei incolæ illius, audiſſetque ab incolis, regem noſtrum belli obtinuiſſe victoriam, miſit ad eum nuncios, dicens, ſe veniſſe in auxilium ejus, et adquiſiſſe jam nomine ipſius eandem inſulam de Aree, quam ſibi et heredibus ſuis ab ipſo rege petiit perpetuis temporibus poſſidendam, acceptavitque rex mittentis factum, & petitionem, quam fecerat, abſque conſilio comitum confirmavit. Quod audientes comites, ſ. Mareſcallus & Herfordenſis, admirati ſunt, eo quod promiſerat, ſe nihil novi facturum abſque eorum aſſenſu & conſilio. Et cum eſſet Rex apud Karliolum, petierunt à rege repatriandi licentiam, [3] alligantes jacturam maximam & fatigationem hominum et equorum, receſſeruntque ſic, et remanſit ibidem rex cum magnatibus plurimis, tenuitque parliamentum ſuum [4] juxta octavas beatæ virginis, et aſſignavit et dedit in ſpe magnatibus ſuis terras multas magnatorum regni Scociæ, ſcilicet

---

1 Auditoque adv. *T.* 2 Thomas ſc. Biſeth, *T.* 3 *Sic.* 4 Infra *T.*

co-

comitatus comitibus et baronias baronibus: vallem tamen Anandiæ [1] nec [2] Galualiam, et quoſdam comitatus nemini aſſignavit. Sed, ut dicitur, ex cauſa diſtulit ne excandeſcerent Comites qui paulo ante receſſerant, nec [3] ſortiti partem inter pares ſuos. Quo facto, reverſus eſt rex uſque Dunelmum, volens iter ſuum dirigere ad partes auſtrales. Sed accepto nuncio, quod [4] coadmearent ſe Scotti, reverſus eſt, et fere uſque natale moratus apud Tinemowe. Natale vero apud [5] Cothyngham juxta Beverlacum. A. D. 1298.

Poſt peracta ſolenniter Chriſti natalicia, tranſivit rex Humbriam, tendens Londoniis per modicas dietas, tenuitque ibidem parliamentum ſuum in principio Quadrageſimæ, ubi per prædictos comites, Mareſcallum ſcilicet & Herfordenſem, facta eſt contentio magna ſuper confirmatione magnæ chartæ, quam innovare & perficere multociens rex ipſe promiſerat. Diſtulitque reſpondere rex in dies plurimos, & variantia verba componebat. Tandem vero cum urgeretur à multis, dixit, ſe reſpondere debere in craſtinum. Et facto mane, receſſit ab urbe latenter. Quod cum audiſſent, comites inſecuti ſunt eum [6] in multitudine magna, cauſantes receſſum & certæ præfixionis quaſi enervatum reſponſum. Quibus rex ait, *certe, chariſſimi mei, aër civitatis corruptus nocuit nobis, & ideo receſsimus, ut, aëre mutato, ſaltem in modico recreemur. Sed redite ad urbem, et accipietis reſponſum à conſilio noſtro.* Qui cum abiſſent, audierunt reſponſum non acceptabile quidem ſed variabile. Articulos enim, quos ipſi petierant, ſic

---

1 *F.* necnon. *Et tamen* n *in MS. &* nec *in T.* 2 Galewayam, *T.* 3 Sortiti ſunt part. *T.* 4 *Sic. F.* coadunarent. *In T.* adjunarent. 5 Cottenham *T.* 6 Cum *T.*

con-

A. D. 1298. confirmaverat Rex, ut in fine adjiceret, *ſalvo jure coronæ noſtræ.* Quod auditum diſplicuit, & receſſerunt ad propria impacati. Conſiliarii autem Regis, timentes ſedicionem populi, tradiderunt utraſque chartas ſic reſignatas vicecomitibus Londonienſibus, ut in publico legerentur. Factumque eſt ſic, in [1] ſemiterio Sancti Pauli congregato populo [2] numeroſo; [3] dumque viderentur inprimis chartæ ſic conſignatæ, benedixerunt Dominum & Regem, ſed, audito fine captioſo, confeſtim improperantes, maledictionem pro benedictione intulerunt. Diſſolutumque eſt conſilium, et comites noſtri, ut convenirent iterato in quindenam Paſchæ, ante eorum receſſum, diem receperunt. In quo quidem colloquio Londoniis celebrato, Rex quaſi omnia petita conceſſit, & votis eorum paruit. Compromiſeruntque, quantum ad equitacionem foreſtarum in omni regno Angliæ, in tres epiſcopos, tres comites & tres barones, [4] ut ipſi, Dominum habentes præ oculis, foreſtas equitari facerent, & dubia emergentia ſecundum [5] Dominum & juſticiam dirimerentur & declararentur.

T

A. D. 1299. Anno Domini M CC nonageſimo nono, in feſto tranſlationis Sancti Thomæ martiris, venerunt ad regem Cantuariæ nuncii à Domino papa miſſi, epiſcopus ſ. Wyncianus & alii quidam literati & parſonæ ſolempnes, qui ſcilicet epiſcopus, homo valde literatus et eloquens, coram ipſo rege & omni populo ſicut prius in Francia, ſic et modo in Anglia, ordinacionem Domini papæ, inter ipſos Reges, Franciæ ſ.et Angliæ, dudum editam, declaravit, dicens, inter cetera: *Quod ad honorem Dei,*

---

1 *Sic.* Cœmeterio *T.* 2 Univerſo; *T.* 3 Cumque *T.* 4 Quod *T.* 5 Deum *T.*

et

et ad exaltacionem eccleſiæ ſuæ ſanctæ, et ut omnes ſubditi optata pace fruerentur, ordinaverat Dominus papa ſic, Quod rex Anglorum ſororem regis Francorum ſolenniter duceret in uxorem, & hoc in Auguſto. Et ne dicerent aliqui, hoc forte non eſſe permittibile, eo quod ſe linea conſanguinitatis contingebant, reſpondit, *hoc ex diſpenſatione Domini papæ, qui omnem inter eos conſanguinitatem extinxerat, pro bono pacis et certa ſcientia proceſsiſſe*: adjecitque, *quod filius regis, quem ipſe papa Dominum regni Scottorum perpetuis temporibus conſtituerat, pro ſe ſcilicet & heredibus ſuis imperpetuum, filiam regis Francorum, cum ad annos pervenerit nubiles, ſimiliter accipiat in uxorem.* Rogavitque regem, ex parte Domini papæ, ut Johannem Balliolenſem, quondam regem Scociæ, cuſtodiæ ipſius Domini papæ, et nuncio, quem ad hoc ſpecialiter ordinaverat, epiſcopo ſ. de Cawmbrey, liberaret, et hoc non in Anglia, ſed in partibus tranſmarinis duceretur & liberaretur ei. Quod et factum eſt, adjunxitque ex parte papæ, rogans, ut [2] filiorum [3] dicti Johannis Ballioli dignaretur ipſe Dominus rex dare & concedere terras, quas tenuerat pater ejus in Anglia, ſed prolongatum eſt hoc. Diſcurrebant [4] enim ex tunc inter Reges & regna ſollempnes nuncii, et quæ ad tantam ſolempnitatem pertinebant, ſumptuoſiſſime parabantur, factaque eſt ipſa matrimonialis ſolempnitas Londoniis, in ipſo die Jovis, infra octavas nativitatis

A. D. 1299.

[1] *Eodem anno obiit Dominus Johannes de Bulmer miles ſtrenuus & vicinus optimus* XIII *Kal Marcii, et ſepultus eſt apud* * *nos coram altare ſancti Johannis Baptiſtæ."*

* i. e. apud Gisborn, *manu Jacobi Tyrrelli.*

---

1 *Deſunt T.* 2 *L.* filio, *cum T.* 3 Prædicti *T.* 4 Autem *pro* enim *in T.*

A. D. 1299. beatæ virginis, congaudentibus optimatibus cunctis & lætante populo utriusque terræ.

In festo sancti Martini in yeme tenuit rex parliamentum apud Eborum, et inde profectus est cum excercitu, volens infringere obsidionem Scottorum circa castellum de Strivelin, cumq; veniissent apud Barwick, disponens ulterius proficisci, causabantur magnates inoportunitatem temporis brumalis, adjicientes, confirmationem chartarum prædictarum in [1] suis articulis non esse obsservatam, nec se velle in vanum laborare, nisi rex ipse promissa adimpleret; & sic reversi sunt, accepto tamen à Rege, quod Londoniis comparerent in principio XL^mæ. Rex vero post celebratum natale ibidem, profectus est, et tenuit parliamentum suum apud Westmonasterium Londoniis in sequenti XL^ma. ubi confirmationes prædictarum chartarum renovavit, et statuta fecit super eisdem, cum aliis contentis plurimis. Ipsa autem statuta, ibidem edita, sic incipiunt: **Pur ceo ke les poinz de la grant chartre de francheses** &c.

Eodem anno obiit Henricus de Newerk, Eborum Archiepiscopus, in die Assumptionis, cui successit Thomas de Corebryg in crastino sancti Martini electus, et in curia papæ confirmatus eodem anno.

Eodem anno infra natalis solempnia prohibuit rex omnem monetam alienigenam in terra sua, ne ulterius pro sterlingo curreret. Marcatores enim alienigenæ in [2] Angliam monetas plurimas & pessimi metalli, pollardorum, crocardorum, Scaldingorum, Brabantium, aquilarum, leoninarum, dormientium, & aliorum diversorum nominum. Erantque omnes monetæ albæ prætendentes argentum, et erant artificialiter compositæ de argento, cupro & sulphure, nec erat in IIII^or.

---

1 Ejus *T.* 2 *Subintellige*, intulerant.

ex

ex eis vel V pondus unius denarii argentei. [1] Et ex præcepto regis currebant duo ex eis pro ſterlingo uſque ad Paſcha, eratque peſſimum ſeculum pro vili moneta, et fiebant commutationes plurimæ in emptione & vendicione rerum. In paſchate vero ſequenti prohibuit rex ipſas monetas ex toto, et tenuit excambium in locis plurimis, dabanturque ex eis pro uno ſterlingo V vel VI. Nec curabant [2] ex eis" homines propter vilitatem monetæ. Et tamen infra annum revolutum, poſtquam experimento didicerant homines artem purgandi metallum cum plumbo, liquefacto cum eo in igne, valebant [3] duo ſterlingum, juxta verbum Catonis: A. D. 1299.

Quod vile eſt charum, quod charum vile putato,

fiebantque multi divites per excambium, qui monetam illam emerant in tempore vilitatis. Et poſtea rex fecit inquiri de talibus, qui abſque ſpeciali licentia excambium fecerant & taliter mercati fuerant, & mulctavit eos pecunia magna.

Anno Domini M° CCC^mo. rex congregato excercitu profectus eſt in Scociam [4] circa feſtum beati Johannis Baptiſtæ, ubi initis treugis uſque ſequens pentecoſten reverſus eſt poſt tempus modicum ad partes auſtrales, tenuitque parliamentum ſuum in ſequenti Quadrageſima apud Stanfordiam, et monebantur proceres de equitatura foreſtæ non dum completa, & in locis aliquibus non dum incepta. Cumque orirentur verba, et à multis fierent comminationes occultæ, timuit rex, et iratus animo lenibus blandiſque ſermonibus delinivit, promiſitque et plus ſolito tenuit equitaturam foreſtæ eodem anno fieri debere, & ita factum eſt. A. D. 1300.

---

1 Sed præcepit Rex, ut currerent duo ex eis *T.* 2 *Deſunt in T.* 3 Duo Pollardi denarium, juxta *T.* 4 Circiter *T.*

A. D. 1300. Eodem anno Dominus papa Bonifacius literas ſuas direxit Domino Regi Angliæ pro Scottis & regno Scottorum, conceptas in hæc verba: *Bonifac.* &c. [1] *Clariſſimo in Chriſto Edwardo, regi Angliæ illuſtri, Salutem & benedictionem. Continui fili et longi jam temporis ſpacio magiſtra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem eccleſiam, quæ te gerit in viſceribus charitatis, regiæ devotionis affectus exuberat, reverentiæ zelus viget, quodque promptus es, et ſedis ejuſdem votis obtemperans beneplacitis acquieſcis; quamobrem firmam ſpem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus, quod regalis ſublimitas verba noſtra benigne recipiat, diligenter intelligat, efficaciter proſequatur. Ad celſitudinem regiam potuit perveniſſe, & in tuo libro memoriæ nequaquam ambigimus contineri, qualiter ab antiquis temporibus regnum Scociæ pleno jure pertinuit, et ad huc pertinere dinoſcitur, ad eccleſiam ſupradictam, quodque illud, ſicut à progenitoribus tuis accepimus regni Angliæ regibus, tibi feudale non extitit nec exiſtit. Qualiter et claræ memoriæ Henricus, rex Angliæ, pater tuus, tempore diſcordiæ & guerræ, inter ipſum & quondam Simonem de monte forti, ſuoſque fautores & complices, ſuſcitatæ, à recordandæ memoriæ Alexandro, Rege ejuſdem Scociæ ac ipſius Henrici genero, auxilium ſibi petiit exhiberi, et ne hujuſmodi auxilium in re cujuſlibet ſubjectionis aut debiti petitum ſeu præſtitum notaretur, præfatus Henricus eidem regi Scociæ ſuas patentes duxit literas concedendas, per eas firmiter recognoſcens, prædictum auxilium ſe recepiſſe vel ſe recepturum duntaxat de gratia ſpeciali. Præterea, cum ſucceſſu temporis præfati regis Scociæ tui ſororii tunc viventis in tuæ coronationis ſolempniis habere præſentiam voluiſti, ſibi per tuas patentes literas caviſti, quod in ipſis ſolempniis ejus ha-*

---

1 F. chariſſimo.

bere

A. D. 1300.

ere præſentiam non ex debito ſed ex gratia intendebas. Et um etiam rex ipſe pro Tyndala & Penreth, in regno [1] *ſuo Angliæ poſitis, ſe ad tuam præſentiam perſonaliter contuliſſet, tibi fidelitatem debitam impenſurus, quod in præſtatione idelitatis hujuſmodi, multis præſentibus, vivæ vocis oraculo ublice declaravit, quod pro terris eiſdem ſitis tantum in Anlia* [2] *novt rex Scociæ, neque pro Scottorum regno ipſe tibi idelitatem præſtare ſeu facere aliquatenus non debebat, utpote tibi penitus non ſubjectus, tuque ſic oblatam fidelitatem debitam admiſiſti. A tua quoque creditur non excidiſſe memoria, qualiter, eodem rege Scociæ ſublato de medio, quadam Margareta puella nepta tua, tunc minoris ætatis, herede ſibi relicta, non ad te, velut ad dominum regem, pervenit cuſtodia memorata, ſed certi ejuſdem regni proceres ad ejus electi cuſtodiam extiterunt, quodque poſtmodum diſpenſatione ab apoſtolica ſede obtenta ſuper matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum Edwardum natum tuum & Margaretam prædictam dum viveret, ſi ad id procerum dicti regni accederet vel haberetur aſſenſus, tu eiſdem proceribus per tua ſcripta caviſſe dinoſceris, priuſquam vellent hujuſmodi matrimonio conſentire, quod regnum ipſum penitus liberum, nullique ſubjectum, ſeu quoviſmodo ſubmiſſum imperpetuum remaneret, quodque in priſtinum ſeu talem ſtatum reſtitueretur omnino, ſi ex hujuſmodi matrimonio contrahendo liberos non extare contingeret, ac nomen et honorem & jus pariter retineret, tam in ſuis ſibi ſervandis legibus & præficiendis officialibus dicti regni, quam parliamentis tenendis, in tractandis cauſis in ipſo, & nullis ejus incolis extra illud ad judicium evocandis, et quod in tuis patentibus literis, inde confectis, hæc plenius et ſerioſius contineri noſcuntur. Præfata inſuper Margareta de præſenti luce ſubtracta, & tandem ſuper ſucceſſione dicti regni Scottorum ſub-*

---

1 F. tuo. 2 *Id eſt*, non ut. *Conjeceram*, vovit.

orta

A. D. 1300. *orta diſſentionis materia inter partes ipſius regni, proceres, ſibi metuentes dictoque regno poſſe occaſione hujuſmodi præjudicium generari, non aliter ad tuam præſentiam extra ipſius limites venire voluerunt, niſi per te patenti ſcripto caveretur eiſdem, quod id non fiebat ex debito, ſed ex gratia ſpeciali, quod nullum exinde ipſius regni libertatibus poſſet diſpendium imminere. Et licet, ut dicitur, ſuper ſtatu ejuſdem regni Scociæ, ac ejus prius habita libertate, regno ipſo tunc carente præſidio defenſorum, per ipſius regni proceres tunc velut acephalos, et Ducis vel aurigæ ſuffragium non habentes, ſive per ipſum tui præfati regni regimen, licet indebite diceris comiſiſſe, contra morem ſolitum aliqua fuerint hactenus innovata, ea tamen, utpote per vim et metum, qui cadere poterant in conſtantem, elicita, nequaquam debent de jure ſubſiſtere, aut in ejuſdem regni præjudicium generari. Ceterum nullatenus nobis venit in dubium, quin potius certi ſumus, quod cum apoſtolicæ ſedis præcellens authoritas per ſuas literas in Angliæ ac Scottorum regnis vel alicui legationis emittit officium exequendum, vel pro quali tanquam rationabile reputat, decimæ ſolutionem inducit, hujuſmodi apoſtolicæ literæ ad præfatæ Scociæ regnum ſe aliquatenus non extendunt, ſpeciali prædictæ ſedis privilegio Scotis indulto penitus obſiſtente, pro ut tempore felicis recordationis Adriani papæ, prædeceſſoris noſtri, tunc ſancti Adriani Diaconi cardinalis, & per ipſius ſedis literas ſimul in regnis ipſis legati, cujus familiaris tunc eramus, contigit evidenter. Nam legatus ipſe ad præfatum regnum Scottorum aliquatenus emiſſus non extitit, donec per literas apoſtolicas ſpecialis ſibi legationis fuit commiſſum officium in eodem. Præterea noſſe poteſt regia celſitudo, qualiter regnum ipſum per beati Petri Apoſtoli venerandas reliquias, non ſine ſuperni dono muneris, [1]grando dono adquiſicino & converſum ex-*

1 *F.* grande donum adquiſivit.

A. D. 1300.

titit ad fidei catholicæ unitatem, qualiter et antiquis temporibus Eborum archiepiſcopus, qui tunc erat, mota per eum, ſuper jure metropolitano, adverſus prælatos Scottorum oratione iniqua, antiquitas dictum eſt commemorat, Memento quod ſumus tui &c. Quæ inde ſequuntur ſilentio relinquimus, pro ſe ſententiam obtinere nequivit. Quamvis alia plura & varia, quæ in hac parte rationabiliter proponenda ſe offerunt (ex quibus et ad hæc tibi ſcribenda monemur) prætereat calamus, ne inde forſitan ſenſibus regiis tædium generetur, hoc profecto, fili chariſſ. infra clauſtra pectoris conſiderare te convenit & attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat, regnum Scottorum prælibatum ad præfatam Romanam eccleſiam pertinere, quod tibi non licet nec licuit, in ipſius eccleſiæ ac multorum præjudicium, per violentiam ſubjugare tuæque ſubjicere dicioni. Cum autem, ſicut habet fide digna, & noſtris jam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus divulgatur, tu, præmiſſa, ut debueras, non attendens, neque debita conſideratione diſcutiens, & ad occupandum & ſubjugandum dicioni regiæ regnum ipſum, tunc regis auxilio deſtitutum, vehementer aſpirans, et tandem ad id exercens tuæ potentiæ vires, venerabilibus fratribus noſtris, Roberto Glaſguenſi & Marco Sodoreng' epiſcopis, & non nullis clericis, & aliis parſonis eccleſiaſticis dicti regni, ut dicitur, captis, & carceralibus vinculis traditis, quorum aliquos, ſicut aſſeritur, ſqualor carceris violenter extinxit, ac & occupatis caſtris, &, prout fertur, monaſteriis, aliiſque religioſis locis quampluribus, dirutis ſeu deſtructis, ac dampnis gravibus ejuſdem regni habitatoribus irrogatis, in ejuſdem regni partibus officiales regios poſuiſti, qui prælatos ceteroſque clericos & eccleſiaſticos, ac et ſeculares dicti regni perſonas multimodis perturbare moleſtiis, & afflictionibus variis & diverſis impetere non verentur, in Divinæ majeſtatis offenſam, ſedis memoratæ con-

A. D. 1300. *contemptum, regis ſalutis & famæ diſpendium, juris injuriam & grave ſcandalum fidelium populorum, regalem itaque magnificentiam rogamus & hortamur attente, at et obſecramus in eo, qui eſt omnium vera ſalus, quatenus ſolerter attendens, quod, ex debito paſtoralis officii, noſtris humeris incumbentis, ad conſervanda & gubernanda ſollicite bona jura tenemur, quæ hujuſmodi eccleſiæ prædictæ debentur, quod homini plus quam Deo deferre non poſſumus nec debemus, prædictos epiſcopos, clericos & perſonas eccleſiaſticas, quos adhuc carcer regius tenet incluſos, pro divina & apoſtolicæ ſedis ac noſtra reverentia, ſublato difficultatis dilationiſque objectu, benigne reſtitui facias priſtinæ libertati, dictoſque officiales de regno Scotiæ revoces memorato. Sic te in hiis, prout ſperamus & cupimus, promptis & efficacibus ſtudiis habiturus, ut apud cœleſtem regem pro minimis gaudia [1] rependentur, non immerito reddaris gratioſior acceptiorque habearis, &, præter laudis humanæ præconium tibi proinde proventurum, apoſtolicæ ſedis favorem & gratiam poſſis uberius promereri. Si vero in eodem regno Scottorum, vel aliqua ejus parte, jus aliquod habere te aſſeris, volumus per tuos procuratores & nuncios ad hoc ſpecialiter conſtitutos, cum omnibus juribus & munimentis tuis, hujuſmodi negocium contingentibus, infra* VI *menſes, à recepcione præſentium numerandos, ad noſtram præſentiam mittere non [2] amittas, cum parati ſumus tibi, tanquam dilecto filio, plene ſuper præmiſſis exhibere juſticiæ complementum, et jura, ſi qua habes, inviolabiliter obſervare. Nos enim nihilominus ex nunc lites, rationes & controverſias quaſlibet, inter te dictumque regnum Scottorum, ac prælatos & clericos & perſonas ſeculares ejuſdem ſubortas, et quæ poſſunt impoſterum ex quibuſvis vel ex cauſis præteritis exoriri, totumque negocium prædictum contingens, aut aliquod eorundem, ad conjunctionem & de-*

---

1 *F.* rependantur. 2 *Sic. F.* omittas.

ter-

terminationem ſedis ejuſdem præſentium tenore reducimus et etiam reſervamus, decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſcienter vel ignoranter à quoquam in hac parte contigerit attemptari. Dat. Anagniæ V Kal. Julii, pontificatus noſtri quinto. A. D. 1300.

Rex acceptis hujuſmodi literis apoſtolicis, convocavit conſilium Lincolniæ, et, deliberato conſilio, reſpondit ſic: *Altiſſimus, inſpector cordium, noſtræ ſcrinio memoriæ indelibili ſtilo novit inſcribi, quod anteceſſores & progenitores noſtri, reges Angliæ, jure ſuperiori & directo dominio ab antiquiſſimis retro temporibus regno Scociæ,* [1] *& ipſius regibus & temporalibus, & annexis eiſdem præfuerunt, & ab eiſdem regibus pro regno Scotiæ, & ejuſdem regni proceribus, à quibus habere volebant, legalia homagia & fidelitatis juramenta receperunt. Nos juris & dominii poſſeſſionem continuantes hujuſmodi, pro tempore noſtro eadem tam à rege Scottorum, quam ab ipſis regni proceribus* [2] *receperimus. Quinimmo tanta juris & dominii prærogativa ſuper regnum Scociæ et ejuſdem regem gaudebant, quod regnum ipſum fidelibus ſuis conferebant, reges* [3] *& ex cauſis juſtis amovebant, & conſtituerunt ſub ſe loco ipſorum alios regnaturos, quæ proculdubio notoria fuiſſe et eſſe creduntur apud omnes, licet aliud forſan paternis veſtris auribus per pacis æmulos & rebellionis filios fuerit falſa inſinuacione ſuggeſtum, à quorum machinoſis & imaginariis figmentis ut veſtræ ſanctitatis oculus avertatur ſuppliciter quæſumus, & paternam* [4] *excellentiam devotis affectibus exoramus, ut, brevitatis cauſa, geſtis anteriorum temporum ſalvis, quædam exempli cauſa tangamus. Edwardus, dictus ſenior, filius* [5] *Chifodi regis Angliæ, Scotorum, Umbrorum & Stregeval-*

Author hujus epiſtolæ G. Riſhanger. Baleus 377. *in marg.*

Hîc multa deſunt de Bruto & Arthuro *in marg.*

1 Et omnibus ipſius *T.* 2 Recepimus *T.* 3 Etiam *T.* 4 Clementiam et excellentiam devotis *T.* 5 *Sic etiam T. L.* Alfredi.

A. D. 1300. *lorum reges ſibi, tanquam ſuperiori Domino, ſubjectos habuit & ſubmiſſos. Adelſtanus, rex Angliæ, Conſtantinum* [1] *regem ſub ſe regnaturum conſtituit, dicens, glorioſius eſſe regem facere, quam* [2] *regem eſſe. Et eſt in memoria, quod idem Adelſtanus, intercedente ſancto Johanne de Beverlaco, quondam archiepiſcopo Eborum, Scottos, rebellantes ei, dimicavit, qui gratias Deo devote agens, Dominum exoravit, petens, ut, interveniente* [3] *ſancto Johanne, ei aliquod ſignum evidens oſtenderetur, quo tam ſuccedentes quam præſentes cognoſcere poſſent, Scottos Anglorum regno jure ſubjugari, & videns quoſdam ſcopulos juxta quendam* [4] *locum, dictum Dumber, in Scocia* [5] *præminere, extracto gladio de vagina percuſſit in ſilicem, qui lapis ad ictum gladii, Dei virtute agente, ita cavatur, ut menſura ulnæ longitudini poſſit coaptari, et hujus rei hactenus evidens ſignum apparet, et in Beverlacenſi eccleſia in legenda beati Johannis quaſi ſingulis hebdomadibus per annum, ad laudem & honorem ſancti Johannis, pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria tam in Anglia, quam in Scocia, uſque in præſentem diem. Item Conſtantinus rex Scottorum & Eugenius rex Cumbrorum, ad prædictum regem Angl Adelſtanum, poſt aliquam diſſentionem inter eos habitam, venientes, ſe cum ſuis regnis, eidem Adelſtano* [6] *dedidere, cujus facti gratia filium Conſtantini ipſe Adelſtanus de ſacro fonte ſuſcepit. Item Edredo, regi Angliæ, Scoti ſine bello ſe ſubdiderunt; & eidem regi Edredo, tanquam Domino, fidelitatem juraverunt. Item cum Edgarus, rex Angliæ, regem Scottorum* [7] *Kynadum, & Cumbrorum Malcolinum,* [8] *regemque plurimarum Inſularum Malcum, alioſque V ſubregulos ſubjugaſſet, & remigando per fluvium de* [9] *Lee in quadam navi pro-*

---

1 Regem Scottorum ſub *T.* 2 Rex *T.* 3 Beato *T.* 4 Locum Dunbar *T.* 5 Præeminere, *T.* 6 Dederunt, *T.* 7 Kimandium, *T.* 8 Regeſque *T.* 9 *Sic corrigitur in MS.*

An-

pe proram ſedißet, fertur, ipſum dixiſſe, ſucceſſores ſuos poſſe gloriari, ſe reges Anglorum eſſe, cum tanta [1] *honorum prærogativa fruerentur, quod ſubjectam haberent tot regum potentiam. Poſt dictum Edgarum, ſucceſſive ſucceſſerunt reges Angliæ ſanctus Edwardus martir,* [2] *Egelredus frater ejus, Edmundus dictus Yronſyde filius* [3] *Egelredi, &* [4] *Kiricus, qui eorum temporibus regnum Scociæ in ſua ſubjectione pacifice tenuerunt; hoc duntaxat excepto, quod anno quinto decimo* [5] *Regis Kyrici prædicti, idem* [6] *Kyricus Scotiam rebellantem, expedicione illuc ducta, et regem Scotorum Malcolinum parvo ſubjecit negocio, ſubdituſque eſt eidem prædictus Malcolinus. Quibus Haroldus filius* [7] *Knouti, & Herdeknutus frater* [8] *ejus unus poſt alium reges Angliæ ſucceſſerunt, qui eis ſic regnantibus ſibi* [9] *in" ſubjectionem regni Scottorum pacifice habuerunt. Item ſanctus Edwardus, rex Angliæ, regnum Scottorum dedit Malcolino, filio regis Cumbrorum, de ſe tenendum. Item Willelmus Baſtardus, rex Angliæ, à Malcolino, rege Scottorum, tanquam à ſuo homine ſibi ſubdito homagium cepit. Item Willelmo Rufo, regi Angliæ, prædictus Malcolinus, rex Scotorum, juramento fidelitatis ſubjectus fuit. Item prædictus Willelmus Donenaldum de regno Scotorum ex juſtis cauſis amovit, & loco ejus Dunkanum, filium Malcolini, regno Scottorum præfecit, et recepit ab eo fidelitatem & juramentum, dictoque Dunkano doloſe perempto, dictus rex præfatum Donenaldum, qui iterum regnum Scotiæ invaſerat, amovit ab eodem, et Edgarum, fi-*

A. D. 1300.

Antea Hee, *quo modo etiam in T.* 1 Honoris *T.* 2 Ethelredus *T.* 3 Ethelrede, *T.* 4 Hiricius, *T.* *Malim*, Knutus. *Sic enim Chron. Sax. p.* 153. *ſub anno* MXXXI. Her for Cnut cyng to Rome. ⁊ þy ylcan ȝeare þa hi ham com he for to Scotlande. ⁊ Scotta cyng him to beah Mælcolm. ⁊ tpe-ȝen oðre cyninȝar. Mælbæðe ⁊ Iehmarc. 5 Regni Hyricii prædicti, *T.* 6 Hyricius *T.* 7 Kanuti, & Hardekanutus *T.* 8 *Scilicet, Haroldi.* 9 *Abeſt T. rectius,*

A. D. 1300. *lium dicti Malcolini, regem Scottorum conſtituit, et eidem illud regnum donavit; cui ſucceſsit Alexander, frater Edgari, conſenſu regis Angliæ Henrici primi, fratris dicti regis Willelmi Rufi. Item Matildi Imperatrici, filiæ & heredi regis Henrici prædicti, rex Scotorum David fecit homagium & fidelitatem. Item Stephano, regi Anglorum, Henricus, filius dicti regis David, homagium fecit. Item Willelmus, rex Scotiæ, pro regno Scociæ, & David filius ſuus, & comites & barones regni Scotiæ devenerunt homines Henrici, filii regis Angliæ Henrici* II^di, *in craſtino coronationis prædicti Henrici* [1]*filii Henrici*" II^di, *patre vivente, & fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines, ſalva fidelitate debita patri viventi. Anno vero viceſimo regni regis Henrici* II^di *prædicti, dictus Willelmus, rex Scotorum, rebellare incipiens, venit in Northumbriam cum excercitu magno, & excercuit in populo ſtragem magnam, cui occurrentes milites comitatus Eborum apud Alnewycke, ipſum ceperunt, annoque ſequenti, ſ.* XV°. *Kal. Martii, eſt idem Willelmus per-miſſus* [2] *liber abire,* [3] *poſtea apud Eborum anno eodem,* VII *Kal. Septembris, idem Willelmus, rex Scotorum, de conſenſu prælatorum, comitum,* [4] *baronum, procerum et aliorum magnatum regni Scotiæ, Domino ſuo regi Angliæ, Henrico, filio Matildis imperatricis prædictæ, ſuis literis patentibus caviſſe noſcitur, quod ipſe, & heredes & ſucceſſores ſui reges Scotiæ, epiſcopi* [5] *&*" *abbates, comites* [6] *&*" *barones, & alii homines regni Scotiæ, de quibus Dominus rex habere voluerit, facient regibus Angliæ homagium, fidelitatem & liganciam, ut ligio Domino, contra omnem hominem. Item epiſcopi, comites & barones convencionaverunt (ut verbis ejuſdem convencionis utamur) Domino regi Angliæ & Henrico filio prædictis, quod ſi Rex Scotiæ aliquo caſu à fidelitate re-*

1 *Deſunt in T.* 2 Libere *T.* 3 Poſtea vero apud *T.* 4 Et baronum, *T.* 5 *Deeſt in T.* 6 *Abeſt T.*

gis

gis Angliæ & convencione prædicta recederet, ipsi cum Domino rege Angliæ tenebunt, sicut cum legio Domino suo contra regem Scotorum, quousque ad fidelitatem regis Angliæ redeat. Quam quidem compositionem felicis recordationis Gregorius papa IX^us in diversis [1] *rescriptis, regibus Angliæ & Scotiæ directis, mandavit firmiter observari, continentibus etiam, inter cetera, quod Willelmus et Alexander, reges Scotiæ, regibus Angliæ Johanni & Henrico ligium homagium & fidelitatem fecerunt, quæ tenentur successores eorum comites & barones regni Scotiæ ipsis & suis successoribus exhibere. Et iterum, quod* [2] *cum" idem rex Scociæ homo ligius sit ipsius Henrici regis Angliæ, & eidem fidelitatis præstitit juramentum, quo se principaliter astrinxit, quod in ipsius regni & regis Angliæ detrimentum nihil debeat penitus attemptare. Et papa Clemens scribens regi Angliæ pro Johanne, episcopo Sancti Andreæ, expulso ab episcopatu suo per regem Scotiæ, inter cetera rogavit, quod Willelmum, regem Scotiæ, moneret & induceret, &, si necesse fuerit, districtione regali, qua ei præiminet, & concessa suæ regiæ celsitudini potestate compelleret, ut dicto episcopo omnem rancorem remitteret, & episcopatum suum eum habere in pace permitteret. Et post convencionem prædictam in ecclesia sancti Petri Eborum coram prædictis regibus Angliæ & Scotiæ, & David* [3] *fratri suo, & universo populo, episcopi, comites et barones,* [4] *milites de terra regni Scotiæ juraverunt Domino regi Angliæ, & Henrico filio suo, et heredibus eorum, fidelitatem contra omnem hominem, sicut legiis dominis suis, et idem Willelmus, rex Scotiæ, ad mandatum regis Henrici prædicti, venit apud Northamtonam ad parliamentum Domini sui, adducens secum omnes episcopos, abbates, priores tocius regni sui. Et venit etiam, ad ejusdem regis Angliæ man-*

A. D. 1300.

---

1 Scriptis, *T.* 2 *Omittit T.* 3 Fratre *T.* 4 Et milites *T.*

da-

A. D. 1300. *datum, in Normaniam. Et idem rex Willelmus poſt deceſſum regis Henrici, veniens Cantuariam, Ricardo, regi Angliæ, filio & heredi dicti Henrici, fecit homagium. Quo Richardo viam univerſæ carnis ingreſſo, præfatus Willelmus Johanni, regi Angliæ, fratri & heredi prædicti* [1] *regis" Ricardi, extra civitatem Lincolniam ſuper quendam montem in conſpectu omnis populi fecit ei homagium, & juravit ei fidelitatem ſuper crucem Huberti, tunc Cantuarienſis Archiepiſcopi, & eidem Johanni, tanquam Domino ſuo, per chartam ſuam conceſſit, quod Alexandrum filium ſuum ſicut hominem ligium ſuum maritaret, promittendo firmiter in charta eadem, quod idem Willelmus rex Scotorum & Alexander filius ſuus Henrico, filio regis Angliæ Johannis, tanquam ligio Domino, contra omnes mortales fidem & fidelitatem tenerent, à quo quidem Willelmo, rege Scotiæ, poſtmodum, pro eo quod deſponderat filiam ſuam Comiti Boloniæ, præter regis Johannis, Domini ſui, aſſenſum, pro tranſgreſſione & [2] temera præſumptione hujuſmodi debitam ſatisfactionem accepit. Item Alexander, rex Scotorum, ſororius noſter, regi Angliæ Henrico, patri noſtro, pro regno Scotiæ, & poſtea nobis homagium fecit. Vacante deinde regno Scotiæ per mortem Alexandri regis illius, & ſubſequenter per mortem Margaretæ, ejuſdem regni Scotiæ reginæ & Dominæ neptis noſtræ, epiſcopi, abbates, priores, comites, barones, proceres & ceteri nobiles & communitates totius regni Scotiæ ad nos, tanquam ad defenſorem, ducem, aurigam, capitaneum & dominum capitalem ejuſdem regni, ſic vacantis, gratis & ſpontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus* [3] *noſtrum progenitorum & anteceſſorum noſtrorum, ac poſſeſſionem ſuperioris & directi dominii in regno eodem, & ipſius regni ſubjectionem ex certa*

---

1 *Abeſt T.* 2 Temeraria *T.* 3 Noſtrorum *T.*

ſcien-

ſcientia pure, ſimpliciter & abſolute recognoverunt, & præſtitis nobis ab eis, tanquam ſuperiori & directo Domino Scotiæ, debitis & conſuetis fidelitatis juramentis, ac civitatibus, burgis, villis, caſtris, & ceteris manſionibus regni ejuſdem in manu noſtra traditis, ad cuſtodiam ejuſdem regni certos jure noſtro regio officiales & miniſtros deputavimus, quibus ipſi tempore vacationis hujuſmodi concorditer fuerant obedientes & intendentes [1] *regiis noſtris præceptis & mandatis. Poſtmodum* [2] *etiam diverſæ perſonæ, ſuper ſucceſſione in dictum regimen Scotiæ jure hereditario inter ſe contendentes, ad nos, tanquam ad ſuperiorem Dominum regni Scotiæ, acceſſerunt, petentes, ſuper ſucceſione regni prædicti ſibi per nos exhiberi juſticiæ complementum, volentes & expreſſe conſentientes coram nobis, tanquam coram ſuperiori & directo Domino, in omnibus ordinandis ſtare &* [3] *obtemperari, ac demum judicialiter propoſitis, & ſufficienter auditis, rimatis, examinatis & diligenter intellectis partium juribus, finaliter, in præſentia omnium prælatorum et nobilium quaſi totius regni Scotorum, & de voluntate & aſſenſu expreſſo eorundem procedentes, Johannem de Baliolo debite præfecimus in regem Scotiæ, quem tunc in ſucceſione ejuſdem regni heredem jura habere invenimus pociora. Qui quidem prælati, comites, barones, communitates, ac ceteri incolæ regni ipſius,* [4] *hujuſmodi" ſententiam noſtram acceptaverunt et approbaverunt, et ipſum Johannem, de mandato noſtro, virtute hujus judicii in regem ſuum admiſerunt. ac idem Johannes, rex Scotiæ, pro regno ſuo prædicto nobis homagium debitum & conſuetum fecit, & fidelitatis juramentum præſtitit, & ex tunc, tam in parliamentis quam in conſiliis noſtris, tanquam noſter ſubditus, ſicut alii de regno noſtro, interfuit, & noſtris, tanquam Domini ſui ſuperioris, beneplacitis & man-*

A. D. 1300.

---

1 Regis noſtri *T.* 2 Autem *T.* 3 Obtemperare, *T.* 4 *Deeſt in T.*

datis

A. D. 1300. *datis in omnibus obediens et intendens extitit, quousque idem Johannes rex Scotiæ, & prælati, comites & barones, nobiles, communitates ac ceteri incolæ majores regni ejusdem, ex præconcepta malitia, & prælocuta ac præordinata proditione (*[1] *communicato consilio) cum tunc inimicis nostris capitalibus notoriis amicitias copularunt, & factiones, conspirationes & conjurationes in exheredationem nostram, & heredum nostrorum, ac regni nostri, contra debitum homagium suum, in crimine læsæ majestatis nequiter incidendo, fidelitatis juramentum inierunt cum eisdem. Verum cum præmissa, relatione et fama publica consentiente, ad aures nostras devenissent, volentes futuris periculis præcavere, quæ ex hiis & aliis possent nobis, regno nostro, & regni nostri incolis verisimiliter* [2] *provenire, pro assecuratione regni nostri, accessimus ad confinium regni utriusque, pluries mandantes eidem Johanni, tunc regi Scotiæ, ut ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet, super præmissis & aliis, assecurationis statum, tranquillitatem & pacem regni utriusque contingentibus, tractaturus. Qui, spretis mandatis nostris, in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus cum episcopis, prælatis, comitibus, baronibus regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conducticiis contra nos, regnum nostrum, & incolas regni nostri, hostiliter se convertens accinxit, et ad hostiles aggressus & incursus procedens, regnum nostrum invasit, & quasdam* [3] *villas regni nostri Angliæ per se & suos deprædatus est, easque vastavit incendio, homines nostros interfecit, et (nonnullis nautis nostris per eos interemptis) naves hominum nostrorum regni nostri Angliæ comburi fecit, & evestigio aggredi, redditisque nobis homagio et fidelitate, tam pro se, quam pro aliis quibuscumque regni sui incolis, per literas Regis ejusdem, verba offensionum exprimentes, et, inter alia,* [4] *verbum*

---

1 Convocato *T.* 2 Pervenire, *T.* 3 Villas s. regni *T.* 4 Verba *T.*

diffi-

diffidentiæ continentes, comitatus noſtros Northumbriæ, Cowmbriæ & Weſtmerlandiæ regni noſtri Angliæ, congregato ingenti excercitu hoſtiliter per ſe & ſuos invaſit, ſtragem innumeram hominum noſtrorum, incendia monaſteriorum, eccleſiarum & villarum inhumane perpetrando, & patriam undique depopulando, infantes in cunabulis, mulieres in puerperio decubantes, gladio trucidaverunt, &, quod auditu horrendum eſt, à nonnullis mulieribus mammillas atrociter abſciderunt, parvos clericulos, primas tonſuras habentes & grammaticam addiſcentes, ad numerum circiter ducentorum in ſcolis exiſtentes, obſtructis oſtiis ſcolarum, igne ſuppoſito cremaverunt. [1] *Nos quoque cernentes, tot dampna, opprobria, facinora & injurias in exheredationem noſtram, & deſtructionem populi noſtri, prodicionaliter irrogari, nec valentes, ratione juramenti, quo ad ſervationem jurium coronæ regni noſtri ſumus aſtricti, præmiſſa facinora ulterius concelare, nec jura noſtra relinquere indefenſa, cum per leges ipſum Johannem, tunc regem Scociæ, nec gentem ſuam, nobis ſubditam, juſtificare poſſemus, nec ipſum regnum Scotiæ, quod à longiſſimis temporibus (ſicut ſuperius exprimitur) nobis & progenitoribus noſtris feudale extitit,* [2] *ex cauſis præmiſſis, contra dictum Johannem, & gentem Scotiæ, vires potenciæ noſtræ extendimus, prout de jure nobis licuit, & proceſſimus contra ipſos, tanquam contra hoſtes noſtros et proditores. Subjecto itaque regno Scotiæ, & jure proprietatis noſtræ dicioni ſubdito, præfatus Johannes, quondam rex Scociæ, ipſum regnum Scotiæ, quatenus de facto tenuit, ſponte, pure & abſolute reddidit in manum noſtram, prodiciones & ſcelera memorata coram nobis & proceribus regni noſtri publice recognoſcens. Quo peracto, prælati, comites, barones, nobiles & communitates regni Scotiæ, quos ad pacem noſtram regiam ſuſcepimus, ſubſe-*

A. D. 1300.

1 Noſque cernentes, *T.* 2 In *pro* ex *in T.*

A. D. 1300. *quenter homagia & fidelitates nobis, tanquam immediato Domino & proprio ejuſdem regni Scotiæ, fecerunt ac etiam præſtiterunt,* [1] *ac redditis nobis ejuſdem regni civitatibus, villis* [2] *ac caſtris, municionibus, ac ceteris locis omnibus ad dictum* [3] *regem ſpectantibus, officiales noſtros & miniſtros ad regimen ejuſdem regni Scotiæ præfecimus jure noſtro. Cumque jure pleni dominii in* [4] *poſſeſſionem ejuſdem regni exiſtere* [5] *dinoſcamus,* [6] *omittere non poſſumus nec debemus, quin inſolentiam ſubditorum noſtrorum rebellium, ſi quos invenerimus, præeminentia regia, prout expedire viderimus, reprimamus. Quia vero ex præmiſſis & aliis conſtat evidenter, et notorium extitit, quod prælibatum regnum Scotiæ, tam ratione poſſeſſionis quam proprietatis, ad nos pertinet pleno jure, nec quicquam fecerimus vel caverimus ſcripto vel facto, ſicuti nec poſſemus, per quæ juri* [7] *aut poſſeſſioni prædictis debeat aliqualiter derogari, ſanctitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus, præmiſſa provida meditacione penſantes, ex illis* [8] *veſtrum motum animi dignemini informare, ſuggeſtionibus contrariis æmulorum in hac parte vobis factis, ſi placet, aurem nequaquam* [9] *adhibendo, quinimo ſtatum noſtrum, & jura noſtra regia ſupradicta habere velitis, ſi placet, promptis affectibus commendata.*

Magnates regni Angliæ, ad inſtantiam Domini regis, ſcripſerunt Domino papæ ſic: [10] *Sancta Romana mater eccleſia, per cujus miniſterium fides catholica gubernatur, in ſuis actibus cum ea, ſicut firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, quod nulli præjudicare, ſed ſingulorum jura, non minus in aliis quam in ſeipſa, tanquam mater alma,* [11] *conſervari velit illæſa. Sane convocato nuper per ſereniſ-*

---

1 Ac etiam redditis *T.* 2 Et *T.* 3 Regnum *T.* 4 Poſſeſſione *T.* 5 Dinoſcatur, *T. F.* dinoſcamur. 6 Committere, *T.* 7 Et *T.* 8 Veſtri *T.* 9 Exhibendo, *T.* 10 Sacroſancta *T.* 11 Conſervare *T.*

ſi-

simum Dominum nostrum Edwardum, Dei gratia regem Angliæ illustrem, parliamento apud Lincolniam generali, idem Dominus noster quasdam literas apostolicas, quas super certis negociis, condicionem et statum regni Scotiæ [1] *tangentibus, ex parte nostra receperat, in medio exhiberi ac serioſe nobis fecit exponi. Quibus auditis & diligentius intellectis, tam* [2] *in" sensibus nostris admiranda, quam hactenus inaudita in eis audivimus contineri. Scimus enim, pater sanctissime, & notorium est in partibus Angliæ ac nonnullis aliis locis non ignotum, quod à prima institutione regni Angliæ reges ejusdem regni, tam temporibus Britonum quam Anglorum, superius & directum Dominium regni Scotiæ habuerunt, & in possessione vel quasi superioritatis & directi Dominii ipsius regni Scociæ successivis temporibus extiterunt, nec ullis temporibus ipsum regnum in temporalibus pertinuit vel pertinet quovis jure ad ecclesiam supradictam, quinimo idem regnum Scotiæ progenitoribus prædicti Domini nostri regis Angliæ atque sibi feodale extitit ab antiquo. Nec etiam reges Scotorum et regnum aliis quam regibus Angliæ subfuerunt vel subici consueverunt. Neque reges Angliæ super juribus suis in regno prædicto, aut aliis suis temporalibus, coram aliquo judice ecclesiastico vel seculari, ex præeminentia status suæ regiæ dignitatis & consuetudinis, cunctis temporibus irrefragabiliter observatæ, responderunt aut respondere debebant, unde (habito tractatu & deliberatione diligenti super contentis, in literis vestris memoratis) communis, concors & unanimis omnium nostrûm & singulorum consensus fuit, est et erit, inconcusse, Deo propicio, in futurum, quod præfatus Dominus noster rex super juribus regni sui Scotiæ cum aliis suis temporalibus nullatenus respondeat judicialiter coram vobis, nec judicium subeat quoquomodo, aut jura sua prædicta in du-*

A.D. 1300.

---

1 Contingentibus, T. 2 *Omittit* T.

A. D. 1300. *bium* [1] *quouis deducat. Nec ad præsentiam vestram procuratores aut nuncios ad hoc* [2] *mittet, præcipue cum præmissa cederent manifeste in exheredacionem juris coronæ regni Angliæ & regiæ dignitatis, ac subversionem status ejusdem regni notoriam, nec non in præjudicium libertatis, consuetudinum et legum paternarum, ad quarum observacionem & defencionem, ex debito præstiti juramenti, astringimur, et quæ manu tenebimus toto posse, totisque viribus cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, aut aliqualiter permittemus, sicut nec posumus nec debemus, præmissa jam insolita, indebita, præjudicialia & alia inaudita prælibatum Dominum* [3] *nostrum,* [4] *etiam si vellet, facere seu quomodolibet attemptare. Quocirca sanctitati vestræ reverenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem* [5] *Dominum" nostrum regem, qui inter alios principes orbis terræ catholicum se exhibet, et Romanæ ecclesiæ devotum, jura sua & libertates, consuetudines & leges* [6] *prædict' absque diminucione & inquietudine pacifice possidere, ac* [7] *illa" illibata persistere benignius permittatis. In cujus rei testimonium sigilla nostra, tam pro nobis quam pro tota communitate prædicti regni Angliæ, præsentibus sunt appensa. Dat. & acta apud Lincolniam anno Domini* M°. CCC°.

Eodem anno orta est execrabilis dissensio[8] inter Dominum Anthonium Dunelmensem episcopum & Ri-

---

1 Quæstionis *corrigitur in T. quum jam antea* quovis *legeretur.* 2 Mittat, *T.* 3 Regem *pro* nostrum *in T.* 4 Et si *T.* 5 *Deest in T.* 6 Prædictas *T.* 7 *Deest in T.* 8 *Ea omnia, quæ ad dissensionem hanc spectant, paucissimis verbis concepta sunt in T. hoc scilicet pacto*: Eodem anno orta est dissentio inter Dominum Antonium Dunelmensem Episcopum et Ricardum de Hoton̄ priorem et monachos Dunelmenses, eo quod episcopus in visitatione capitulari Dunelm' retinuit de consilio milites & clericos Sæculares quam plurimos, & præcepit ut interessent suæ visitationi, quod displicuit priori & monachis prædictis.

car-

cardum de Hoton priorem & monachos Dunelmenſes, ſub forma, quæ ſequitur. Epiſcopus enim, miſſis literis ſuis pro viſitatione capituli facienda, admiſſus eſt in craſtino aſcentionis Dominicæ, factoque brevi ſermone per eundem epiſcopum, cujus erat thema, *viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum*, receſſerunt miſſi quidem ſeculares, ſed remanſerunt cum eo quamplurimi. Habebat enim ſecum epiſcopum Jubileum, qui ab ejus epiſcopatu per Saraſenos expulſus morabatur cum eo, cum equituris ſex, curam ſpiritualitatis in parte agens, eo quod Dominus epiſcopus non celebraret ordines niſi forte loricatus. Remanſerunt etiam cum eo milites & clerici numeroſi. Quod videns ipſe prior, ait epiſcopo: *Non diſpliciat vobis, pater, quia cum inſtantia rogant fratres omnes, quod, more prædeceſſorum veſtrorum antiquorum patrum epiſcoporum Dunelmenſium procedentes, placeat vobis aliquos ex fratribus, tanquam ſpirituales miniſtros, admittere ad officium viſitationis veſtræ exercendum. Non enim condecet nec expedit, imo etiam præjudicaretur nobis & privilegiis noſtris, ſi tot clerici & laici remanentes eſſent ſcrutatores ſingulorum.* Qui epiſcopus: *Sede, prior, & pro certo intellige, quod omnes iſtos, qui de conſilio noſtro ſunt, nobiſcum habere volumus in præſenti.* Adduxerat enim ſecum magiſtrum Johannem de Lacy, & magiſtrum Reginaldum de Braundun famoſos advocatos, & quoſdam alios nominatos, volens & diſponens mirabilia facere; propter quod monachi, ſentientes ſe ſic in primordiis injuſte prægravari, lecto procuratorio, ſtatim appellarunt ad curiam Eborum, & ad tuicionem ſedis ejuſdem, et in ſupplementum juſtitiæ curiam Romanam, & ſic appellatione muniti receſſerunt omnes, remanſitque ſolus epiſcopus cum conſilio ſuo, ſtatimque fecit peremptorie citari priorem

A. D. 1300.

A. D. 1300. rem & certas perſonas de conventu, quod in craſtino comparerent in eadem eccleſia, ſ. ſuper hujuſmodi contemptu reſponſuri. Et quia vocati non comparuerunt in craſtinum, depoſuit ipſum priorem, & excommunicavit fratres, qui in obſervantiis regularibus obedirent eidem: præcepitque monachis, ut alium cum feſtinatione eligerent. Et quia diſtulerant hoc facere hæſitantes, arctavit eos in victum, non permittens per portas urbis quicquam inferre ad eos, nec ipſos ingredi, nec aliis patebat ingreſſus. Cum in arcto ſic poſiti eſſent, & quia deficerent victualia, timentes fieri pejora prioribus, proceſſerunt & elegerunt contra morem quaſi major pars quendam Henricum de Luceby, qui fuit familiaris epiſcopo, eo quod ſperabant epiſcopum poſſe placari per eum. Qui præſentatus epiſcopo, abſque difficultate admiſſus eſt, ſed cum inſtallari debuiſſet, invenit Ricardum priorem in ſtallo ſuo reclamantem ut prius & appellantem. At illi epiſcopales et quidam falſi fratres appoſitis manibus extraxerunt Chriſtum Domini de loco ſuo, tradentes cuſtodiæ, & demum recludentes eum in horrendo carceris ergaſtulo, primo quidem infra ſepta monaſterii, & ſecundo in caſtro. Manſitque ſic clauſus in carcere longo tempore, et quidam ex monachis ſuis proſecuti ſunt appellationem in curia Eborum, nec curavit epiſcopus, eo quod animoſus erat, non timens hominem neque regem. Tandem vero quidam ex fratribus, pro bono pacis, induxerunt ipſum Ricardum priorem, ut gratiæ epiſcopi ſe ſupponeret, & ſtatum reſignaret, promittentes, epiſcopum in proviſione ſibi facienda fore gratioſum, nec aliâs ipſum placari poſſe quin tyrannidem exerceret durius in futurum. Qui tandem inductus per vim & metum, qui poſſent cadere in conſtan-

ſtantiſſimum virum, adquievit eorum conſilio, et in manum epiſcopi ſtatum reſignavit. Placatus eſt epiſcopus, et juſſit, ut mitius ageretur cum eodem. Redditus eſt fratribus, & aliquali ſolatio recreatus eſt. Die vero quadam [1] cum ſpaciandum ſpaciotū iret cum fratribus, & quibuſdam ſecularibus ad ipſius cuſtodiam deputatis, juxta pontem de [2] Stynclyneche, ecce venerunt parentes ſui et amici cum manu armata, & rapuerunt eum cum impetu, converſique ſunt retroverſum omneſque cuſtodes ejus, feſtinavitque nec multum quievit donec veniret ad curiam, beneficium Bonifacii papæ petiturus. Qui clementer eum ſuſcipiens, & miſericordia paterna confortans, audivit indilate cauſam ipſius, eo quod clamor ingens prius aſcenderat ad aures ejus. Et quia annus jubileus erat, ſ. trecenteſimus, et remiſſionis peccaminum, concurrerant ibi innumeroſæ gentes ex univerſis terris omnium regionum, productique ſunt teſtes ex ipſis, tam clerici quam laici, qui ante receſſum ſuum de Anglia prædicta audierant & viderant oculata fide. Reſtitutus eſt per papam ad omnia, & ille Henricus, qui prioratum occupaverat, pſeudo eſt monachus nominatus, decrevitque papa, fore citandum epiſcopum, et perſonaliter vocatus eſt, ut in craſtino ſancti Martini compareret, reſponſurus papæ et priori ſuper quibuſdam canonice proponendis. Contra quem quodam die dominus epiſcopus promiſit multa, & poſtquam venerat, expoſuit majora, viciſſimque litigabant ſuper homicidio, dilapidatione & aliis quibuſdam enormibus articulis. Vo-

A. D. 1300.

---

1 *Sic, cum lineola ſub* ſpaciotū *poſita, delend. eſſe indicante. Sed legend. vel,* cum ad ſpaciandum iret, *vel,* cum ſpaciatum iret. 2 Syncliff *apud Whartoni Angl. Sacr. Part.* I. *p.*750. *quam videſis.*

lens

A. D. 1300. lens epiſcopus cito à curia liberari, familiariter exposuit Domino papæ votum ſuum, qualiter à vitæ ſuæ primordiis cruce ſignatus, negocium terræ ſanctæ perſonaliter & in expeditione militari promovere diſpoſuit. Et multas habebat terras ex perquiſito, et plus quam duo mille & quingentas mercatas, quas in ipſo negocio expendere proponebat. Et Comes de Cornubia, cujus erat principalis executor, theſaurum legaverat, ad inveniendum centum milites per annum continuum contra inimicos crucis Chriſti. Petiit breves inducias, ut terras prædictas venditioni exponeret, & neceſſaria provideret pro ſe & trecentis militibus tranſfretaturis ſecum,& ſumptibus ſuis permanſuris per tres annos continuos in terra ſancta. Placuit Domino papæ [1] propmiſio, eo quod cordi habebat terræ ſanctæ negocium, & licenciavit eum, terminum ſtatuens unius anni, ut iter arriperet quod promiſerat, reliquitque procuratorem in curia, qui cum priore contenderet, & eviſceratus pecunia quaſi manu vacua reverſus eſt. Erat enim homo magnanimis, non parcens pecuniæ, ut [2] conſequeret votum. Cœpitque vota facere in epiſcopatu, & inaudita quærere, ita quod inſurrexerunt in eum quaſi omnes incolæ pro libertatibus ſuis defendendis. Depoſueruntque frequenter ad Dominum regem multimodas querelas, quærentes fieri per eum juſticiæ complementum. nec curavit epiſcopus, propter quod Dominus rex primo rogans, ſecundo exhortans, tercio comminando præcipiens, ſub pœna perdendæ libertatis, ſcripſit, ut ab injuriis ceſſaret, & populum ſuum juſte regeret modo conſueto. Verum quia Dominus epiſcopus ſemper cum diſſimulatione

1 *Sic, pro* promiſio *vel* promiſſio. 2 *Potius*, conſequeretur.

per-

pertranſiit, capta eſt libertas epiſcopatus ſui in manum Domini regis, appoſuitque juſticiarios ſuos & ſuum Cancellarium fecit cum novo ſigillo. Conqueſtique ſunt incolæ de miniſtris epiſcopi, & tractabantur male, multantur, incarcerantur & quaſi ad conſumptionem extremam deducuntur multi. Interea appropinquavit tempus epiſcopi, ut promiſſum iter arriperet, & incepit plus ſolito placare Dominum regem, promiſitque et aſſecuravit juſticiam facere, & miniſtros præſtare bonos & fideles, & reſtituta eſt ei libertas ſua. Eodem tempore circa feſtum beati Petri ad vincula, prædictus prior Richardus reverſus eſt de curia, & à fratribus ſuis Dunelmenſibus cum gaudio ſuſceptus eſt in anno tercio ejectionis ſuæ, & Dominus epiſcopus ad Romanam curiam direxit greſſus ſuos, non tamen ut promiſerat, quia obierat Bonifacius papa prædictus. Succedente vero eidem papa Benedicto, Dominus epiſcopus pro exequendo prædicto negocio terræ ſanctæ decimas Anglicanæ eccleſiæ, Scociæ & Hiberniæ, per tres annos continuos concedi ſibi peciit. Sed irriſus, effuditque iterato viſcera pecuniæ ſuæ. Et ſolummodo impetravit, quod Cantuarienſis archiepiſcopus, Wintonienſis & Lincolnienſis epiſcopi perſonaliter venirent & viſitarent capitulum Dunelmenſe, & correctiones ſalubres facerent, tam in capite quam in membris. Noluit enim Dunelmenſis epiſcopus viſitare per ſe, eo quod Dominus papa Bonifacius limitaverat eum, faciendo ſuper hoc conſtitucionem ſpecialem, quæ ad audientiam incipit, quod Dunelmenſes epiſcopi non viſitabunt de cetero, niſi cum uno religioſo tantum, uno clerico, uno tabellione. Reverſus epiſcopus in Angliam, & in eodem anno mortuus eſt ille papa Benedictus: & ſic mortuo manda- A. D. 1300.

A. D. 1300. tore, expiravit mandatum. Depoſuitque ſubſequenter prædictus prior ad aures regis querelas multas, nec concordare poterant uſque ad parliamentum regis Londoniis, in XL^ma anni quarti ſubſequentis.

Nec fuit mirum, ut creditur, quod, propter viſitacionis formam, fiebat altercatio. quia ceciderunt in laqueum, quem diu ante [1] contexerant. viſitationem Domini Domini Archiepiſcopi Eborum, qui pro tempore fuerit, quum obedienter & filialiter recepiſſe debuerant, multis retro temporibus maluerunt admittere Dunelmenſis. Archiepiſcopus enim Walterus Gyffarde viſitare volens, repulſus eſt. Succeſſor autem ejus Walterus Wethebanger [2], idem continuando negocium, miſſis literis cauſa viſitacionis faciendæ, tempore Roberti de Inſula, tunc Dunelmenſis epiſcopi, declinavit ibidem. Qui excipiendo proponentes, quod, ſecundum formam illius conſtitutionis Romanæ extra de Cen. exac. et procurat' exarati erant recipere eum, ſi tamen primo ſuam eccleſiam & provinciam viſitaſſet. Sed quia non fecerat hoc, appellarunt, & eum admittere noluerunt. Ipſe vero excommunicavit eos & receſſit. Mortuo tandem prædicto Roberto de Inſula, idem Archiepiſcopus Willelmus direxit ibidem literas ſuas, ut viſitaret, non tanquam archiepiſcopus ſed tanquam epiſcopus, eo quod tempus vacationis pertinebat ad eum in ſpiritualitate. At illi reſponderunt ei, quod parati erant eum admittere ſecundum quandam formam, inter ipſos et quendam Richardum le Pover, quondam Dunelmenſem epiſcopum, initam, quæ fuit, quod cum uno ſolo clerico viſitaret pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & aliàs non. Qui, hujuſmodi

---

1 *Vel*, contexuerant. 2 Willelmus Wickwane *aliis. rectius. Nam &* Willelmus *paullo inferius.*

com-

compoſitionis ignorans, venit ibidem, & peciit ſe admitti, VI°. ſ. Idus Auguſti, anno Domini M°. CC° LXXXII°. At illi clauſerunt contra eum portas urbis, & in ipſis portis appellarunt. Ipſe vero aſſumpto pontificali ſuo excommunicavit eos, & eccleſiam beati Nicholai ingreſſus, incepit prædicare clero & populo. Erant enim ibidem majores clerici Domini epiſcopi mortui, ut ei comitivam facerent. Dumque ſederent ſic, ecce ingreſſi ſunt ſatellites multi cum gladiis & fuſtibus, volentes manus imponere in Chriſtum Domini, quorum unus, Rogerus ſ. Macun, præcedens cum lancea, conabatur perfodere eum. Sed ſurrexerunt prædicti clerici, & oppoſuerunt ſe. Inter quos erat quidam Dominus Richardus, Deputatus cuſtos per Dominum regem in temporalibus vacantis epiſcopatus, qui ait, *Inhibeo vobis ex parte Domini regis, ſub pœna vitæ & membrorum, ne quis veſtrûm audeat manum extendere vel nocere Domino Archiepiſcopo, vel alicui etiam ex minimis ſuis.* Miſitque nuncios ad priorem et monachos, qui dicerent, Quod, ſub pœna forisfacturæ omnium temporalium ſuorum, revocarent & caſtigarent ſtultos ſuos. Qui interim eccleſiam egreſſi, percuſſerunt garciones in equis, & eos in fugam converterunt. Mulieres etiam advenientes lapidabant eos. Et Palefridus Domini Archiepiſcopi cecidit humero lapſus et læſus, nunquam extunc potuit hominem portare, feceruntque clerici prædicti, ſedato furore, Archiepiſcopum alium equum aſcendere, & duxerunt eum ad hoſpicium de Kypyer. Mane vero facto, comitabantur ei uſque Sceggefeld, ubi viſitavit clerum & populum, & in ſequenti die archiepiſcopatum ſuum ingreſſus eſt. Factaque demum electione Dunelmenſis, appoſuit ſe Archiepiſcopus contra electum Antho- A. D. 1300.

A. D. 1300. nium, dicens ipſum eſſe electum ab excommunicatis, et propter hoc non fore admittendum. Et miſit ad Archiepiſcopum Dominus rex familiarem ſuum, Dominum Johannem Deweſcy, qui diceret, & ſub gravi forisfactura comminaret, quod electionem & promotionem ſpecialiſſimi clerici ſui non impediret: imo ſi actionem haberet contra monachos eligentes, inſtituet & perſequeretur eam pro loco & tempore. Et non puniretur electus pro delictis ceterorum. Timuitque ſibi Archiepiſcopus et adquievit, magis timens hominem, quam Deum, conſecravit eum, ut ſupradictum eſt, in die tranſlacionis ſancti Willelmi, poſtea tamen pœnituit. Poſt hunc Archiepiſcopus Johannes Romanus voluit viſitaſſe. Sed quia avarus erat, extinxerunt pecunia data pro toto tempore ſuo. Poſt illum, Archiepiſcopus Henricus de Newerch non incepit talia, eo quod parvo tempore vixit, et præter hoc fuit familiariſſimus Domini Dunelmenſis epiſcopi. Poſt quem Archiepiſcopus Thomas de Corebrygg', qui licet provinciam propriam infra IIII^or annos, excepto proprio capitulo, duabus vicibus viſitaſſet, Dunelmum tamen non peciit, eo quod timuit regem & vexationem.

A. D. 1301. Anno Domini M° CCC primo finitis treugis in feſto Pentecoſtes inter regem & Scotos initis, congregavit rex exercitum, et [1] circa feſtum beati Johannis Baptiſtæ in Scociam profectus eſt, hiemavitque ibidem, et natale ſuum tenuit apud Linlyſcoth', [2] perdiderunt ſui equos multos propter defectum foragii et [3] frigoris hiemalis. Miſitque rex Franciæ nuncios &

---

1 Circiter *T.* 2 Perdideruntque ſui *T.* 3 *F.* frigus hiemale.

li-

literas pro Scotis, ut, ad rogatum ipſius, inirentur treugæ, ſaltem uſque ad feſtum Omnium Sanctorum. Et [1] quia rex ſororem ſuam de novo duxerat, noluit ei contradicere, ſed rogata conceſſit, appoſitiſque cuſtodibus in [2] confinio, reverſus eſt Londoniis, & parliamentum ibidem tenuit in medio Quadrageſimæ. A. D. 1301.

Anno Domini M°CCCII°, elapſis treugis, miſit rex robur excercitus in Scociam, cum Domino Johanne de Segrave & fratribus ſuis, erant enim milites ſtrenuiſſimi. Cumque non timerent ſibi, & [3] erant juxta Edenbourgh, in principio XL^mæ, nec ſcirent Scotorum inſidias, dimiſerunt ſe noſtri per tres turmas, & diſtabant ab invicem quaſi per duas leucas. Eratque ipſe Dominus Johannes cum trecentis armatis [4] proximior hoſtibus, qui latebant eum. Et ecce puer unus ex ſuis ſummo diluculo primæ Dominicæ XL^mæ veniens, nunciavit ei, hoſtes ad manum eſſe. Conſuluitque, ut [5] revertetur ad [6] conſocios et conglobati non timerent. Sed noluit ſuæ ſtrenuitati notam impingi, ut retrocederet. Imo armatus proceſſit eis obviam, ceciderunt-que multi hinc & inde, et ipſe letaliter vulneratus eſt & captus. Captique ſunt cum eo plus quam XX^ti milites electi, ſed ſupervenientibus quibuſdam ex noſtris de ſecunda turma, rapuerunt eum à cuſtodibus ſuis & abduxerunt. Corruit etiam ibi Dominus Radulphus [7] lee Cofrer, qui [8] ex parte regis ſtipendia miniſtrabat. Et reverſi ſunt alii in Angliam, deferentes ſiniſtra nova regi. Miraculoſe (ut creditur) [9] eadem Dominica contigit, quod Domi- A. D. 1302.

---

1 Quia Rex de dono duxerat ſororem ſuam in uxorem, noluit *T.* 2 Confiniis, *T.* 3 Eſſent *T.* 4 Proximus *T.* 5 *Sic. At in T.* reverterentur. 6 Socios *T.* 7 Le *T.* 8 A *T.* 9 In eadem *T.*

nus

A. D. 1302. nus Robertus de Neveill cum ſuis miſſam audiebat ſummo mane, neſciens quid interim ageretur; qua peracta, feſtinavit, ut cum prædicto Domino Johanne Capitaneo excercitus loqueretur, obviavitque fugientibus, et per ipſum et ſuos liberati ſunt captivi multi, et Scoti in magna parte retrogreſſi, nec corruit unus ex eis qui miſſæ intererant, nec aliquis captus ſeu vulneratus.

Eodem anno in octavis ſancti Johannis Baptiſtæ tenuit rex parliamentum ſuum Londoniis, & exegit à clero & populo quintumdecimum denarium de ſuis temporalibus. Scutagium etiam exegit eodem anno in XL^ma^, & ceteris militibus conceſſit, ut à ſuis tenentibus illud facerent.

Eodem anno Comes Mareſcallus Rogerus [1], qui multa exhauſerat tempore, quo fovebat partem contra regem, requiſitus erat à fratre ſuo Johanne, qui multarum erat rector eccleſiarum & pecunioſus valde, ut pecuniam, quam ſibi mutuaverat, reſtitueret ei. Qui ait, *Quare pecuniam repetis, frater? bene enim noſti, quod filium non habeo, nec alium heredem præter te, non oportet ut mihi moleſtus ſis, cum omnia mea tua ſunt, et poſt mortem mihi ſucceſſor eris.* Et reſpondit frater: *Quid ad me de hereditate tua? Non curo. Redde mihi pecuniam meam.* Et comes: *Ex quo ita vis, faciam quod hortaris, in dampnum quidem tuum & heredum noſtrorum,* perrexitque iratus ad regem, et dedit ei comitatum & omnes terras ſuas, ſub tali quidem pacto, quod [2] refeſſaret eum de eiſdem ad terminum vitæ [3] ſuæ, et inſuper daret ei mille marcatas terræ pro vita ſua, et eum ejice-

---

1 *Bigod.* 2 *F.* refeffaret. 3 Suæ tantum, & inſuper *T.*

ret

ret ab omni ære alieno, fecitque rex [1]rex" quod con- A. D.
venerat, & adimplevit omnia. 1302.

Eodem anno Flandrenſes devicerunt Francos tribus vicibus in campo. Et comes de Arthoys, homo magni nominis & Seneſcallus Franciæ, una cum Domino de Neel̄, et plus quam XL vexillariis electis, & [2]innumeroſa plebe armatorum & peditum, corruerunt in una die. Ceciditque flos miliciæ ſuæ, in eorum opprobrium ſempiternum, et adhuc ab incepto [3] furore noluerunt quieſcere. Rex enim, congregato excercitu copioſo, perrexit ibidem, cum XXX millibus armatorum in equis armatis, præter alios equitantes & pedeſtres abſque ullo numero. Et in anno ſequenti corruerunt multi, et retrorſum abierunt, inieruntque treugas ad tempus, & deteriorem partem ſemper habuerunt. Erant enim excommunicati cum rege eorum per papam Bonifacium, et terra eorum eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto. Rex enim Franciæ præbendas & dignitates electorum terræ ſuæ, qui confirmabantur & conſecrabantur in curia, quas Dominus papa ſemper conferre conſueverat, ipſe novo more dare voluit et dedit, propter quod Dominus papa primo & ſecundo monuit eum, ut ab incepto errore deſiſteret, & non aggrederetur talia, in periculum animæ ſuæ, & præjudicium Romanæ eccleſiæ matris ſuæ. Sed quia monitis parere noluit, miſit tandem papa Archiepiſcopum de Nerbon̄ cum cohercione canonica, ut compelleret eum & errantem reprimeret. Quod audiens rex, iratus eſt, & juſſit eum humari vivum. Et commotus eſt papa in hoc facto, & pro incarceratione quorundam epiſcoporum & clericorum, ita quod, exigentibus ipſius demeritis, excommunicavit eum, & regnum

1 *Dele, cum T.* 2 Univerſa *T.* 3 Errore *T.*

ejus

A. D. 1302. ejus eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto. Poſt mortem autem Bonifacii papæ, præſtito ſacramento, quod ſta ret mandatis eccleſiæ, per papam Benedictum abſolu tus eſt, qui cito obiit, & crimen regis remanſit ſubſe quenter impunitum.

Cauſa & diſſentionis origo inter regem Franciæ & prædictum comitem erat iſta. Rex profecturus in Hi ſpaniam, et ſubſequenter contra Regem Arragonum inter ceteros magnates vocavit ipſum comitem, ut ſer vicium ſuum ſibi faceret, quod ad guerram pertinebat Comes vero diſcretus reſpondit, Quod ſervicium, quod debebat pro tuicione & defentione regni, paratus era facere infra limites ejuſdem terræ. Sed extra regnum pro alienis terris [1] conqueſtandis non tenebatur veni re, ne forte præjudicaret ſibi & heredibus ſuis. Ira tuſque eſt rex, ſed iram diſſimulavit ad tempus, profe ctuſque eſt contra regem Aragonum, qui erat bellator optimus, & non profecit. Perdidit enim ibi theſau rum ſuum, qui à rege prædicto inter abrupta montium captus eſt, & multos milites. Infectoque negotio re verſus eſt cum rubore. Incepitque paulatim [2] injuria ri prædicto comiti. Comes vero filiam habens pul cherrimam, nomine regis Franciæ Philippi nomina tam, quam Edwardus, filius regis Angliæ, tunc prin ceps Walliæ factus, adamavit, & uxorem duxiſſe vo luit, dum tamen ad hoc patris ſui animum poſſet ex citare, venit ad regem Franciæ, ut placaret eum, et, inter cetera, dixit ei, quod filiam ſuam, cujus [3] erat compater, bene poſſet maritare, ſi vellet, cum filio re gis Angliæ, [4] quia dilexit eam. Cui ait rex in dolo, *nonne habes, Comes, in terra mea* [5] *duces, principes et ma-*

---

1 Conquirendis *T.* 2 Murmurare *T.* 3 Eſſet *T.* 4 Qui *T.* 5 Duces, comites, principes *T.*

gna-

gnates, quibus eam poteris maritare? Adduc eam ad me, eo quod filia mea ſpiritualis eſt, et ego eam de camera mea nuptui tradam, ſive ipſi filio regis, ſive alteri de quo contentus eris. Credidit ei Comes, & eam adduxit & regi tradidit cum honore. Sed poſt receſſum patris, poſita eſt ſub arcta cuſtodia, ita quod loqui non poterat cum Flandrenſibus, imo evacuavit eos à curia ſua. Quod audiens comes, turbatus eſt, et primo quidem per literas, demum per ſemet ipſum rogavit, ut mitius ageretur cum ipſo & cum eadem. Reſponditque ei rex, rigide improperans ei de auxilio non præſtito, & quod in ſedicionem ſuam filiam maritaſſe voluit filio regis Angliæ, qui erat ſibi tunc inimicus capitalis; et receſſit comes iratus, et ex tunc vexare eum cœpit rex in quantum potuit. Comes vero non videns aliud remedium, aſſociavit ſe regi Angliæ, & omnes Francos ejecit de terra ſua. Et præſtitit ei rex ſuum auxilium, ſicut ſuperius continetur. Poſt cujus receſſum, venerunt ad prædictum comitem Dominus Karolus frater regis Franciæ, et comes de Arthoys, inducentes eum verbis pacificis, quod cum eis veniret Pariſiis, ſub ſpe concordiæ faciendæ, et juraverunt ei, & in fide militiæ promiſerunt, quod ſi [1] concordari non poſſent, extunc ſalvum eum reducerent in terram ſuam in eundem locum [2] unde abduxerant. Crediditque et abiit cum eis, & à rege doloſe detentus eſt et incarceratus. Quod videns frater regis, qui eum in fide ſuſceperat, nec liberare eum valens, perrexit iratus à fratre ad Curiam properans, ut abſolucionis beneficium de juramento facto conſequi mereretur, ubi à papa Bonifacio unctus eſt in regem [3] Ciciliæ, ut contra regem Ar-

A. D. 1302.

1 Concordare *T.* 2 Ubi eum abduxerant *T.* 3 Siciliæ, *T.*

A. D. 1302. ragonum cauſam & ſtatum Romanæ eccleſiæ [1]proſequeretur. Qui multa expendidit in poſterum. Sed profecit parum, et demum reverſus eſt ad fratrem [2]ſuum regno retento; itaque [3]comite filii ejus inſurrexerunt pro eo, & proſperatum eſt negotium in manibus eorum, ſicut ſupra patet. Et poſt annos paucos, cum ordinaſſet papa Bonifacius pro bono pacis maritagium regis Angliæ cum ſorore regis Franciæ, & filii ſui prædicti cum filia regis quam non dilexit, mortua eſt prædicta filia comitis in domo regis Franciæ, et, ut dicebatur, veneno extincta, ne [4]duceretur in poſterum à filio regis Angliæ, qui dilexit eam.

A. D. 1303. Anno Domini M°CCCIII° obiit papa Bonifacius, qui, inter cetera bona ejus opera quæ fecit, ordinavit & fecit ſextum librum Decretalium. Ordinavit etiam, quod omnes ſanctæ moniales in domibus ſuis recluderentur per locorum Dioceſanos, ita quod certa ſepta à ſuis monaſteriis non excederent. Diſpoſuerat etiam ordinaſſe duas tantum regulas permanſuras, beati ſ. Auguſtini & ſancti Benedicti, & omnes ordines etiam fratrum prædicatorum & minorum ad illos duos ordines reduxiſſe. abhominabatur enim tot ordines eſſe [5]mendicantes.

Verum prædicatores & minores, ſibi providere volentes in futurum, inſtabant apud eundem papam multociens & cum [6]inſtantia, & promiſerunt ſe dare præ manibus multa millia auri & argenti copioſi, ſi permittere vellet papa & ſpecialiter diſpenſare cum eis, quod poſſeſſiones & redditus extunc poſſent admittere de dono et largitate conferre volentium, ex quibus

---

1 Perſequeretur *T.* 2 Suum ſine regno ret. *T.* 3 *Sic etiam T. F.* comites. 4 Videretur *T.* 5 Mendicantium *T.* 6 Inſtantia reſiſteret, et promiſerunt *T.*

ho-

honeſte vivere poſſent, et ſic non oporteret de cetero cum rubore mendicare. [1] Diſſimulabat autem papa uſque ad tempus, & tandem excitatus quæſivit ab eis, utrum totam pecuniam haberent in curia paratam? Et reſponderunt, quod ſic. Et papa, *in quorum manibus conſiſtit pecunia?* Et reſponderunt, *in manibus talium marcatorum*, & nominaverunt eos, ſtatimque juſſit vocari mercatores in præſentia fratrum, & illos expectare fecit. Qui cum veniſſent coram papa, confitebantur requiſiti, ſe tantam habere [2] ſummam nomine fratrum prædicatorum. Et ſtatim papa ſequeſtravit eam, dicens illam eſſe ſuam, et fratres mendicantes proprium habere non poſſe, et ſic evacuavit eos pecunia perdita. [3] Hic etiam Bonifacius Albertum, [4] regis Alemaniæ, per prælatos & principes Alemaniæ in Imperatorem electum, confirmavit eum in regem Romanorum, et à procuratoribus ſuis juramentum receperat fidelitatis, et quod alienata de imperio revocaret". Hic etiam Bonifacius duos Cardinales de Columpna, Jacobum ſ. et Petrum nepotem Jacobi, propter eorum demerita depoſuit uſque [5] in quartum gradum, et pronunciavit eos eſſe ſciſmaticos, eo quod imaginati fuerant in mortem ipſius. At illi, congregatis excercitibus, perſequebantur eum et ſuos, et everterunt caſtra ſuorum [6] ubi poterant. Habebant etiam quendam nepotem, militem potentem & ſtrenuiſſimum, qui in vigilia nativitatis beatæ Mariæ venit [7] Ananyam cum excercitu copioſo, ubi erat theſaurus papæ à multo tem-

A. D. 1303.

---

1 Diſſimulavit *T.* 2 Pecuniam nomine *T.* 3 *Deeſt hæc ſententia in T.* 4 *Sic, pro* regem. 5 Ad *T.* 6 Ubicunque pot. Habebant enim quendam *T.* 7 *Sive* Anagniam. *At ſub hac voce in MS. lineola ponitur, & ſuperne ſcribitur* Auennam, *minus recte, ut videtur.*

A. D. 1303. pore reconditus in tutiſſimo palatio, et erat ibi tunc dominus papa. Hic conſpiravit & convenit cum optimatibus civitatis ejuſdem, ſub [1] ſpe participationis futuri lucri, quod non reſiſterent ei ad introitum neque exitum, & juraverunt ei, ingreſſuſque eſt civitatem quaſi ſummo mane, & inſultum fecit palacio uſque poſt horam nonam, appoſitoque igne combuſſit portas palatii, & potenter ingreſſus eſt. Cæſiſque hinc & inde aliquibus, cepit papam Bonifacium & theſaurum copioſum. Cumque participare nollet, ut convenerat, conclamabant optimates ad plebem, dicentes, ſe eſſe deceptos, et ſi abduceretur papa ſic, verteretur in proverbium,& cederet eis & heredibus ſuis in opprobrium ſempiternum. Concurreruntque ad arma, & irruentes in eos, fortiter extra civitatem ejecerunt. Rapueruntque papam, & diſperſus eſt theſaurus hinc & inde. Reſtitueruntque papam in locum ſuum, & confortativis verbis loquebantur ei, ut non timeret. Qui reaſſumpto tandem ſpiritu, benedixit [2] eos, & gloriæ & fidelitati eorum gratias egit immenſas. Expoſuitque eis cauſam, quare theſaurum congregaverat, pro [3] negocio ſcilicet terræ ſanctæ [4] promovendo, quam per ſe vel per potentem excercitum propoſuerat viſitaſſe in proximo. Rogavitque cum inſtantia ut eum Romam [5] ſalvo conducerent pro ſua & benedictione Dei. Feceruntque quod juſſerat, & eum potenter & cum honore duxerunt. Succeſſitque dolori infirmitas, et poſt dies paucos, ibidem requievit. [6] ſcilicet" XIII° die Octobris, cui ſucceſſit papa Benedictus XI[us]. [7] de ordine fratrum prædicatorum aſſumptus.

---

1 Specie participationis ejuſdem theſauri,quod *T.* 2 Eis *T.* 3 Negotiis *T.* 4 Promovendis, *T.* 5 Salvum cond. et pro ſua *T.* 6 *Deeſt in T.* 7 Primus de ordine *T.*

Eo-

Eodem anno saisitus est rex noster in tota Wasco- A. D.
nia, & habuit ibi suo nomine comitem Lincolniensem, 1303.
qui moratus est ibidem per annum continuum, cepitque ex nomine Regis fidelitates & homagia singulorum quæ debebantur, & reversus est ad regem, quem tunc invenit in Scotia.

Eodem anno, postquam audierat rex suos corruisse in Scocia, ut prædictum est, congregavit excercitum copiosum, et convenerunt ad eum omnes ex edicto in festo Penthecostes apud Rokesbourgh, profectusque est per dietas modicas prædas agens multas, incendens et quasi devastans omnia, perlustravitque terram et omnes montes usque Catheneſſe, nec erat qui resisteret ei. fugerant enim ad paludes & insulas quasdam finitimas. Videntes autem Scoti, se nullo modo posse resistere, miserunt ad regem, rogantes humiliter ea quæ pacis sunt. Et si permittere vellet, quod terras suas, quas suis magnatibus dederat & promiserat ante, possent sub eo pacifice possidere & tenere, libenter eas redimerent dato precio. placuitque regi sermo, & ex clementia regia suscepit eos ad pacem modo prædicto in festo sancti Michaëlis subsequentis. Reversusque est & obsedit castrum [1] Sryvelyn, quod prius obsidere gratis prætermiserat, ut [2] sui" scilicet fugientes ab eo per manus hostium [3] pertransire" timerent, hiemavitque [4] ad Dunfermelyn, et ibi venit ad eum uxor sua regina, quæ apud Tynemw diu manserat. Transactoque hieme, fortius [5] selico insultum fecit ad castrum; habuit enim ligneas machinas multas projicientes lapides ponderis centum ducentarum [6] vel IIIc" libra-

1 *Sic. Sed* Struelm *T. Lege*, Stryvelyn. 2 *Deest in T.* 3 Transire *T.* 4 Apud *T.* 5 *L.* solito, *cum T.* 6 *Desunt in T.*

rum.

A. D. rum. Concuſſeruntque muros & demolierunt excel-
1303. ſa murorum continuatis [1] ottibus, et adhuc ſe dare noluerunt obſeſſi, ſed viriliter defenderunt ſe cum machinis ſuis & multos occiderunt. Juſſitque rex indies impleri [2] foſſato cum ramis & lignis. Sed illi, igne appoſito, omnia combuſſerunt. Ordinatiſque demum machinis, per quas poſſent muros aſcendere, [3] impleveruntque foſſata lapidibus & humo. Quod videntes obſeſſi, petierunt vitam & membra ut darent ſe et iteratis vicibus, ſed non audivit eos rex, nec audire voluit, niſi ſuæ gratiæ & ſuorum judicio ſe mere ſupponerent. Diſtuleruntque ad tempus, mortem metuentes. Tandem vero attoniti, nec valentes ulterius ſuſtinere, dederunt ſe gratiæ regis, & caſtrum reddiderunt die ſanctæ Margaretæ virginis anni ſubſequentis, juſſitque eos ſalvo cuſtodiri uſque ad parliamentum ſuum Londoniis. Et erant [4] in" numero plus quam CXL, et traditi ſunt carceribus per diverſa loca. [5] Reverſus eſt" rex cum victoria, tendens ad auſtrum per dietas [6] pervalde" modicas, et tenuit Lincolniæ natale Domini cum ſummo honore. Juſſitque in redeundo, quod Juſticiarii ſui de Banco, & Scaccarium ſuum cum banco integro, qui jam per VII annos, à feſto ſanctæ Trinitatis anno Domini M[l]CCLXXXX VII° uſque in præſens natale Domini, apud Eborum cum Cancellaria ſua communiter ſederant, ad Weſtmonaſterium Londoniis reverterentur & redirent, & factum eſt ita.

A. D. Anno Domini M[l]CCC° IIII[to] exegit rex à civitati-
1304. bus ſuis et burgis ſextum denarium, ſecundum taxacionem bonorum ſuorum.

---

1 *L.* ictibus, *cum T.* 2 *L.* foſſata, *cum T.* 3 *L.* impleverunt foſſata *cum T.* 4 *Omittit T.* 5 Reverſuſque eſt *T.* 6 *Deeſt T.*

Eo-

Eodem anno misit rex Franciæ ad regem nostrum, licens, se, ad ipsius instantiam & rogatum, Scottos jeciſſe de terra sua, et rogans cum instantia, ut conimiliter faceret cum hostibus suis Flandrensibus. [1] Fecitque quod rogaverat, & forbannivit eos in festo sancti Johannis Baptistæ, sed sub colore, ut creditur, quia cito reversi sunt. A. D. 1304.

Eodem anno obiit [2] Thomas Archiepiscopus Eborum, [3] IX° scilicet Octobris, et sepultus est apud Sutwell VI° Kal. Octobris. Cui succeſſit magister Wilelmus de Grenefelde die Veneris ante festum sancti Nicholai electus, [4] et Lugduno à papa Clemente [5] XII° confirmatus. In sequenti anno Dominus rex inquietavit Archiepiscopum Thomam novo modo, licet consuetudo se habeat sic, quod Dominus rex, racione Baroniarum, quas tenent de eo Archiepiscopi et episcopi, habeat custodias earundem tempore vacationis, et præbendas & eccleſias, ad advocationes earundem spectantes, [6] vacantes medio tempore conferat, tamen præbendas & dignitates, per confirmationem & consecrationem electorum in curia Romana, vacantes Dominus papa conferre consuevit. Et sic contulit præbendam istius Thomæ de [7] Styvelyngton. Ipse etiam Archiepiscopus impetravit in curia, quod [8] capellam sancti sepulchri in eccleſia Eborum [9] conferre posset in reditu suo cui vellet, et dedit eam cuidam Jacobo Segrave, modo Dominus rex, nescio quo ductus consilio, cœpit

---

1 Fecitque Rex quod *T.* 2 *Thomas sc. de Corbrigge.* 3 Mense Septembris, sc. nono Kal. Octobris, cui succeſſit *T. Adeo ut obierit die* 23 (*non, ut Godwinus*, 22) *Septembris.* 4 *Deſunt in T. usque ad*, Dominus rex *&c.* 5 *L.* V^to. 6 Medio tempore vacantes conferat, *T.* 7 Stynelington *T.* 8 Capella *T.* 9 Conferri posſit *T.*

ven-

A. D. 1304. vendicare taliter vacantes, et eam contulit cuidam clerico ſuo Johanni [1] Buſſe, miſitque literas ſuas Domino Archiepiſcopo, ut eum admitteret, & in poſſeſſionem duceret [2] corporalem. Qui reſpondit, hoc eſſe factum Domini Papæ, nec ſe poſſe quicquam facere ſeu debere, [3] ſtatimque rex eum vocari fecit coram [4] Juſticiariis ſuis de contemptu reſponſurus per breve, Quare non admiſit. Nec fuit aliquis de [5] conſilio, ſeu aliquis narratorum omnium, qui poſſet vel auderet reſpondere pro eo. Imo ipſemet in propria perſona, quaſi unus de populo, & coram omni populo, diſcooperto capite reſpondebat. non enim eum amabant Curiales. Cumque nollet ſuum mutare reſponſum, ſed factum Domini papæ iterabat, pronunciaverunt eum indefenſum, & baroniam [6] ſuam in manum Domini regis ſaiſierunt. Receſſitque triſtis, & triſticiæ ſucceſſit infirmitas, & infirmitati mors extrema ſociatur. Quo mortuo, fecit Dominus Rex eundem proceſſum contra Decanum & capitulum. At illi timentes ſæviciam regis, eò quod Dominus rex omnia temporalia ſua ſaiſiſſe voluerat, placaverunt eum in parte, & prædictum clericum admiſerunt ad capellam eandem, ponentes præbendam ex gratia regis in ſuſpenſo.

Eodem anno Dominus rex inquiri fecit de malefactoribus per breve, in forma quæ ſequitur: *Rex dilectis & fidelibus ſuis, Radulfo filio Wyllelmi & Johanni de Barton de Ryton, Salutem. Quia quam plures malefactores & pacis noſtræ perturbatores, homicidia, deprædationes, incendia & alia dampna quam plurima nocte dieque perpe-*

---

1 Buſſche, miſit homines et literas ſuas *T.* 2 Temporalem *T.* 3 Statim itaque Rex *T.* 4 Juſtitiario de contemptu jurisjurandi per breve, *T.* 5 Conſilio ſuo, ſeu *T.* 6 Ejus in manu *T.*

tran-

trantes, [1] *vagantur boſcis, parcis & aliis locis diverſis, tam infra libertates quam extra, in Comitatu Eborum, & ibidem receptantur, in maximum periculum tam hominum per partes illas tranſeuncium, quam ibidem commorantium, in noſtri contemptum, ac pacis noſtræ læſionem manifeſtam, ut accepimus, per quorum incurſum poterunt pejora prioribus de facili evenire, niſi remedium ſuper hoc citius apponatur, nos, eorum maliciæ in hac parte obviare, & hujuſmodi dampnis & periculis præcavere volentes, aſſignamus vos, ad inquirendum per ſacramentum tam militum, quam aliorum proborum & legalium hominum, de* [2] *Comitatu prædicto, tam infra libertates quam extra, per quos ipſa veritas melius ſciri poterit, qui ſint illi malefactores, & eorum ſcienter receptatores, & eis conſentientes. Et etiam ad inquirendum de illis, qui pro muneribus ſuis pactum fecerunt et faciunt cum malefactoribus & pacis noſtræ perturbatoribus, & eos conduxerunt & conducunt, ad verberandum, vulnerandum, male tractandum et interficiendum plures de regno noſtro in feriis,* [3] *marcatis, & aliis locis in dicto comitatu, pro inimicicia, invidia, malicia. Et etiam pro eo, quod in aſſiſis juratis, recognicionibus & inquiſitionibus factis de feloniis, poſiti fuerunt & veritatem dixerunt, unde per condicionem hujuſmodi malefactorum juratores aſſyſarum* [4] *juratarum, recognitionum & inquiſitionum illarum, præ timore dictorum malefactorum & eorum minarum, ſæpius veritatem dicere, ſeu dictos malefactores indictare minime auſi fuerunt & ſunt. Et ad inquirendum de illis, qui hujuſmodi munera dederunt & dant, & quantum, & quibus, & qui hujuſmodi munera receperunt & recipiunt, & à quibus & qualiter, & quomodo, et qui hujuſmodi malefactores in ſua malicia fovent, nutriunt & manutenent in comitatu prædicto. Et ad ipſos malefa-*

A. D. 1304.

1 Vagantur in vaſtis, pratis & aliis *T.* 2 Contemptu *T.* 3 *Vel, cum T.* mercatis. 4 Jurati recogn̄. *T.*

ctо-

A. D. 1304. *ctores, tam per vos, quam per vicecomitem noſtrum comitatus prædicti, arreſtandos, & priſonæ noſtræ liberandos, & ſalvo & ſecure in eadem per vicecomitem comitatus prædicti cuſtodiendos. Ita quod ab eadem priſona nullo modo deliberentur, ſine mandato noſtro ſpeciali. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos diem & locum, quos ad hoc provideritis, inquiſitiones illas faciatis, et, aſſumpto vobiſcum ſufficienti poſſe comitatus prædicti, ſi neceſſe fuerit, dictos malefactores coram vobis ſic indictatos areſtetis, & ipſos priſonæ noſtræ liberetis in forma prædicta, et etiam omnia bona & catalla ipſorum malefactorum, qui ſe [1] ſubtraxerint & fugam fecerint, poſtquam de feloniis aliquibus coram vobis ſolemniter indictati fuerint, per vicecomitem comitatus prædicti in manum [2] noſtram" capiatis, & ea ad opus noſtrum [3] ſalvo cuſtodiri faciatis, donec aliud inde vobis præceperimus. [4] Mandavimus enim vicecomiti noſtro comitatus prædicti, quod ad certos diem & locum, quos vos providere duxeritis, venire faciat coram vobis tot & tales, tam milites quam alios, quos habere decreveritis de comitatu illo, tam infra libertates quam extra, per quos ipſa veritas melius ſciri poterit & inquiri. Et quod omnes illos, quos per inquiſitionem illam culpabiles inveniri contigerit, et quos vos eis ſic liberaveritis à nobis recipiantur. Et quorum nomina [5] eis ſcire facietis, aſſumpto ſecum ſufficienti poſſe comitatus prædicti, ſine dilatione [6] areſtari, et in priſona noſtra ſalvo & ſecure [7] cuſtodire faciant in forma prædicta, & communitati dicti comitatus, quod ſimul cum vicecomite comitatus prædicto vobis, quotienſcumque opus fuerit, in præmiſſis pareat, aſſiſtat & intendat, prout eis injungetis ex parte noſtra. In cujus rei teſtimonium* &c.

---

1 *Id eſt*, ſabtraxerint. *Et tamen* ſubtraxerunt & fugam fecerunt *in T.* 2 *Deeſt in T.* 3 Salve *T.* 4 Mandanuſque vicecomiti *T.* 5 Iis ſciri faciatis, *T.* 6 Areſtare, *T.* 7 Cuſtodiri *T.*

* *

A. D. 1304.

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

Duæ integræ paginæ vacuæ sunt, & in margine scribitur, Quæ hîc omittuntur Gallice sunt scripta.

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

A. D.
1304.

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * *

A. D.
1304.

* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *

Su-

A. D. 1304. Super prædictis articulis inquirendis electi fuerunt XII tam milites quam legales homines, qui de [1] villacis ſingulares fecerunt inquiſitiones, & tandem quicquid fecerant,& quod invenerant, ſub ſigillis ſuis prædictis militibus tradiderunt, ſicut in aliis comitatibus noverant eſſe factum. Indictatique ſunt multi, quorum quidam capti [2] fuerunt, incarcerati & ſuſpenſi, quidam vero [3] multitati graviter, et qui timebant ſibi, retraxerunt ſe deteriores effecti. Eodem anno Flandrenſes devicerunt Francos in prœlio, in craſtino nativitatis [4] beatæ virginis, et corruerunt multi, abiitque retrorſum ipſe rex. Eodem anno obiit Dominus Walterus de Fawconberge primus, qui duxerat Agnetem ſororem Petri de Brus, cui in partem ſuam cecidit caſtrum de Scelton, die ſ. commemorationis animarum, [5] inter ſanctos feſti præcedentis & ſanctas animas feſti ſubſequentis media quaſi nocte numeratus, ſepultuſque eſt apud Kylling in Howdernes in eccleſia ſanctarum monialium, quæ erat ex fundatione anteceſſorum ſuorum". Eodem anno obiit Dominus Robertus de Brus quintus [6] cito poſt Paſcha, cum eſſet in via verſus vallem Anandiæ, ſepultuſque eſt in monaſterio de Holme". Eodem anno obiit comes de Warenna Johannes homo ſenex, ſepultuſque eſt apud Lews [7] poſt Natale" Domini. Eodem anno obiit ſtrenuus ille miles Dominus Willelmus Latymer [8] in vigilia ſancti Nicholai, qui ſuam miliciam in multis terris exercuerat. ſepultus eſt apud [9] Hempingham". Eodem anno obiit papa Benedictus XI[s] menſe Julii, va-

---

1 *Potius*, villatis, *cum T.* 2 Sunt, *T.* 3 Multati *T.* 4 Beatæ Mariæ virginis, *T.* 5 *Deſunt in T. uſque ad*, Eodem anno. 6 *Deſunt in T.* 7 *Omittit T.* 8 *Deſunt in T. uſque ad*, Eodem anno. 9 *F.* Sempringham.

ca-

cavitque ſedes, propter diſſentionem Cardinalium. A. D.
Erant enim XVIII, & æqualiter diviſerunt vota ſua. 1304.
Tandem vero poſt longam carceris incluſionem, elegerunt in papam in anno ſequenti Archiepiſcopum Burdegalenſem, qui diadema ſuſcepit apud Lugdunum
in eodem anno, ſcilicet M° CCC° quinto, die Domi- A. D.
nica proxima poſt feſtum ſancti Martini, præſentibus 1305.
multis Cardinalibus ſuis, qui ob eandem cauſam ibidem [1]venerant. Eodem autem die, cum ad eccleſiam beati Martini ſic diadematus in equo duceretur, corruit quidam murus lapideus à latere viæ, ſuper quem multi aſcenderant ut viderent eum, et oppreſſit multos, inter quos mortuus eſt Comes Britanniæ & Karolus frater regis Franciæ læſus eſt. Manſitque papa [2]Burdegalis longo tempore, & creavit ibi novos Cardinales quaſi XVIII, pro eo quòd quidam ex antiquis Cardinalibus reverſi fuerant [3]Romæ, ipſo ſe ſemper excuſante, quod venire non poterat. Miſſiſque à Romanis principibus nunciis et remiſſis, ſemper excuſavit ſe papa de non veniendo. Et quia ad propriam ſedem venire contempſit, cenſuerunt eum indignum Petri patrimonio frui, vixitque ſic de pecunia extorta [4]a confirmatis epiſcopis in Curia. Quoniam ab Archiepiſcopo Eborum Willelmo, ibidem confirmato, præter expenſas, quas ibi largiſſime fecerat, infra primum ſuum annum habuit novies mille marcas argenti & quingentas, et ipſe ſic pauper reverſus, infra eundem annum habuit à ſubditis ſuis religioſis et rectoribus [5]primo curialitatis & gratiæ, & ſecundo nomine mutui immenſam pecuniæ ſummam, miſitque papa

---

1 Venerant. Vocatus eſt Clemens XI. [*l.* V.] Eodem autem *T.* 2 Burdegaliæ *T.* 3 *Sic.* *At* Romam *in T.* 4 De *T.* 5 Primo nomine curialitatis *T.*

nun-

A. D. 1305. nuncium ſuum in Angliam [1] nomine Teſta cum bullis ſuis, in quibus reſervavit ſibi primos fructus primi anni omnium eccleſiarum vacantium quocunque tempore vel [2] modo infra [3] regn̄ Angliæ, Scociæ, Walliæ & Hiberniæ, & fructus ſimiliter omnium abaciarum & prioratuum vacantium eodem tempore, propter quod oppoſuit ſe Dominus rex cum magnatibus ſuis in parliamento ſuo apud Karleolum dicens: non eſſe rationi conſonum, quod à monaſteriis, à prædeceſſoribus ſuis vel à magnatibus terræ fundatis in honore ſervicii [4] Domini, certæ eleemoſinæ & hoſpitalitatis ſuſtinendæ, papa ſic primos fructus exigeret, & cultus Dei & hoſpitalitas deperirent. Et ſic mutavit papa propoſitum quantum ad Abacias. Sed conceſſa Domino Regi ab eccleſiis Anglicanis Decima biennali, obtinuit primos fructus eccleſiarum, ut [5] prædictum eſt.

Iſte novus papa multas fecit novitates. Inter quas fecit epiſcopum Dunelmenſem Anthonium patriarcham Hieroſolimitanum, diſpenſando cum eo ut etiam Dunelmenſis epiſcopus remaneret. Et hoc quia erat dives epiſcopus, & papa pauper. Habuit [6] enim epiſcopus præter epiſcopatum in annuo redditu de perquiſitis & patrimonio plus quam quinque millia marcarum ſingulis annis, et multa contulerat papæ & cardinalibus ſuis, propter quod impetravit contra Ricardum priorem Dunelmenſem, quod papa ſibi commiſit, & dedit ei curam & cuſtodiam totius monaſterii Dunelmenſis, tam in temporalibus quam in ſpiritualibus. Suggeſſerat enim papa, quod Prior inſufficiens [7] erat

---

1 Nomine Willel. de Teſta *T.* 2 Numero *T.* 3 *Vel* regna *vel* regnum *valet. Sed quo minus* regna *legam, obſtat T. in quo plene* regnum. 4 Dei, *T.* 5 Dictum *T.* 6 Nempe *T.* 7 Eſſet *T.*

ad

ad regendum ſtatum eccleſiæ Dunelmenſis. Reverſuſque novus patriarcha et epiſcopus in Angliam cum magna gloria, fecit deferri ante eum crucem argenteam & deauratam cum [1] II^abus brancheis ex tranſverſo, & imagine crucifixi in medio. Commiſitque vices ſuas certis [2] parſonis, qui vice & nomine ſuo curam & cuſtodiam eccleſiæ Dunelmenſis committerent Henrico de Luceby pſeudo-monacho, quem aliquotiens loco prioris præfecerat, ut prædictum eſt. Quibus cum ipſo Henrico ibidem venientibus, clauſerunt monachi portas et valvas eccleſiæ, appellantes ad papam, & oſtendentes protectionem regiam, qua eos ſuſceperat rex in defenſione ſua. At illi excommunicantes monachos,tanquam inobedientiæ filios,receſſerunt. Quod cum audiſſet rex, iratus eſt, et quia non detulerant protectioni ſuæ, imo ipſo irrequiſito monachos excommunicaverant, juſſit eos ſub manucaptione ſuo tribunali aſſiſtere, et coram [3] Juſticiariis in banco Regis reſpondere. Tranſieruntque [4] ibi non per ignem & aquam, immò per argentum et aurum, [5] et poſt longam vexationem pro voluntate regis mulctati ſunt. Ipſe vero epiſcopus citatus eſt, ut coram Domino Rege ſuper diverſis ſibi objiciendis certo die perſonaliter reſponderet. Et quia venire contempſit, et irrequiſito rege transfretavit ad papam, cum Dominus rex ejus transfretacionem inhibuerat, capta eſt libertas ſua eccleſiæ Dunelmenſis judicialiter in manum Domini regis, poſuitque rex ibi Juſticiarios ſuos et Cancellarium ſuum, qui reſponderent ei, & in anno ſequenti exegit ab incolis epiſcopatus triceſimum denarium, &

A. D. 1305.

---

1 Duobus brachiis *T.* 2 *Sic etiam jam olim ſupra, quum tamen paſſim in T. per* e *efferatur.* 3 Juſtitiariis ſuis in Banco reſpondere *T.* 4 Ibidem *T.* 5 Quia poſt *T.*

A. D. 1305. in diverſis cariagiis vexabantur, dum maneret Rex apud [1]Lavercoſt, fere per duos annos, deditque rex comiti de Warwyck caſtrum Bernardi, quod epiſcopus quaſi ex exchaeta [2]habuerat in forisfactura Johannis de Ballyolo quondam regis Scociæ, & Peneryth cum pertinentiis in manu ſua ſayſivit. Scripſitque rex Domino papæ pro Ricardo, [3]priore Dunelmenſi, qui, ad inſtantiam Domini epiſcopi, ad tribunal papæ citatus fuerat, ut ſibi juſticiæ fieret complementum. [4]Quæ cum audiſſet [5]papa, et virum providum atque diſcretum in reſponſionibus ſuis inveniſſet, audito & examinato negocio hinc & inde, pronunciavit in pleno conſiſtorio, ſe falſa ſuggeſtione fuiſſe deceptum de tanto viro, reſtituitque eum ad ſtatum priſtinum, committens ei curam et adminiſtrationem domus ſuæ, ut prius habuerat, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, manſitque ibi uſque poſt obitum regis, nec ad ſolum proprium ulterius eſt reverſus. Interim vero obiit ille Henricus de Luceby, quem loco prioris epiſcopus præfecerat, [6]ut prædictum eſt": et in anno ſequenti, ſ. M°.CCC°.VII°. obiit ipſe prior Ricardus in ipſa Curia, et, ad rogatum novi regis Angliæ et epiſcopi Dunelmenſis, dedit Dominus papa prioratum Dunelmenſem monacho monaſterii beatæ Mariæ Eborum, Domino Willelmo de [7]Tanfeld, eum præficiens in priorem.

Anno Domini M° CCC° quinto Robertus de Brus, quintus filius filii illius Roberti de Brus, qui, ut ſupra dictum eſt, diſceptavit cum Johanne de Baliolo

---

1 *Vel, ut in T.* Lanercoſt. 2 Habuit *T.* 3 Priori *T.* 4 Quem *T.* 5 Papa virum providum, atque diſcretum *T.* 6 *Deſunt in T.* 7 Ganfold, *T. minus recte. Vide Whartoni Angl. S.* P. I. pag. 788.

co-

coram rege Angliæ circa regnum Scociæ, & judicialiter, ut ſupra patet, à ſua peticione abſolutus eſt, perverſo fretus conſilio ad regnum Scociæ aſpiravit; timenſque Dominum Johannem Cumyn, comitem de Boddenath, qui erat homo potens in terra illa, & fidelis Domino regi Angliæ, cui homagium fecerat; et ſciens, ſe [1] impedire poſſe per eum, miſit ad eum in dolo duos ex fratribus ſuis, Thomam videlicet de Brus & Nigellum, rogans, ut dignaretur venire ad ſe apud Dunfres, ſuper quibuſdam negociis tractaturus cum eo, quæ tangebant utroſque. Sedebant enim Juſticiarii Domini regis Angliæ eodem die in caſtro, IIII^to ſcilicet Idus Februarii. Qui nihil mali ſuſpicans, venit ad eum cum paucis, & mutuo [2] ſe receperunt in oſculum, ſed non pacis, in clauſtro fratrum minorum. Cumque mutuo loquerentur adinvicem verbis, ut videbatur, pacificis, ſtatim convertens [3] faciem, et verba pervertens, cœpit improperare ei de ſedicione ſua, quod eum accuſaverat apud regem Angliæ, & ſuam condicionem deterioraverat in dampnum ipſius. Qui cum pacifice loqueretur et excuſaret ſe, noluit exaudire ſermonem ejus, ſed, ut conſpiraverat, percuſſit eum pede & gladio, et retrorſum abiit. [4] At ſui ex tunc inſequentes eum, proſtraverunt eum in pavimento altaris, pro mortuo dimittentes. Cucurrit autem quidam miles ex ſuis, Dominus Robertus Comyn avunculus ejus, ut auxilium ferret ei. Sed occurrit ei Chriſtoferus de Sethon̄, qui ſororem Domini Roberti de Brus duxerat in uxorem, & percuſſit caput ejus [5] in gladio, & mortuus eſt. Egreſſuſque eſt Dominus Ro- A. D. 1305.

---

1 *Sic etiam T. Forte*, impediri. 2 Seſe r. in oſculum, non quidem pacis, immo traditionis, in clauſtro *T.* 3 Faciem dictus Robertus, et *T.* 4 Et *T.* 5 Cum *T.*

A. D. 1305. bertus de Brus, et videns deſtrarium Domini Johannis elegantem, aſcendit in eum. Aſcenderuntque ſui cum eo, et profecti ſunt uſque in caſtrum, & ceperunt illud. Cumque divulgaretur quod factum fuerat, cucurrerunt ad eum Scoti. Et Juſticiarii [1] timentes ſibi, clauſerunt oſtia aulæ in qua ſedebant cum paucis Anglicis qui erant cum eis. Quod audiens ipſe, juſſit ignem apponi, niſi confeſtim redderent eos. At illi dederunt ſe, vitam poſtulantes & ſalvum egreſſum à terra, quod et ipſe conceſſit eis. Quibus ita geſtis, nunciaverunt ei quidam malevoli, quod Dominus Johannes Comyn ad hùc viveret; fratres enim aſportaverant eum infra veſtibulum altaris, ut meditarentur ei & confiteretur peccata ſua. Qui cum confeſſus eſſet & vere pœnitens, juſſu tyranni extractus eſt à veſtibulo, & in gradibus majoris altaris interfectus, ita quod ſanguis ipſius tabulam altaris tetigit, & etiam ipſum altare. Circuivit ex tunc terram Scociæ, occupando & muniendo caſtra, & deprædando terras mortui, fugieruntque à facie ipſius parentes defuncti, & omnes Anglici reverſi ſunt in terram ſuam.

A. D. 1306. Anno Domini M° CCC° VI° incipiente, Robertus de Brus prædictus, die annunciacionis beatæ Mariæ fecit ſe coronari in regem Scociæ apud [2] Stone, præſentibus et conſentientibus IIII^or epiſcopis, V comitibus & populo terræ. Uxor autem comitis de [3] Bouthañ, quæ erat filia comitis de Fythñ, cui de jure hereditario competit coronam apponere capiti novi regis, furtive receſſit à Domino ſuo, adducens ſecum deſtrarios Domini ſui, quos [4] domi dimiſerat ut illud officium exerceret, propter quod iratus Dominus [5] ejus, qui

1 Timebant ſibi, & clauſerunt *T.* 2 Schone, *T.* 3 Boughan, *T.* 4 Domum *T.* 5 Eis, *T.*

re-

regi Angliæ [1] fidelis extiterat, cum in eodem anno eſſet capta et vellet eam perimere, inhibuit ei rex, & juſſit eam poni ſuper murum caſtri de Barwike in triſtega lignea fixa, ut ſic à tranſeuntibus videri poſſet & cognoſci. Manſitque ſic clauſa multis diebus, & in arcta dieta. Duos autem epiſcopos, Glaſguenſem ſcilicet & ſancti Andreæ, in Scocia cum Abbate de [2] Stone, cum eſſent infra eundem annum capti, miſit rex in Angliam ad diverſa caſtra, manſeruntque clauſi in arcto uſque ad obitum regis. Audita itaque et cognita coronacione novi regis, præmiſit Dominus rex Angliæ in feſto Pentecoſtes quoſdam ex militibus ſuis cum manu armata, Dominum ſ. Henricum de Percy, Dominum Almericum de Walence, et Dominum Robertum de Clyfforde, ut novo regi reſiſterent, & perſequerentur eum. A. D. 1306.

Ipſe vero rex convocatis magnatibus, ex edicto præconizari præcepit in regno, quod omnes, qui arma militaria ſuſcipere vellent, cum Edwardo [3] filio ſuo, principe Walliæ, eſſent parati Londoniis in feſto Pentecoſtes, [4] fecitque ipſe Rex honorifice filium ſuum militem eodem die cum novis commilitonibus ducentis nonaginta & ſeptem viris, qui omnem apparatum ex ærario [5] regis acceperunt, ſtatimque, ex præcepto patris, [6] præceſſit princeps filius cum multis ex commilitonibus ſuis & magno apparatu in Scociam. Ipſe vero rex & regina lento gradu inſequebantur. Juſſerat enim rex, ut omnes eſſent parati cum principe in

---

1 Fideles extiterant, *T.* 2 Scone, *T.* 3 Filio primogenito, Principe *T.* 4 Fecitque Pater honorifice *T.* 5 Regio acceperant, *T.* 6 *Sic edidimus. Et tamen per compendium ita concipitur in MS. ut vel* præceſſit *vel etiam* proceſſit *legi poſſit. Nec quidem aliter quam* proceſſit *in T.*

quin-

A. D. 1306. quindenam ſancti Johannis Baptiſtæ apud Karliolum. Rex autem in adventu ſuo, manſit apud [1] Lavercoſt.

Interim ipſe novus rex Scociæ cepit homagia, et fecit mirabilia magna, congregatoque excercitu copioſo, circuivit illam regionem uſque ad villam ſancti Johannis de Perte. Et erat ibi in præſidio Dominus [2] Emericus de Walence fere cum trecentis armatis & pedeſtribus aliquibus. Apparueruntque Scoti in albis in magna multitudine. Ex præcepto enim & ordinatione regis eorum, omnes armati in equis habuerunt ſupra omnia arma veſtem lineam, ita quod omnes quaſi in [3] camiſeis albis viderentur, nec diſcerni poterat quis quæ vel qualia deferret arma. Miſitque rex nuncios, ut egrederentur noſtri ad pugnandum cum eo, vel darent ſe ei; at illi videntes ſe numero pauciores, reſponderunt ei caute, quod non egrederentur tunc, ſed die craſtina pugnarent cum eo libenter, [4] quia dies feſtus erat. Erat enim dies Dominica proxima poſt feſtum [5] natalis beati Johannis Baptiſtæ. Rex vero nimis credulus, retraxit ſe in verbis iſtis, et tentoria fixit quaſi ab uno miliario ab urbe, et præparaverunt cibaria ſua. Noſtri vero loquebantur adinvicem dicentes: *Si expectaverimus uſque in craſtinum non prævalebimus ei, quia forcior nobis eſt. Sed ſi exierimus in veſperis, obtinebimus contra eum, quia modo vacant circa cibaria præparanda.* Exierunt ergo in veſperis ut condixerant, et invenerunt eos recumbentes ſecure, et antequam poſſent omnes aſcendere, irruerunt in eos vehementer, cæſiſque multis, regem, cum paucis [6] aliquãdiu reſiſtentem, in fugam tandem converterunt. Fugitque rex novus, & inſecuti ſunt eum uſque in inſulam

---

1 Lavercroſts *T.* 2 Henericus *T.* 3 *Vel* (*ut in T.*) camiſiis. 4 Qui *T.* 5 Nativitatis *T.* 6 Aliquot diu *T.*

de

de Kentyr, obſederuntque caſtrum loci illius, credentes eum ſe ibidem recepiſſe, ſed ille abierat in extremas inſulas regionis illius. Expugnatoque caſtro, invenerunt unum ex fratribus novi Domini, ſcilicet Nigellum de Brus, cum nova regina & multis aliis. Quos adducentes ſecum uſque Barwich̄, ibi coram Juſticiariis Domini regis Angliæ, qui ex præcepto regis ibidem convenerant, judicialiter dampnati ſunt [1] homines", tracti, ſuſpenſi & decollati. Reginam autem novam, quia filia Comitis de [2] Huluerſterh̄ erat, (qui quidem Comes, in principio guerræ motæ, per [3] generum Dominum Robertum de Brus, ne Dominus Rex Angliæ quicquam mali contra eum ſuſpicaretur, miſit [4] ad regem duos filios ſuos, pro voluntate regis retinendos in excuſationem ſui, quod ſemper ei fidelis extiterat,) et propter unum verbum, quod marito ſuo dixerat, cum in coronatione ſua loqueretur ei & diceret, *lætare modo conſocia, quia regina effecta es, et ego rex*, fertur eam ſic reſpondiſſe ei: *Timeo, Domine,* [5] *quod ſumus effecti rex et regina, ſicut efficiuntur pueri in ludis æſtivalibus*: propter iſtas ergo duas cauſas, miſit eam rex cum honeſta familia perendinandam in manerio ſuo de [6] Bruſcewith̄, & juſſit eam honorifice ſuſtentari. Comitem vero de [7] Aſechel̄, qui ab iſto caſtro fugerat, et poſt aliquod intervallum captus fuerat, cum regina Angliæ & multi magnates rogarent pro eo ad regem, ne ſanguis ejus effunderetur, pro eo quod fuit proximus parens Domino Regi Angliæ, juſſit rex [8] Londoniis & ceteris excelſior ſuſpendi. Et quia ſeductor [9] inventus qui conſanguineus extiterat, præce-

A. D. 1306.

---

1 *Deeſt T.* 2 Hulneſter *T.* 3 Generum ſuum Dominum *T.* 4 Ad eum duos *T.* 5 Quod ſic ſumus *T.* 6 Bruſſewyks, *T.* 7 Aſſethel, *T.* 8 Londoniis adduci & *T.* 9 Inventus eſt qui *T.*

pit

A. D. 1306. pit rex poſt ſuſpenſionem decollari eum et comburi, [1] quod factum eſt. Chriſtoferum autem de [2] Sethon, qui ſororem novi regis duxerat nomine Mariam, et eſſet Anglicus, cum in caſtro de [3] Lochdor captus eſſet, et poſt uxorque ſua et multi alii, juſſit rex adduci apud Dunfrees, ubi militem occiderat, ibique trahi, ſuſpendi & decollari. Simile judicium habuerunt duo fratres ſui, & omnes alii, qui [4] morti Domini Johannis Comyn conſenſerunt & interfuerunt. Et hoc ex ſpeciali præcepto regis. Uxorem vero Chriſtoferi poſuit rex in monaſterio de [5] Thixſell in Lyndeſay, et filiam novi regis poſuit in monaſterio de Watton. Deditque Dominus rex Domino Edmundo de Malo lacu manerium de [6] Sethon in Wythebyſtrand, quod erat Chriſtoferi, et alias ſuas terras, quas habuit in Northumberland, dedit rex Domino Willelmo [7] le Latymer. Terras vero novi regis diſperſit Dominus rex inter magnates ſuos hoc modo. Dedit [8] enim" vallem Anandiæ Comiti de Herford, qui filiam regis Angliæ duxerat in uxorem. Hert vero & [9] Herterneſs dedit Domino Roberto de Clifforde, ſalvo tamen jure eccleſiæ Dunelmenſis. [10] Thotenham & Thotenham ſcire & manerium de Wrothell in partibus auſtralibus dedit aliis magnatibus ſuis. Comitatum vero de Karrick, quem ex hereditate materna habuerat ipſe novus rex, dedit rex Angliæ Domino Henrico de Percy. Comitatum autem de [11] Aſechell. dedit rex Comiti Glo-

---

1 Quod et factum *T.* 2 Seton, *T.* 3 Lechdor *T.* 4 In mortem Domini Johannis Comyn conſenſerunt & ipſum interfecerunt, & hoc ex ſpeciali *T.* 5 Fixhal *T.* *Legend.* (*ut videtur*) Sixle. 6 Seton *T.* 7 De *T.* 8 *Deeſt in T.* 9 Hertenes *T.* 10 Totenham & Totenhamſhire *T.* 11 Aſſethel dedit *T.*

ce-

ceſtriæ, qui filiam regis poſt mortem Gilberti de Clare, quondam comitis Glouceſtriæ, duxerat, ſicque nomen comitis habebat ab uxore, non ab hereditate. fuerat enim miles ſimplex & ſegnis quando eam duxerat, nomine [1]Radulphus Monhermerū. A. D. 1306.

Circa feſtum ſancti Michaëlis reverſus eſt novus rex ab inſulis Scociæ, ad quas fugerat, cum multis Hibernicis & Scotis, manſitque in Kentyr, miſitque aliquos ex ſuis in Karryck, & levaverunt ibi firmas ſuas de termino ſancti Martini. Quod audiens Dominus Henricus de Percy, declinavit ibidem, et ex improviſo ſuperveniens novus rex irruit nocte in prædictum Dominum Henricum, & occidit paucos de familia ejus, cepitque equos ſuos deſtrarios et vaſa argentea, & obſedit eum in caſtro ejuſdem loci, quouſque Dominus rex Angliæ miſſo robore excercitus liberavit eum. Ex tunc circuivit terram Scociæ novus rex, et omnes potentes atque robuſtos, qui contempſerunt ſequi eum, peremit gladio, fecitque multa mala in populo illo. In XL^ma vero ſequente miſit à ſe cum parte excercitus ſui duos fratres ſuos, Dominum ſcilicet Thomam de Brus, qui Anglicos ſemper odio habuerat, & Dominum Alexandrum clericum, qui ex improviſo à noſtris de nocte capti ſunt, & judicialiter tracti & ſuſpenſi. Tenuitque ſe extunc novus rex in extremis finibus terræ.

In eadem quadrageſima tenuit Dominus rex Angliæ parliamentum [2]ſuum" apud Karliolum, fecitque ibi ſtatuta quædam, et ordinavit de capitulo [3]ordinis Ciſtercientium & aliorum tranſmarinorum, et de cuſtodia ſigilli eorundem, ſicut in ipſis ſtatutis plene patet.

---

1 Radulphus de Monhermes *T.* 2 *Deeſt in T.* 3 Ciſterſienſis ordinis & *T.*

A. D. 1306. Venitque ibi cum magno apparatu Cardinalis Hiſpaniæ, miſſus à Domino papa pro maritagio filii regis Angliæ cum filia regis Franciæ adimplendo, ſecundum [1]ordinationem bonæ memoriæ quondam papæ Bonifacii, qui ſuper hoc ſecundum quod prædictum eſt certum ordinaverat. Factoque ſermone & longo tractatu ſuper bonum pacis, in fine reveſtivit ſe et ceteri epiſcopi qui aderant. Accenſiſque candelis et pulſatis campanis, terribiliter excommunicaverunt Dominum Robertum de Brus cum fautoribus ſuis, tanquam hominem perjurum, et perturbatorem injuſtum communis pacis et quietis. Sequenti vero die facto ſermone à Domino Archiepiſcopo Eborum, reſponſum eſt Cardinali in eccleſia Canonichorum Karlioli, præſente Domino Rege et reſponſum authorizante, quod paratus erat Dominus rex ex parte ſua perficere omnem illam ordinationem, quam fecerat ille bonus paſtor, [2]pater et papa Bonifacius. Dum tamen Dominus rex Franciæ ex parte ſua vellet ſimiliter adimplere. Et ait Cardinalis, quod bene vellet et plene. Et dixit rex, non dum mihi plene reſtituit terram Waſconiæ, prout ordinaverat papa prædictus. Defecit enim mihi caſtrum de Mawlyon, i. de malo leone, quod eſt caſtrum fortiſſimum et quaſi inexpugnabile. Reddat illud, & omnia perficiam. Et Cardinalis ad hæc: *Domine mi, jam in ſaiſina illius caſtri eſt Dominus Rex Franciæ: ſatisfecit enim militi, qui illud tenuerat, pro magna ſumma pecuniæ jam ſoluta, et paratus eſt illud* [3]*nobis reddere in brevi.* Et ait rex, *volumus deliberare ſuper hoc permodicum*, ordinavitque Dominus Rex, quod juxta eum maneret Cardinalis, quouſque miſſis nunciis per ipſum

---

1 Bonam ordinationem bonæ *T.* 2 Bonus pater *T.* 3 Vobis *T. rectius, ut videtur.*

Car-

Cardinalem certificaretur Dominus rex de ipſo caſtro. A. D.
Manſitque ibi duobus menſibus, et honoratus eſt val- 1306.
de. Cumque accepiſſet reſponſum, quod Dominus illius caſtri noluit illud reddere regi Franciæ, verecundatus eſt in ſermone [1] promiſſi, et (accepta licentia) reverſus eſt ad partes auſtrales. Juſſitque rex, quod Londoniis remaneret quouſque haberet aliud in mandatis. Manſitque uſque poſt obitum regis, habuitque, ex conceſſione Domini papæ, [2] primo adventu ſuo in Angliam pro ſuis expenſis à ſingulis capitulis totius Angliæ, Hiberniæ & Scociæ, duodecim marcas argenti. Nec pro eis tantum facere voluit, quod ſolventibus fierent literæ adquietanciales. Eodem anno habuit Dominus rex, ex dono Domini papæ, ut prædictum eſt, decimam biennalem Anglicanæ eccleſiæ, Hiberniæ & Scociæ, & eam fecit levari in uno eodem anno. Habuitque ex civitatibus ſuis et burgis viceſimum denarium, et à populo reliquo triceſimum denarium.

In [3] prædicto Parliamento cum multi multa loquerentur de oppreſſionibus Domini papæ, quas inceperat in eccleſia Anglicana: ecce quaſi ſubito in pleno conſilio deſcendit talis ſcedula, quaſi cœlitus emiſſa, legebaturque ſtatim (audiente Rege, Cardinale, et univerſis prælatis & aliis qui convenerant.)

Eccleſiæ nobili Anglicanæ, in luto & latere ancillanti, Petrus filius Caſſiodori, miles Catholicus, pugil Chriſti devotus, ſalutem, et jugum abjicere captivitatis, & bravium accipere libertatis. Camparabo te cui, vel cui [4] aſſimulabo te, filia Hieruſalem? Cui exæquabo te, virgo filia Syon? Magna eſt [5] enim" contritio tua velut mare. Sola facta es ſine

1 Præmiſſo, *T.* 2 In primo *T.* 3 Prædicto autem parliamento *T.* 4 Aſſimilabo *T.* 5 *Deeſt in T.*

A. D. 1306. *ſolatio, tota die mœrore confecta. Data es in manum ejus, de qua non potes ſurgere abſque auxilio ſublevantis. Nam ſcribæ & Phariſæi,* [1] *ſupra cathedram Moſi ſedentes; principes tui Romani hoſtes in capite tibi facti, ſua* [2] *philateria dilatantes, ambientes locupletari ex medullis oſſium tuorum;* [3] *magna et importabilia in tuis et tuorum miniſtrorum humeris imponunt onera, et, ultra quam decet, te conſtituunt ſub tributo, quæ libera fueras ab antiquo. Recedat* [4] *adhuc omnis admirationis materia: quia mater tua Domina gentium, viduarum more, ſuo ſubdito deſponſata, tibi ipſum in patrem conſtituit, et Romanæ urbis pontificem ſummum. Qui quamvis ita ſit, in nullo tamen tibi paternitatis genere hoc oſtendit. Super te quidem ſuas magnificat fimbrias, et experimento edocet, ſe tuæ matris eſſe maritum. Commemorat enim apud ſe propheticum ſæpe verbum, quod eſt in ſcrinio ſui pectoris ſic digeſtum:* ſume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis, velociter ſpolia detrahe, cito prædare. *Nunquid ad hoc Apoſtolus eum dicit conſtitui, dum ſic ſcribit?* Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in hiis, quæ ſunt ad Deum, *non ad ſpolia* [5] *et rapinas*", *non pro annuis cenſibus imponendis, nec pro necandis hominibus, ſed* ut offerat dona et ſacrificia pro peccatis, qui *etiam* condolere poſſit hiis qui ignorant et errant. *Et de Petro legitur piſcatore, cujus ſe commemorat ſucceſſorem, quod poſt Chriſti reſurrectionem cum ceteris Apoſtolis ad piſcandi officium eſt reverſus. Qui cum nihil in ſiniſtra parte navigii caperet, Chriſto jubente, ad dextram ſe convertit, et in terram plenum magnis piſcibus rete traxit. Eſt ergo miniſterium eccleſiæ utile in parte dextra exercendum, per quod* [6] *&" diabolus vincitur, & eidem Chriſto copia capitur animarum. Cer-*

1 Super *T.* 2 *Sic. Sed* phylacteria *in T.* 3 Grandia *T.* 4 Ab omni *T.* 5 *Deſunt in T.* 6 *Deeſt in T.*

te

te ſic liber ſiniſtræ partis navigii non ſe habet, quia in eo fides titubat, triſticia dominatur, cum quod [1]*inquirendo appetitur, minime invenitur. Quis enim credat, ſe ſimul & ſemel poſſe ſervire Deo & Mammonæ, ac ſuæ voluntati placere, ſeu carnis et ſanguinis revelationibus inhærere, et offerre munera Chriſto digna? Et ſine dubio paſtor, qui ſupra gregis ædificationem non vigilat, rugienti* [2] *leoni, quærenti quem devoret, viam parat. Vide, inquam, facta inaudita, nuncupativa filia patris tui, qui bonos paſtores à caulis ovium amovet, et ſuos nepotes, conſanguineos & parentes, nonnullos literas ignorantes, & alios velut mutos & ſurdos, ovium earundem non intelligentes balatum, nec de morſibus* [3] *curantes, velut mercenarios vellera auferentes & metentes ſemina aliorum, non ut proſint, ſed ut præſint, conſtituit pro eiſdem, quorumque manus in cophino* [4] *ſerviunt, et eorum dorſa ab oneribus divertuntur. Ex quibus liquet, quod ſacerdotium pervertitur hiis diebus, obſequium divinum ſubtrahitur, & eleemoſinarum largitio adnullatur, per quod Regum, Principum & Chriſtianorum ſancta devocio vacuatur. Nonne debet in oculis omnium mirabile reputari, quod ubi Chriſtus pro ſe & pro Petro juſſit ſolvi tributum, ipſe vero regna & regnorum principes, contra voluntatem illius, cujus ſe eſſe dicit vicarium, qui à ſe regna & mundi judicia abdicavit, ſuæ ſubjicere nititur dicioni dominio ſui ſtili, qui totum ſibi vendicat quod ſcripſerat eſſe ſuum? De te quidem, filia, plus agit. Ecce trahit quodlibet. Nec tamen reputat ſe contentum, ſi partem rerum tuarum, decimam ſ. à te ſumat, niſi primos fructus beneficiorum tuorum habeat miniſtrorum, ut tam pro ſe, quam pro ſuo ſanguine novum conſtituatur patrimonium* [5] *pro eiſdem, abjectis piiſſimis voluntatibus fundatorum. Et alia etiam* [6] *procurſorum ſtipendiis, quos*

A. D. 1306.

---

1 In quærendo *T.* 2 Bovi, *T.* 3 Curantes luporum, velut *T.* 4 Serviverunt, *T.* 5 De *T.* 6 Præcurſorum *T.*

tranſ-

A. D. 1306. *transmittit in Angliam, execrabilia jam imponit, qui non tantum tuum ac tuorum victum auferunt & vesturas, sed eorum pelles & carnes lacerant velut canes. Nunquid* [1] *Nabuchodonosori regi debeat comparari, qui templum Domini devastavit, & vasis suis argenteis & aureis spoliavit? Quod egerat enim ille, agit & iste. Ille domus Dei spoliavit ministros, & ipsam debito destituebat obsequio. Hæc hic facit. Certe melius est occisis gladio quam fame aliqualiter interfectis, quia sunt mortui illi statim, isti sunt à terræ sterilitate consumpti. Compatiantur tibi, filia, omnes transeuntes per viam, quia non est dolor sicut dolor tuus. Jam enim præ dolore nimio, & præ effusione tua nimia lachrimarum, super carbones est facies tua denigrata, ita quod non es cognita amplius. In plateis & in tenebrosis te tuus præfatus superior collocavit. Inebriavit te absynthio atque felle. Afflictionem populi tui, ejusque gemitum, audi Domine, vide Domine &* [2] *descende, quia cor dicti viri super cor Pharaonis est nimium induratum, quia non dimittet populum tuum abire liberum, nisi in fortitudine manus tuæ. Non enim flagellat miserabiliter tantum super terram, sed post mortem. Quia quorumcunque Christianorum bona sub nomine tituli de intestatis* [3] *consistant, omnia post decessum occupare intendit. Animadvertat itaque militia Anglicana, qualiter à retroactis temporibus Franci, in regnum Angliæ suæ concupiscentiæ oculos dirigentes, machinabantur illud suæ subjicere potestati.* [4] *Sed quod in ipsis hactenus defuit, est timendum ne suppleat* [5] *dicti" nova conjecturatio novi hostis; quia, regni deficiente thesauro, et ipsius destructo sacerdocio, efficietur verè regnum impotentius contra hostes. Ne igitur tu filia, tuique sacerdotes in miseriam deducamini longiorem,*

---

1 Nabugodonosor *T.* 2 Defende, *T.* 3 *L.* confiscat, *cum T.* 4 Et quod *T.* 5 *Deest T. rectius.*

ex-

expedit ut pro tua et [1] *eorum ſalute, rex tuus Chriſtianiſſimus et regni potentes, qui* [2] *ampliſſimis beneficiis vos dotarunt, quique vos et beneficia hujuſmodi habeant in hoc caſu tueri, reſiſtant conjecturacionibus, conſpiracionibus, arrogantiæ, præſumptioni ac ſuperbiæ dicti viri, qui non Dei* [3] *contemplacionem, ſed pro ſuis ditandis parentibus, ac pro nido ſuo quaſi aquila exaltando, per præmiſſa & alia impoſita per eundem, totalem pecuniam Anglicanam novo Dominii genere emungere jam compellit, ne diſſimulata in hac parte ſimplicitas regni hujus ſubverſionem afferat, velut tuam. Adhibeatur ſero remedii tunc cautela. Avertat nempe virtutum Dominus de corde viri illius velamen, ſibique cor contritum & humile largiatur: et agnoſcere eum faciat veſtigia veri Dei, per quæ à ſuis tenebris eruatur: et præmiſſos labores ſiniſtros dimittere compellatur. Nec non* [4] *et" quod vinea, quam plantavit Dei dextra, ſacræ fidei cultoribus repleatur. Animent enim eum verba Domini et* [5] *prophetia Jeremiæ, quæ dicunt:* tu paſtor, qui populum meum diſperſiſti, & eum de habitacionibus ejeciſti, ecce viſitabo ſuper te tuorum maliciam ſtudiorum, nec erit vir, qui ſuper ſolium David de tuo ſemine ſedeat, nec qui in Judæa ultra habeat poteſtatem. Fiat nidus tuus deſertus, & ſicut Sodoma & Gomorrha totaliter ſit [6] ſubmerſus. *Quod ſi perteritus ex hiis dictis non deſiterit ab inceptis, & reſtitutionem non fecerit de perceptis, pſallent pro eo extunc* [7] *nequiter" indurato, Pſalmum centeſimum octavum, illi cui omnia ſunt aperta, ſinguli ſingulis diebus, clara voce in Chriſto devotiſſimi:* Deus laudem &c.

A. D. 1306.

Cum in parliamento Domini regis apud Karliolum in octavis ſancti Hillarii, anno Domini Regis Edwardi

---

1 Tuorum *T.* 2 Ampliſſime vos dotarunt, *T.* 3 *L.* contemplatione, *cum T.* 4 *Deeſt in T.* 5 Prophetiæ *T.* 6 Subverſus *T.* 7 *Deeſt T.*

XXX-

A. D. 1306. XXXV^to, propoſitæ fuiſſent quædam peticiones per comites, barones & alios magnates, & communitatem totius regni Angliæ, pro ſtatu coronæ regiæ, nec non terrarum ipſius [1] regis Scociæ, Walliæ & Hiberniæ, & tota communitate prædicta, ſuper variis, novis & intollerabilibus gravaminibus, oppreſſionibus, injuriis et extorcionibus, præfatis comitibus, baronibus & magnatibus & communitati, auctoritate Domini papæ & mandato, ac eciam per magiſtrum Willelmum Teſta Domini papæ clericum, necnon ejuſdem Willelmi commiſſarios, miniſtros, ſeu ejus vices gerentes & ipſius nomine illatis multipliciter in regno Angliæ & terris prædictis,prout in articulis contentis inferius inſeritur, qui tales ſunt: *De effrenata proviſionum multitudine apoſtolicarum, per quam ordinaria beneficiorum collatio tollitur. Ac demum indigne nobiles et literati à promotione eccleſiaſtica excluduntur. Et erit defectus conſilii in regno quatenus ad ea, quæ ad ſpiritualitatem pertinent. Nec inveniantur idonei, qui in eccleſiaſticas valeant [2] elegi prælaturas. Cultus Divinus, hoſpitalitates & eleemoſinæ ceſſabunt, contra intentionem primariam fundatorum eccleſiarum. Jura peribunt indefenſa. Ædificia eccleſiaſtica corruent, & populi devotio ſubtrahetur. Item de decanatibus eccleſiarum cathedralium regni Angliæ, quorum multi [3] tam ad manus Cardinalium et aliorum alienigenarum in ipſis eccleſiis [4] minime" reſidentium devenerunt. Et de ceteris Decanatibus ut fiat ſic in proximo veriſimiliter eſt timendum, contra primarum eccleſiarum ordinem & intentionem ſaluberrimam fundatorum. Ex quo in ipſis eccleſiis cathedralibus, ad quarum regimen in cuſtodiam continuam decani fuerunt ſalubriter inſtituti, jam propter ipſorum abſentiam multiplex*

---

1 Regni *T.* 2 Eligi *T.* 3 *Sic etiam T. Forte,* tamen. 4 *Omittit T.*

in-

inordinatio proveniet, tam in Divino obſequio, hoſpitalitate, eleemoſina & defenſione eccleſiæ, quam in correctione exceſſuum miniſtrorum: et Domino regi et regno multorum peritorum conſilium, qui ad Decanatus eligi conſueverant, penitus ſubtrahetur. Item de religioſis Domibus, à variis magnatibus pia devotione fundatis ad Divini cultus augmentum, hoſpitalitatis exercitium, eleemoſinarum largitionem, et ad orationes continuas Deo [1] *fundandas, pro ipſorum fundatorum ſalute et omnium fidelium defunctorum redemptione. Quarum fructus & proventus primi anni tempore vacationis prælaciæ Dominus papa intendit diverſorum Cardinalium uſibus applicare. Item de primis fructibus beneficiorum vacantium ſedi apoſtolicæ reſervatis: quod antea fuerat inauditum. Super quorum collectione, Dominus papa inter prædationes duriſſimas & multum præjudiciales Domino Regi & regno, ac etiam toti eccleſiæ Anglicanæ, jam de novo, ut fertur, conſtituit collectores. Item de denariis ſancti Petri, à progenitoribus Domini Regis primitus ſub certa forma conceſſis, et à prima conceſſione ſub eadem forma à tempore cujus non extat memoria perſolutis. Nunc autem contra dictam conceſſionem minus rationabiliter agitur et itur, in grave dampnum eccleſiarum totius populi Anglicani. Item de legatis vel promiſſis pia intentione à multis in ſubſidium terræ ſanctæ propter redemptionem peccatorum, per aliquos, authoritate ſedis apoſtolicæ, improbe petitis & exactis, & in alios uſus convertendis, ipſis legantibus vel promittentibus minime profuturos. Item de pœnis pecuniarum, in* [2] *fraude legis regni variis contractibus adjectis & in ſubſidium terræ ſanctæ promiſſis, ſi in ſolucione debiti principalis deficiatur, quarum prætextu multæ cauſæ, mere ad forum regni pertinentes, coram clericis Domini papæ, in regiæ dignitatis præ-*

1 *Sic. Lege cum T.* fundendas. 2 Fraudem *T.*

A. D. 1306. *judicium, agitantur. Item de indiſtincte legatis, quæ ſunt approbata tam de jure canonico quam civili, quæ dicti clerici Domini papæ impie ſibi appropriare nituntur, et in uſus ipſis defunctis, quorum bona fuerant, minime profuturos, convertere, contra voluntatem piiſſimam defunctorum. Item cum Romana eccleſia unum duntaxat clericum pro ſuis negociis hactenus in Anglia habere conſueverat, ad expenſas eccleſiæ Anglicanæ, Dominus papa jam, ut dicitur,* IIII^or *clericos ordinavit, quibus oportebit eccleſiam Anglicanam, ultra antiquam conſuetudinem, ſumptus non modicos miniſtrare.* Super quibus oppreſſionum, gravaminum, extortionum et injuriarum articulis, præfatus Willelmus Teſta, quatenus ipſum [1]contingunt, in pleno parliamento prædicto allocutus extitit, nec inde ſe potuit aliqualiter excuſare, niſi tantum quod dixit, quod auctoritate Domini papæ præmiſſa fuerat aſſecutus. Et quia facta magiſtri Willelmi Teſta in præmiſſis ſi tollerentur manifeſte cederent in divini cultus diminucionem, et eccleſiæ Anglicanæ extenuacionem: necnon in præjudicium, læſionem, exheredationem coronæ, poteſtatis, juriſdictionis & dignitatis regiæ Anglicanæ, depauperationem & deſtructionem totius communitatis prædictæ, ac ſtatus regni, legum et conſuetudinum ejuſdem ſubverſionem (quod abſit) perpetuam, et unde majora pericula poſſent proceſſu temporis evenire. Demum conſideratis periculis prædictis, ex aſſenſu Domini regis, à toto conſilio parliamenti prædicti proviſum fuit, concordatum, ordinatum & conſideratum, quod præmiſſa gravamina, oppreſſiones, injuriæ & extorſiones fieri non permitterentur in regno & terris prædictis. Et prohibitum

1 Contingit, *T.*

eſt

eſt magiſtro Willelmo de Teſta in parliamento prædicto, quod de cetero contra proviſionem, concordiam, conſiderationes prædictas, non procedat nec per ſe [1] ſeu per alium quemcunque in præmiſſis ſe intromittat vel aliquo præmiſſorum. Et injunctum eſt eidem magiſtro W. quod quicquid per ipſum, collegas, commiſſarios, miniſtros, vices-gerentes, aut alios quoſcunque ſibi adhærentes ſeu intendentes actemptatum eſt, actum ſeu executum in præmiſſis, et quolibet præmiſſorum, revocet incaſſum, irritum et inane. Et totam pecuniam, in hac parte levatam, ſalvo [2] cuſtodiri faciat & ſecure infra regnum prædictum, quouſque Dominus rex cum prædicto conſilio aliud ſuper hoc duxerit ordinandum. Et præceptum eſt ſingulis vicecomitibus prædicti regni, quod per ſacramentum proborum & legalium hominum de ballivis ſuis, per quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquirant de nominibus commiſſariorum & aliorum miniſtrorum prædicti W. Teſta, qui præmiſſa gravamina, oppreſſiones, extorſiones & injurias in communitatibus prædictis taliter perpetrarunt aut fecerunt, nec non de nominibus ipſorum, qui coram prædictis commiſſariis vel miniſtris aliquem vel aliquos citari vel vocari [3] fecerunt, ſeu dicta gravamina executi [4] fuerunt. Et omnes illos, quos culpabiles in præmiſſis invenerunt, attachient per corpora eorum, ita quod eos habeant coram rege in octavis ſanctæ Trinitatis, ubicunque tunc fuerint in Anglia, ad reſpondendum tam Domino regi quam aliis inde conqueri volentibus ſuper præmiſſis, et ad faciendum & recipiendum quod Curia Domini regis conſideraverit in hac parte. Et viceco- A. D. 1306.

---

1 Nec *T.* 2 Cuſtodire *T.* 3 Fecerint, *T.* 4 Fuerint *T.*

A. D. 1306. mites habeant ibi nomina eorum, quos culpabiles inde invenerint, et [1]brevia &c. mandatum eſt Principi Walliæ, Comiti Ceſtriæ, Cuſtodi Scociæ & Juſticiariis Hiberniæ, quod ipſi ſimiliter procedant in terris prædictis ſuper negociis memoratis, & proviſionem, concordiam, ordinationem & conſiderationem prædictas in eiſdem terris faciant firmiter & [2]inviolabiliter obſervari. Et ad majorem hujus rei evidentiam, ordinatum eſt et concordatum per Dominum Regem, & totum conſilium prædictum, quod certi nuncii experti ad dictum Dominum papam, ex parte dicti Domini regis, comitum, baronum et totius communitatis prædictæ tranſmittantur ad prædicta gravamina, oppreſſiones, extorſiones et injurias notificanda & exponenda.

A. D. 1307. Anno Domini M° CCC° VII° cito poſt Paſcha ille novus rex Scociæ Dominus Robertus de Brus, congregatis multis forinſecus ex inſulis, cœpit equitare infra Lowdyan, dederuntque ſe ei multi exulati per Juſticiarios Domini regis Angliæ, qui in anno præcedenti ſederant in Scocia ſuper malefactoribus terræ & novo regi conſentientibus in conſilio, favore & opere. Et quia, ſecundum legem Anglicanam, judicabant Scotos comburendo, trahendo in equis, & ſuſpendendo, ideo quaſi unanimiter levaverunt ſe, & ibant cum eo volentes potius mori quam Anglicanis legibus judicari, ſtipatuſque multis et ex numero animatus, proceſſit obviam Anglicis. Conſtituerat enim Dominus rex in regno Scociæ tres cuſtodes cum tribus aciebus: Dominum ſ. Henricum de Percy, Dominum Emericum de [3]Walence, et Comitem Gloceſtriæ. At ille novus rex obviavit aciei Domini Emerici de [3]Walence, &

---

1 Brevia, & mandatum *T.* 2 Immobiliter *T.* 3 Valente, *T.*

eam

eam in fugam convertit, paucis tamen interfectis. Deinde infra triduum obviavit aciei Comitis Gloceſtriæ, & cæſis hinc inde multis, fugavit Comitem & eum obſedit in Caſtro de Aree, quouſque miſſis excercitibus à rege liberatus eſt. Turbatuſque rex in hoc facto, miſit & congregavit excercitum copioſum ſub gravi forisfactura, præcipiens, ut eſſent Karleoli parati ad prœlium in tres ſeptimanas ſancti Johannis Baptiſtæ. Quibus ex juſſu regis advenientibus, proceſſerunt cum impetu et irruerunt in eum, ita quod multis occiſis fugam iniit, latuitque ex tunc in moris & mariſcis, quaſi cum decem millibus virorum pedeſtrium, nec poterant ad eum attingere, quoniam lapſus eſt ſemper ex manibus eorum. Eodem [1]anno, ſ. Willelmus de Hameldon, Decanus Eborum & Cancellarius Domini regis [2]apud Fontayns dum reverteretur à parliamento Karleoli diem clauſit extremum, ſepultuſque eſt in eccleſia Eborum".

A. D. 1307.

De morte Regis Edwardi primi.

COGNITA [3]itaque malicia novi regis,[4] miſit rex noſter magnatibus terræ, ut ſibi venirent Karliolum parati ad prœlium in [5]quindenam ſancti Johannis Baptiſtæ. [6]Interim quia vexabatur rex diſſenteria gravi, nec poterant ei loqui niſi cubicularii ſui, prædicatumque eſt in populo, [7]quia mortuus eſt rex. Quo cognito, juſſit rex omnia [8]præparari, ut moveret in Scociam. movitque caſtra ſua à Karliolo III°. die men-

1 Anno obiit Willelmus de Emeldon̄, *T.* 2 *Deſunt in T.* 3 Autem *T.* 4 Juſſit *T.* 5 Quindena beati *T.* 6 Interim vero Rex vexabatur diſ. gravi morbo, nec *T.* 7 Quod *T.* 8 Præpararent, ut moverent *T.*

ſis

A. D. 1307. sis Julii quasi duobus milliariis. Et erat dies Lunæ, die vero Martis equitavit quasi duo miliaria, & IIII^ta feria requievit. Die autem Jovis, venit apud Burch' super Sandes, et ibi disposuit in crastino permanere. Erant sibi modus & consuetudo singulis quasi diebus in lecto jacere usque ad horam nonam. Die vero Veneris cum elevaretur à suis ut commederet, inter manus eorum expiravit. Translatusque est rex ex hoc mundo die translationis sancti Thomæ Archiepiscopi & martiris. Celaveruntque sui mortem regis, quousque veniret filius ejus & magnates terræ, & incarcerabantur multi, qui mortem regis [1] prædicaverant. Cumque venisset princeps filius ejus & ceteri magnates, ordinaverunt de corpore regis, quod per Thesaurarium suum episcopum Cestriæ & totam familiam suam honorifice duceretur ad partes australes, maneretque in ecclesia religiosorum de Waltham, donec ordinaretur certum de terra Scociæ, et vacaret eis intendere sepulturæ: factumque est ita. Remansitque novus rex, et cepit homagia & fidelitates magnatorum, & de eorum consilio profectus est usque Rokesburch', & ibi cepit [2] homagia & fidelitates multorum magnatorum regni Scociæ. Ordinavitque custodes in Scocia, & reversus est. Tenuitque parliamentum suum apud Northamptonam in quindena sancti Michaëlis, ubi præcepit & statuit firmam pacem servari in toto [3] regno, et quod statutum Wincestriæ, super communi pace editum, in omnibus suis articulis servaretur. Ordinavit quoque diem sepulturæ patris sui, diem scilicet Veneris [4] proxime" ante festum Omnium sanctorum. Ad quam con-

---

1 Prædicabant *T.* 2 Homagium *T.* 3 Regno suo, et quod *T.* 4 *Deest in T.*

ve-

venerunt multi magnates utriuſque terræ & diverſarum regionum. Requievitque corpus prima nocte in eccleſia ſanctæ Trinitatis, ſecunda vero nocte in eccleſia beati Pauli, et III[a] die deferebatur ad eccleſias fratrum Minorum & Prædicatorum, ubi miſſis auditis, ducebatur in curru ad locum ſuum [1] Weſtmonaſterium, ubi in craſtinum à quinque epiſcopis quinque miſſas habuit ſolennes, præter miſſam Cardinalis Hiſpaniæ, qui ſummo mane pro eo celebravit. Ultimam autem miſſam celebravit patriarcha Hieroſolimitanus, qui erat Dunelmenſis epiſcopus, et officium ſepulturæ peregit. Erantque miniſtri ejus ad altare duo epiſcopi, Wintonienſis ſ. qui evangelium, et Lincolnienſis qui epiſtolam [2] perlegerunt. Appoſituſque eſt ad patres ſuos rex fortiſſimus, prudentiſſimus & ſapientiſſimus, anno ætatis ſuæ ſexageſimo octavo, & regni ſui triceſimo quinto. A. D. 1307.

Huc uſque in Libro Abindonenſi *in marg.*

1 Weſtm̄. *T. L.* Weſtmonaſterii. 2 Legerunt *T.*

WAL-

WALTERI HEMINGFORD HISTORIA

Quinque priorum annorum EDVARDI SECUNDI.

De rege Edwardo ſecundo.

A. D. 1307. MORTUO itaque ſereniſſimo Rege Edwardo & ſepulturæ tradito, ſucceſſit ei in regnum Edwardus, ſ. filius ejus & heres, anno ætatis ſuæ XXIIII^to^. Hic miſſis nunciis ſolennibus ad regem Franciæ, petiit ſibi filiam ſuam dari in uxorem, ſecundum quod prius ordinaverat bonæ memoriæ Bonifacius papa. Qui votis ejus annuens, liberaliter conceſſit, et de die ſolempnitatis faciendæ convenit. Cum nunciis transfretavit rex noſter

ſter cum magnatibus ſuis, et Pariſiis duxit eam ſolenniter in uxorem, eodem ſcilicet anno M°CCC°VII°, V^to Kal̄ Februarii, quæ Dominica dies erat. Reduxitque eam in Angliam, & coronatus eſt cum ea Londoniis poſt menſem, VI^to. ſcilicet Kal̄ Marcii, quæ erat Dominica, et feſtum ſancti Mathiæ Apoſtoli, lætantibus & exultantibus populis utriuſque terræ; factaque ſolempnitate, miſit rex magnatibus ſuis, ut convenirent Weſtmonaſterium, tractaturi & ordinaturi in tribus articulis, de ſtatu ſcilicet eccleſiæ, quæ retroactis temporibus [1]inerat in declinū̄, de ſtatu coronæ, quam de novo ſumpſerat, quomodo ſecundum Deum et juſticiam deberet gubernari, et de pace terræ, quomodo deberet in populo obſervari. Quibus auditis, reſpondit ille nobilis Conſiliator, Comes Lincolnienſis [2], qui eſſe [3] ſterbebat capitalis conſiliarius regis mortui. [4] *unde dictus Deus optimus, qui poſt regem ſapientiſſimum dedit nobis principium boni regis, et quis eſt qui in tali mandato non* [5] *delectet? certe in talibus gaudere debemus, & ad completionem iſtorum trium articulorum tota mentis intentione inſiſtere vigilanter. Nunc autem ſi placuerit quod reſpondeam: Rogo, ut eleventur manus ad Deum ab hiis omnibus, quibus mea reſponſio rationabilis videatur. Ecce kariſſimi mei, ſi laborare debemus & hîc ſumptuoſe morari, expedit ut labor noſter ſic fructuoſus ſit, ut permaneat.* Et dirigens vultum ad nuncios, ait: *Nunc autem petimus, quod Dominus noſter rex ſcripto confirmet quod ex parte ipſius ore protuliſtis, ſe ſcilicet ratum habere & firmum, quicquid in præmiſſis, inſpirante Domino, duxerimus ordinandum.* Placuitque iſta reſponſio cunctis, & ele-

A. D. 1307.

---

1 *Sic. F.* iverat in declivum. 2 *Henricus ſc. de Laci.* 3 *F.* ſciebatur. 4 *F.* laudetur dictus. 5 *F.* delectetur?

A. D. 1307. vaverunt manus in cœlum universi qui aderant, præterquam duo nuncii missi, comes scilicet Lancastriæ & Dominus Hugo le Despenser. Et comes ad eos: *cur cum ceteris manus non elevatis, nonne nobiscum pares estis & consortes in regno? vivat Dominus, si nobiscum non consenseritis, eritis nobis extranei et quasi capitales inimici.* At nuncii, *parcatis nobis, Domine, quia pro utilitate regni vobiscum semper erimus in fide stabiles; sed quia de voluntate regis nondum constat, revertemur ad eum, certificabimus nos absque ulla mora.* Abieruntque & reversi sunt, dicentes ex parte regis, quod noluit eos rex ulterius fatigare ad præsens, sed cum actionibus gratiarum reverterentur ad propria usque in quindenam Paschæ. Et tunc Londoniis ad parliamentum suum venirent de præmissis tractaturi.

In Vita patris sui habuit rex quendam militem sibi familiarissimum de Wasconia oriundum. quem cum esset princeps Walliæ, quasi ex nihilo susceitaverat, et pro amoris magnitudine, quo dilexit eum, pro posse ditaverat, Petrum de [1] Caberston proprie nomine nominatum. Hunc cum adhuc uberius promovere vellet, vocavit ad se Thesaurarium patris sui, quem pater suus rex singulariter dilexit, et à clerico paupere usque in episcopalem gradum fecerat promoveri. Erat enim episcopus [2] Cestriæ & ordinator negociorum arduorum totius regni, sicut homo imaginosus et cautissimus, nomine [3] Walterus de Langeton. Misitque eum ad regem patrem suum pro eodem negocio: et dixit regi, *Domine mi rex, Ex parte Domini mei Domini principis filii vestri missus, licet invitus,* [4] *vivit Dominus, ut*

---

1 *Sic. Infra*, Caverston & Gaverston. *Et quidem* Gaverston *sive* Gavesion *vulgo*. 2 *Vel*, Ciceſtriæ. 3 *Aliis*, Joannes. 4 *Sic. F.* vivat.

ipsius

ipſius nomine petam à vobis, quod bachalarium ſuum, Dominum Petrum de Caverſton, poßit promovere, de licentia veſtra, ad comitatum de Pontyff. Et itatus rex nimis, ait: *Quis es tu, qui talia audes poſtulare?* [1]*Vivit Dominus, niſi eſſet timor Domini, & quod ab initio dixiſti, quod invitus ſuſcepiſti negocium, non evaderes manus meas. Nunc autem videbo, quid dicturus erit qui miſit te, & non recedas.* Quo vocato, dixit ei rex; *Quid negocii miſiſti per hominem iſtum?* Qui ait, *ut cum pace veſtra dare poſſem Domino Petro de Caverſton, Comitatum de Pontyff.* Et ait rex, *fili meretricis, male generate, vis tu modo terras dare, qui nunquam aliquas impetraſti?* [2]*Vivit Dominus, niſi eſſet timor diſperſionis regni, nuncquam gauderes hereditate tua.* Et apprehenſis capillis utraque manu, dilaceravit eos in quantum potuit & in [3]laſſus ejecit eum, ſtatimque (vocatis proceribus ſuis) qui cum eo erant in guerra ſua verſus Scociam, et (communicato cum eis conſilio) fecit ipſum Dominum Petrum de Gaverſton jurare, quod ipſo vivente neque mortuo nunquam à filio ſuo terras acciperet, & quod exularet à regno Angliæ ſuo perpetuo, certum diem habens ut exiret ſub pœna capitis. Qui ita fecit, fecitque rex filium ſuum jurare, quod nunquam ei terras daret. Mortuo autem rege, & nondum adhuc ſepulto, miſit ipſe filius novus rex celeres nuncios, et revocavit Petrum. Deditque ei (irrequiſitis magnatibus ſuis) comitatum Cornubiæ, et

A. D. 1307.

---

1 *In* vivat *mutavit Jacobus Tyrrellus.* 2 *In* vivat *mutavit Jac. T.* 3 Laxa *idem eſt quod* lora. *Sed hîc* caſſos *malim.* Caſſus *autem* capſum *ſive* locum concluſum *valet. Idcirco exiſtimarim, carcerem quendam fuiſſe, in quo ut princeps aliquantiſper cuſtodiretur voluit rex ira commotus. Neque mirum, numero plurativo uſum fuiſſe auctorem, quum pluribus partibus conſtaret ædificium, qualecunque demum illud eſſet.*

A. D. 1307. exaltavit eum ſupra omnes propinquos ejus & parentes. Ipſe vero Petrus ſic elevatus ſupra ſe, deſpexit alios, & in fine deſpectus eſt. Cumque duceretur corpus Regis mortui à loco quo obiit ad partes auſtrales, per modicas dietas ipſe filius novus rex cum Domino Petro præceſſit à longe. Dominus vero Theſaurarius epiſcopus Ceſtriæ prædictus fecit comitivam corpori regis mortui, & omnem honorem quem potuit eidem exhibebat. Cumque veniſſet apud Waltham juxta Londonias, & eſſet cum corpore: rex novus & Dominus Petrus conjuraverunt contra eum, pro eo quod in vita patris noluit eis omnia ad libitum miniſtrare de theſauro patris regis mortui, et miſſis militibus, comprehenderunt eum, et poſuerunt eum in turri Londonienſi, et deinde de caſtro in caſtrum per multa tempora, nec voluit liberare eum rex ad mandatum papæ, neque ad rogatum duorum Archiepiſcoporum Cantuariæ & Eborum cum clero ſuo vel magnatorum regni ſui, ſed ſemper eum tenuit in carcere, & omnes terras ſuas, quas ipſe adquiſierat in vita patris ſui regis, ad valentiam quinque millia marcarum annuatim, in manu ſua ſaiſivit, omneſque exitus illarum dedit Domino Petro. Ipſe vero rex et Petrus theſaurum ipſius epiſcopi, apud novum templum Londoniis reconditum, ceperunt, ad ſummam quinquaginta milia librarum argenti, præter aurum multum, jocalia & lapides precioſos, quos et quæ quaſi omnia dedit ipſe rex Petro. Erant enim ambo præſentes, cum ciſtæ frangerentur. et adhuc non erat ſepultum corpus patris ſui. Deditque ei totum theſaurum patris ſui regis, centum mille libras argenti, præter aurum, & lapides pretioſos & jocalia multa. Quæ quaſi omnia ipſe Petrus per manus marcatorum tranſmiſit in patriam ſuam.

Rex

Rex vero principali mercatori Domini Petri, Domino ſcilicet [1] dedit unam baroniam in Lyndeſaya pro ſuis meritis. Audientes vero comites & magnates terræ, & videntes mirabilia quæ à rege geſta ſunt, indignati ſunt valde, miſſis ad eum nunciis, induxerunt eum, ut teneret parliamentum, & fecit ſic. A. D. 1307.

Anno Domini M° CCC° VIII° in quindena Paſchæ tenuit rex parliamentum ſuum Londoniis, et magna fuit altercatio inter regem & Comites ſuos pro Domino Petro, ita quod obtinuerunt comites meliorem partem, dicentes, ipſum Petrum eſſe excommunicatum & perjurum: & aſſignatus eſt dies transfretandi in terram nativitatis ſuæ, in craſtino ſancti Johannis Baptiſtæ. Interim reverſus eſt Dominus Robertus de Brus ex inſulis, & à longa infirmitate ſua, qua venenum ſumpſerat, plene curatus, cœpit excercere multas ſtrages in Northumbria, propter quod Dominus rex in feſto ſancti Hillarii miſit ad eum ſolempnes nuncios, comitem ſcilicet Glouceſtriæ & alios duos comites, & quoſdam cum nunciis Domini papæ, qui ad hoc ſpecialiter venerant, ut de pace tractarent vel treuga, et inierunt cum eo treugas uſque in Feſtum omnium ſanctorum anni ſequentis. A. D. 1308.

Anno Domini M° CCC° IX° in quindena Paſchæ tenuit rex parliamentum ſuum Londoniis, et conceſſerunt ſibi magnates XXV denarium pro confirmatione magnæ chartæ & chartæ de Foreſta, et noluerunt conſentire regi, ut Petrus remaneret Comes Cornubiæ. propter quod, ad rogatum regis, in craſtino ſancti Jacobi Apoſtoli convenerunt iteratò magnates apud Stamfordiam, et interim fecit rex ipſum Petrum ducere in uxorem ſororem comitis Glouceſtriæ, et ſic, mediante A. D. 1309.

1 *Sic.*

re-

A. D. 1309. rege et ipſo comite cujus ſororem duxerat, conſenſerunt aliqui ex comitibus, quod iſte Petrus remaneret comes pro termino vitæ ſuæ. Iteratoque tenuit ſecretum parliamentum apud Eborum XVIII° die menſis Octobris, et noluerunt ibi venire, propter Petrum, quinque comites, ſ. Langceſtriæ, Lincolniæ, Warwik, Oxoniæ & Arundeliæ: propter quod, ordinavit rex tenere ibidem magnum parliamentum ſuum in craſtino Purificationis beatæ Mariæ, cum omnibus magnatibus regni ſui Angliæ, Walliæ & Hiberniæ. Ordinavitque et miſit rex apud Karliolum comitem de Herford et Dominum Robertum de Clyforde in præſidium contra Scotos, etiam Dominum Henricum de Beamund apud Berwich̄. Qui poſt multa mala, per ipſos Scotos in confiniis perpetrata, data pecunia inierunt cum eis treugas uſque in craſtinum ſancti Hillarii, prolongatumq; eſt parliamentum uſq; ad XL^mam, et mutatus eſt locus uſque Londonias. In principio vero XL^mæ tenuit rex parliamentum ſuum magnum Londoniis, et venerunt ibidem comites cum armis et equis. Et poſt multas altercationes, conceſſit rex ſtare ordinationi, IIII^or epiſcoporum, IIII^or comitum, et IIII^or baronum. Et quod in quindena Paſchæ [1] quod" certas perſonas eligerent Londoniis, ubi ſtatuit parliamentum teneri eodem tempore. Interim fecit rex XXV denarium levari, quem conceſſerant magnates ut ſupra. Papa vero exegit à Clero quaſi tres decimas eodem anno.

A. D. 1310. Anno Domini M° CCC° X° tenuit rex parliamentum ſuum Londoniis in quindena Paſchæ. Veneruntque ibi comites et ceteri magnates in manu forti. Et

---

1 Redundat.

com-

compulſus eſt adimplere quod promiſerat. Electique ſunt duodecim, ut prædictum eſt: quatuor ſ. epiſcopi, IIII^or comites, & IIII^or barones. Quibus dedit rex per literas ſuas patentes plenam poteſtatem tractandi & ordinandi ad honorem Dei & eccleſiæ ſuæ ſanctæ de ſtatu ſuo, hoſpicii & regni ſui. Deditque diem uſque ad feſtum ſancti Michaëlis. Et ſi perficere non poſſent quod vellent in ſpacio tam brevi, à die prædicto uſque ad feſtum ſancti Michaëlis anni ſequentis, promittens, ſe fideliter obſervaturum quicquid authore Domino ſtatuendo ordinarent. Et ſi contingeret medio tempore ex illis XII^cim aliquem in fata decedere, quod ſtatim alius ejuſdem condicionis per reſiduos XI^cim eligeretur & loco ſuo poneretur. Ipſi vero poteſtatem talem adepti, & per certas perſonas electi, convenerunt et ordinaverunt multa, prout inferius patebit ſuo loco. Interim fractis treugis ex parte Scotorum cum multa mala feciſſent, congregavit rex excercitum grandem et omne ſervicium ſuis militare mandavit, ut die Aſſumptionis beatæ Mariæ eſſent cum equis & armis apud Novum caſtrum parati. Veneruntque cum rege comes Gloceſtriæ, comes Warenne, & comes Cornubiæ quem de novo creaverat; Dominus Henricus de Percey, Dominus Jacobus de Clyfford, & multi alii barones & magnates. Comes vero Lincolniæ, quem præfecerat rex cuſtodem tocius Angliæ in abſentia ſua, comes Langceſtriæ, comes de Penbrok, comes de Warwike & comes de [1] Herford, non venerunt cum rege propter Petrum. Servicium autem ſuum mandaverunt, et ipſi cum Domino Archiepiſcopo Cantuarienſi Londoniis viriliter [2] inſiſterunt circa

A. D. 1310.

1 E *poſt* r *adjecit Jac. Tyrrellus, ut* Hereford *legatur.*
2 *Sic.*

or-

A. D. 1310. ordinaciones ſuas. Ita quod die omnium Sanctorum ipſe Dominus Archiepiſcopus in eccleſia ſancti Pauli Londoniis, intra miſſarum ſolennia, quæ celebravit, facto ſermone ad populum, coram ipſis comitibus cum omnibus ſuffraganeis ſuis in pontificalibus reveſtitis, excommunicavit omnes impedientes ordinationes ſuas, vel eorum ſecreta revelantes in toto vel in parte, uſque ad communem earundem publicationem, adjecitque, omnium erat una voluntas ordinare talia, quæ eſſent ad honorem Dei, exaltacionem eccleſiæ & regni, & communem quietem populi. Rex vero cum ſuis profectus in Scociam, & nullo invento obſtaculo, conſumpſit, combuſſit, & omnia, quæcunque voluit, fecit uſque ad mare Scociæ, et ſuperveniente hyeme reverſus eſt uſque ad Barwick ſuper Tuedam, et hiemavit ibi cum regina uxore ſua & magnatibus ſuis. Adveniente vero menſe Marcii, cœpit rex equitare in Scociam. Et cum nullum inveniſſet obſtaculum, defecerunt que paleæ pro pabulo equorum, reverſus eſt iteratò ad Barwick & manſit ibidem. Miſitque novum comitem Cornubiæ cum robore excercitus contra Scotos, ut nomen ſibi adquireret & laudem. Qui mare Scociæ tranſiit, & ſtrenue ſe[1] per multos dies, ad factum tamen bonum non potuit pervenire, pro eo quod Scoti, eum fugientes, in montibus & mariſcis ſua ſemper receptacula habuerunt. Eodem anno XI° die Maii apud Eborum in eccleſia cathedrali, ex mandato ſpeciali Domini papæ, tenuit Dominus Archiepiſcopus Concilium provinciale. Prædicavitque, et erat ſuum thema; *Omnes iſti congregati venerunt tibi*, factoque ſermone, recitavit et legi fecit bullam Domini papæ, qua citatus fuerat ad Concilium generale, quod fieri & te-

1 *Subintellige*, geſſit.

neri

neri ordinaverat Dominus papa menſe Octobris proxi- A. D.
mo ſequente apud Viennam, legique fecit ſequentem 1310.
bullam horribilem contra templarios, qui, ex ordinatione ipſius Domini papæ, per diverſos reges in ſingulis terris per univerſum orbem capti primo fuerant, omnes in uno die, die ſ. Mercurii infra Octav. Epiphaniæ Domini, anno ejuſdem Domini M° CCC° VII°, & certæ cuſtodiæ deputati. Omnes terræ illorum erant confiſcatæ. Nec habebant in Anglia ex omnibus bonis ſuis, niſi ſinguli eorum ſingulis diebus IIII^or denarios ex burſa regis. Tenor bullæ papalis talis eſt.

Clemens epiſcopus &c. *ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum. Faciens miſericordiam cum ſervo ſuo Dei filius Dominus Iheſus Chriſtus, ad hoc nos voluit in ſpeculo eminenti apoſtolatus aſſumi, quod gerentes licet immeriti vices ejus in terris, in cunctis noſtris actibus & proceſſibus ipſius veſtigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dudum circa noſtræ promocionis ad apicem ſummi pontificatus initium, et antequam Lugdune, ubi recepimus noſtræ coronationis inſignia, veniremus, et plus tam ibi quam alibi ſecreta quorundam nobis inſinuatio intimavit, quod magiſter, præceptores & alii fratres ordinis miliciæ templi, et etiam ipſe ordo, qui ad defenſionem patrimonii ejuſdem Domini noſtri fuerant in tranſmarinis et aliis partibus deputati, contra ipſum Dominum in ſcelus Apoſtaſiæ nefandæ, et deteſtabile idololatriæ vicium, execrabile facinus Sodomorum, et in hæreſes varias erant lapſi. Quia vero non erat veriſimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religioſi, qui præcipue pro Chriſti nomine ſuum ſæpe ſanguinem effuderunt, ac perſonas ſuas mortis periculo frequenter exponere credebantur, quique multa & magna, tam in divinis officiis quam in jejuniis et aliis, obſervacionis devotionis ſigna frequentius prætendebant, ſuæ ſic eſſent ſalutis immemores,*

A. D. 1310. *quod talia perpetrarent, hujuſmodi inſinuationi ac dilationi, ipſius Domini exemplis ac canonicæ ſcripturæ Doctrinis, aurem noluimus inclinare. Demum vero chariſſ. in Chriſto filius noſter Philippus, rex Franciæ illuſtris, cui eadem facinora fuerant nunciata, non typo avariciæ, cum de bonis templariorum nil ſibi vendicare vel appropriare intendit, imo ea per deputandos à nobis gubernanda, cuſtodienda & obſervanda liberaliter ac devote dimiſerit, manum ſuam totaliter amovendo, et ſeneſcallis & ballivis & aliis ſuis officialibus, necnon ducibus, comitibus, baronibus, & aliis ſubditis quibuſcunque per ſuas patentes literas mandaverit, ut curatoribus, adminiſtratoribus generaliter in regno Franciæ deputatis à nobis, & deputatis à ſingulis archiepiſcopis & epiſcopis in ſuis civitatibus & dioceſibus, bona mobilia & immobilia dictorum templariorum, quæ prædicti Officiales regii & alii ſubditi ceperunt & tenent, tradant integraliter & realiter indilate; et quod eoſdem adminiſtratores tueantur & defendant, quoad cuſtodiam & adminiſtrationem dictorum bonorum cum fuerint requiſiti. Sed fidei orthodoxæ fervore, ſuorum progenitorum veſtigia clara ſequens, accenſus, de præmiſſis, quantum licite potuit, ſe informans ad inſtruendum & informandum nos ſuper has multas & magnas nobis informationes per ſuos nuncios & literas deſtinavit. Infamia vero contra templariorum increbreſcente [1]validus ſuper ſceleribus prædictis, Et quia quidam milites ejuſdem ordinis coram nobis ſecreto [2]diſpoſuerunt jurati, quod in receptione fratrum præfati ordinis hæc conſuetudo, vel verius corruptela, ſervatur, quod ad recipientis ſuggeſtionem qui recipitur, Iheſum neget, & in crucem ſibi oſtenſam exſpuunt in vituperium crucifixi, & quædam quod alia faciunt recipiens receptus, quæ licita non ſunt & obviant [3]honeſtate, prout alter eorum tunc confeſſus extitit coram nobis [4]jurar', nequivimus,*

---

1 F. validius. 2 F. depoſuerunt. 3 F. honeſtati. 4 *Sic. F.* juratus. *ur-*

urgente nos ad id officii noſtri [1] *debitum, quin tot & tantis clamoribus accommodaremus auditum. Cumque demum fama publica deferente ac clamoſa inſinuatione dicti regis, necnon et ducum, comitum et baronum et aliorum nobilium, cleri quoque ac populi dicti regni Franciæ ad* [2] *inram propter hoc, tam per ſe quam per procuratores et ſubditos, præſentiam venientium, quod dolentes referimus, ad noſtram audientiam perveniſſet, quod magiſter, præceptores & alii fratres dicti ordinis & ipſe ordo præfatis et pluribus aliis erant criminibus irretiti: Ac præmiſſa probare per multas confeſſiones, atteſtationes et depoſitiones præfati magiſtri et plurium præceptorum et fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis & hæreticæ pravitatis inquiſitore in regno Franciæ factas, habitas & receptas, et in publicam ſcripturam redactas, nobiſque ac fratribus noſtris oſtenſas, quodammodo viderentur, quia fama et clamores prædicti in tantum invaluerant et aſcendant, tam contra ipſum ordinem quam* [3] *parochias ſingulares ejuſdem, quod ſine gravi ſcandalo diſſimulari non poterant, nec abſque imminenti periculo tollerari. Nos, illius, cujus vices in terris gerimus, veſtigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione prævia duximus procedendum, multiſque de præceptoribus, presbiteris, militibus & aliis fratribus prædicti ordinis reputacionis non modicæ in noſtra præſentia conſtitutis, præſtito ab eis juramento, quod ſuper præmiſſis veram & plenam nobis dicerent veritatem, ſuper præmiſſis interrogavimus & examinavimus, quibuſdam ex fratribus noſtris nobis aſſentientibus diligenter, eorumque confeſſiones, per publicas manus in autenticam ſcripturam redactas, illico in noſtra & dictorum fratrum noſtrorum præſentia, ac demum interpoſito aliquo dierum ſpacio in pleno conſiſtorio legere fecimus coram ipſis, ac in ſuo vulgari cuilibet eo-*

A. D. 1310.

---

1 *F.* debito. 2 *Sic. F.* noſtram. 3 *F.* perſonas.

A. D. 1310. *rum exponi, qui perſeverantes in illis, eas expreſſo et ſponte, prout* [1] *recitati fuerant, flexis genibus, manibuſque complo-ſis lachrimabiliter, devote ac humiliter ſupplicantes, quod nos eis tam à prædictis reatibus, quam excommunicationis ſententia, quam incurrerant, pro præmiſſis abſolutionis digna-remur beneficium impertiri, quod eis juxta formam eccleſiæ duximus concedendum, approbarunt. Verum, quia in uni-verſis mundi partibus, per quas idem ordo diffunditur, ac ii-dem fratres degunt ipſius, ſuper hiis non poſſumus inquirere per noſmetipſos, ut noſtra cum aliis, juxta doctrinam Apo-ſtoli, onera partiamur,* [2] *inquiſitione hujuſmodi per venerabi-les fratres noſtros Dioceſanos epiſcopos in ſuis Dioceſibus & aliis deputatos à nobis contra ſingulares* [3] *perſonas præfati or-dinis, et per eoſdem per nos etiam deputatos contra ipſum ordinem fieri mandavimus, juxta noſtrarum, quas ſuper hoc eis dirigimus, continentiam literarum. Volentes igitur, ut eadem inquiſitio ad Dei honorem, & fidei catholicæ obſerva-tionem, & totius Chriſtianitatis utilitatem, finem debitum ſorciatur, citamus tenore præſentium peremptorie locum te-nentem ſupradicti magiſtri, & conventum dicti ordinis, in re-gno Cipri, omneſque et ſingulas perſonas ipſius, ſive ſint presbiteri ſive clerici, milites, præceptores, ſervientes, & alios quoſcumque fratres ejuſdem ordinis, in regno prædicto, vel aliis partibus quibuſcunque tranſmarinis, morantes ſeu exi-ſtentes, ex quacunque cauſa ibidem* [4] *fuerant, illos videlicet qui noſtra auctoritate capti & detenti non ſunt, quod ipſi & eorum quilibet coram dictis Dyoceſanis et per nos eis adjun-ctis, quos* [5] *præmittitur decrevimus deputandos, in termino, quem ipſi per eorum publicum edictum,* [6] *citaciones* [7] *ſtatue-*

---

1 *F.* recitatæ. 2 *F.* inquiſitionem. 3 *Per compendium ſcribitur hæc vox, quod tamen* perſonas *ſignat. Male proinde* parochias *in margine Codicis MS.* 4 *F.* fuerint. 5 *F.* ut præmittitur. 6 *Deeſt forſitan* ſive. 7 *F.* ſtatuerint.

rant,

rant, cauſa dicendi coram eis de prædictis omnibus veritatem. Ac demum illi, qui de eadem auctoritate noſtra capti non fuerunt vel detenti, perſonaliter et ipſe conventus per idoneos ſindicos vel defenſores coram nobis in generali concilio, quod Viennæ in Kalendis Octobris ad duos annos congregari mandavimus, cum nominibus ſuis propriis quam ordinis prælibati comparere procurent, ſeipſos et ipſum ordinem, ſi voluerint, ſuper prædictis legittime defenſuri, et juſtam, dante Domino, ſententiam vel ordinationem noſtram humiliter recepturi, non obſtantibus privilegiis, eidem ordini et parſonis ipſius ab apoſtolica ſede conceſſis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri. Quod ſi [1] *prædictis contempſerint comparere, nihilominus contra ipſos ad inquirendum & ſententiandum ſeu ordinandum eorum contumatiam divina replente præſentia procedetur, negocii qualitate, juſticia & æquitate penſatis. Ut autem hujuſmodi noſtra citacio ad communem omnium perſonarum prædicti ordinis noticiam deducatur,* [2] *tam in palatio apoſtolico publice (præſente fidelium multitudine copioſa) et in audientia publica legi et publicari, nec non chartas et membranas, citacionem continentes eandem, in majoris eccleſiæ Pictaviæ affigi oſtiis ſeu ſuper liminaribus faciemus, quia citacionem ipſam ſicut quaſi ſonoro præconio et patulo indicio publicabunt, ita quod* [3] *hiis, quos citatio ipſa continget, nullam poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos talis citatio non pervenerit, vel quod ignoraverint eandem, cum non ſit veriſimile* [4] *remenare quo ad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicetur. Datum Pictavis* VI° *Idus Auguſti, pontificatus noſtri anno* III°. lectiſque ſic bullis prædictis, adjecit Archiepiſcopus, quod à procuratore ſuo, in curia Romana [5] conſtitutis, veſtras acceperat certas die

A. D. 1310.

---

1 *F.* prædicti, *vel potius*, ulli ex prædictis. 2 *F.* eam. 3 *F.* hii. 4 *F.* remanere. 5 *F.* conſtituto, literas ac.

pro-

A. D. 1310. proximo præcedente, quod Dominus papa, de consilio Cardinalium suorum, [1]prælongaverat usque in annum sequentem, propter quod dimiserat unumquemque in locum suum.

Eodem anno obiit Comes Lincolnienſis Henricus, cui succeſſit filia ſua unica, quam Comes de Lanceſtria duxerat in uxorem, et ſic accreverunt ei duo comitatus cum honore de Pontefracto, factuſque eſt ex tunc comes ditiſſimus, habens integros quinque comitatus.

A. D. 1311. Anno Domini M° CCC° XI° obiit Anthonius, Dunelmenſis epiſcopus et patriarcha Ieroſolimitanus, apud Eltham, in principio XL^mæ in fine anni decimi. Sepultuſque eſt honorifice in eccleſia ſua Dunelmenſi in craſtino Apoſtolorum Philippi & Jacobi, quæ erat dies Dominica, anno patriarchatus ſui quinto, et conſecrationis epiſcopatus ſui XXVIII°. Cui ſucceſſit Richardus de [2]Bellaw, de gremio ejuſdem eccleſiæ Dunelmenſis electus die Veneris proxima ante Dominicam palmarum, die Pentecoſtes in eccleſia cathedrali Eborum per Willelmum Archiepiſcopum conſecratus. Qui quidem Archiepiſcopus officium ſepulturæ prædicti Anthonii Dunelmenſis epiſcopi et patriarchæ perſonaliter fecit die Dominica ſupradicta, & craſtino inventionis ſanctæ crucis capitulum Dunelmenſe pacifice & abſque aliqua contradictione viſitavit, prædicavitque in pleno capitulo, & erat ſuum thema: *Eratis aliquando ſicut oves errantes, nunc autem converſi eſtis ad paſtorem et epiſcopum animarum veſtrarum.* Die vero ſequente proximo archidiaconatum Dunelmenſem, totum ſcilicet clerum, in eccleſia ſancti Nicolai, & die ſabbati proximo ſequente viſitavit [3]Darnyngton, *et ſic caute fecit & bene ordinavit, quod antequam confirmaretur ele-*

1 *Vel*, prolongaverat. 2 *L.* Kellaw. 3. *Sic.*

ctus

ctus Dunelmenſis habuit ſuam pacificam viſitationem, quæ à multis retroactis temporibus fuerat contradicta. Interim Dominus Archiepiſcopus, ex præcepto Domini papæ, cum quodam Abbate & uno Archidiacono, quos à tranſmarinis partibus Dominus papa ad hæc ſpecialiter tranſmiſerat, fecit ſingularem inquiſitionem à ſingulis templariis, et examinari fecit unumquemque templarium per ſe ſuper præmiſſis in ſupradicta bulla contentis. Miſitque ad ſingula monaſteria & ad magiſtros theologiæ totius provinciæ ſuæ, certos articulos, à quibuſdam templariis confeſſatos, ſuper quibus uſque ad Concilium ſuum provinciale præcepit eis libros conſulere, & in eodem concilio ad ſingulos articulos conſultius reſpondere. Articuli vero erant iſti. *Quidam de templariis apud Eborum examinati, confeſſi ſunt, quod magnus magiſter ordinis, viſitatores & præceptores, qui ſunt laici & quidam eorum milites, poſſunt fratres ſuos abſolvere & eos abſolvunt in capitulo, injungendo eis* [1] *patientiam pro peccatis. Quæritur, utrum ex hac confeſſione poſſint & debeant tanquam hæretici condempnari? Item confeſſi ſunt, quod fratres illius ordinis ſtatim in admiſſione ſua ſunt profeſſi, et quod jurant ſe non exire ordinem ſine licentia ejus qui eam dare poteſt. Quæritur, utrum hoc ſit erroneum, et ſi ſic,* [2] *ante ſapiat hæreticam pravitatem? Item* [3] *confeſſit ſunt, quod in receptione fratrum non debent eſſe aliqui præſentes niſi fratres. Et quod modus receptionis eorum eſt de ſecretis Capituli, adeo quod nec poſſunt nec debent eum extraneis revelare? Quæritur, utrum iſtud ſit illicitum vel erroneum? Et utrum tam ſuſpicionis contra ordinem quam modus profeſſionis in ſe contineat hæreticam pravitatem? Item, quod ſuper primo articulo de abſolutione impendenda à laico, multi de templariis deponunt contrarium, dicentes,*

A. D. 1311.

---

1 *F.* pœnitentiam. 2 *Sic. F.* an in ſe *vel* anne. 3 *Sic. L.* confeſſi. *quod*

A. D. 1311. *quod nec magnus magiſter ordinis, nec aliquis alius poteſt abſolvere fratres, nec pœnitentiam eis injungere pro peccatis. Quæritur, an iſtorum depoſitiones tollant vel minuant depoſitiones aliorum? Et dato quod non, an ſit contra alios pronunciandum, & per quem modum? Et ſi non ſit pronunciandum, quid fuerit faciendum? Item cum Dominus papa in ſuis literis templarios diffamatos & violenter ſuſpectos de hæreſi eſſe perhibeat, & multos de ordine magnæ reputationis viros coram ſe & cardinalibus ac aliis multis ſponte in jure confeſſos fuiſſe, quod in profeſſione ſua Chriſtum abnegant, & in crucem expuunt &c. Et per nos examinati confeſſi ſunt, ſe credere, quod idem eſt modus recipiendi fratres ſuos & profeſſionis faciendæ ubique. Quæritur, utrum iſti per nos examinati vehementer de hæreſi ſint ſuſpecti, adeo ut, niſi legittime ſe purgaverint, debeant anathematizari, vel ſi à purgatione ſint excluſi propter præſumptionis violentiam contra ipſos? Et ſi ad purgationem admitti debeant, per quas perſonas valeant ſe purgare? Item, ex quo alii multi et magni de ordine profeſſionem hæreticam ſunt confeſſi, et iſti nolunt abſque tormentis profeſſionem hujuſmodi confiteri, quæritur, an ſint ſupponendi quæſtionibus et tormentis, licet hoc in regno Angliæ nuſquam viſum fuerit vel auditum? Et ſi torquendi ſint, utrum per clericos vel laicos? Et dato, quod nullus omnino tortor valeat inveniri in Anglia, utrum pro tortoribus mittendum ſit ad partes tranſmarinas, ut prælatis nulla negligentia valeat imputari? Item quæritur, an ſuper iſtis, vel eorum aliquibus, ante provinciale concilium ſit [1]Romamanus pontifex conſulendus?* Vocavitque Dominus Archiepiſcopus iteratò ad concilium ſuum provinciale omnes prælatos provinciæ exemptos, ad diem ſcilicet lunæ proximum poſt aſcenſionem Domini, et iteravit proceſſum de templariis, fecitque legi in publico

1 *L.* Romanus.

bul-

bullam Domini papæ horribilem tenorem, qui sequitur, continentem. A. D. 1311.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: ad omnium fere noticiam jam credimus pervenisse nephanda scelera & crimina abhorrenda hæresis notoriæ, supra quibus ordo & parsonæ templariorum non levibus argumentis, sed manifestis indiciis & violentis præsumptibus diffamati noscuntur, super abnegatione Domini salvatoris nostri Jesu Christi, & super nephanda, temeraria & præsumptuosa & hæretica conspiratione super imaginem ejusdem crucifixi, nec non & super pluribus aliis articulis, quos, quia credimus fore inanitos, exprimi non oportet. Sicque crebrescente infamia, etiam imminentibus scandalis plurimis minime contempnendis, quod non leviter totam scandalizabant ecclesiam, urgente conscientia per totum orbem terrarum jam dudum ipsos capi mandavimus, et tandem cœpimus super hiis contra eos inquirere per nos ipsos (nonnullis ex fratribus nostris accercitis) ad inquisitionem prædictam nobiscum solicite peragendam. Et tandem præsentatis nobis personis eisdem non parvo sed grandi numero, non levis sed magnæ auctoritatis viris olim in ordine præfato, sacerdotibus, præceptoribus, militibus & servientibus, per eorum confessionem & depositiones, spontanee, libere factas coram nobis & fratribus nostris in secreto prius, & postmodum coram nobis totoque consilio fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patuit [1] inamte, quoad personas ipsas confitentes dicta crimina & scelera esse vera. Iidemque confitentes omnes & singuli suum humiliter recognoscentes errorem, nostram & Apostolicæ sedis non justiciam sed misericordiam & veniam imploraruntPræterea, cum magistro & præceptoribus præcipuis præfati ordinis intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum magistrum, videlicet Franciæ, terræ ultramari-

1 *Sic.* F. manifeste.

A. D. 1311. *næ, Normanniæ, Aquitanniæ & Pictaviæ præceptores majores Pictaviæ nobis existentibus mandamus præsentari; tribus autem dilectis filiis nostris Cardinalibus præsentibus, tituli sancti Nerei & Achillei, & tituli sancti Siriaci internis presbiteris, ac Landulpho, s. Angliæ, Diacono Cardinalibus (de quorum prudentia & experientia et fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus) committimus & mandamus, ut ipsi cum præfato magistro & præceptoribus tam contra inquirerent et alias singulares parsonas dicti ordinis generaliter, quam etiam contra ipsum ordinem super præmissis diligentius veritatem, coram quibus idem magister et præceptores majores, de magna & plena veritate dicenda ab eis corporaliter præstito juramento, singulariter, libere ac sponte, absque coarctatione qualibet & terrore, coram ipsis tribus Cardinalibus* IIII^or^*que tabellionibus publicis, & multis aliis probis viris deposuerunt & confessi fuerunt, inter cetera, Christi abnegationem et spuitionem super crucem cum in ordinem templi recepti fuerint. Et quidam ex eis sub eadem forma fratres plurimos recepisse: sunt etiam quidam ex eis quædam alia horribilia & inhonesta confessi, quæ, ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus. Nos igitur volentes super hiis, prout ad nos spectat, congruum remedium adhibere, auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne aliquis de cetero eisdem templariis vel eorum alicui scienter vel publice vel occulte auxilium præstet, consilium vel favorem, seu aliàs ipsos vel aliquem eorum receptare seu retinere, aut eis favere præsumat, sed eos tanquam suspectos de hæresi omnino devitet: mandantes nihilominus eadem auctoritate omnibus singulis, ecclesiasticis secularibus parsonis, necnon principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus & plebeis, ac communitatibus civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum, quatenus dictos templarios capiant, & eos locorum ordinariis sine difficultate qualibet assignare ac tradere non post-*

po-

ponant. Nos autem omnes & ſingulos [1] *quibuſcunque præ-* A. D.
eminentiæ, dignitatis, ordinis, condicionis ac ſtatus, etiam ſi 1311.
pontificali præſint dignitate, qui ſupradictis templariis, vel eorum alicui ſcienter, publice vel occulte præſtabunt auxilium, conſilium vel favorem, vel aliàs ipſos ſeu aliquem ipſorum receptare vel retinere, aut eis (ut præmittitur) favere præſumpſerint, auctoritate præſentium excommunicationis ſententia innodamus, ac civitates, caſtra, terras & loca, quæ ipſos vel aliquem eorum ſcienter ſuſceperint vel tenuerint, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, abſolucionem prædictorum præterquam in mortis articulo, ac relaxationem ipſius interdicti nobis noſtriſque ſucceſſoribus reſervantes, non obſtantibus quibuſlibet privilegiis, indulgentiis & literis apoſtolicis quibuſcunque et ſub quacunque forma verborum vel expreſſione conceſſis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, mandati, excommunicationis, interdicti & reſervationis infringere [2] *auſu temerario contraire. Dat. Tholoc'* III *Kal Januar. pontif. noſtri anno quarto. Quocirca vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententias hujuſmodi & proceſſus, quos vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus, in ſingulis terris, caſtris & locis inſignibus veſtrarum civitatum & dyoceſum coram clero & populo per vos vel aliquem ſeu aliquos diebus Dominicis, & feſtivis aliis, ſtudeatis ſolempniter publicare.* Perlecta itaque bulla, attoniti ſunt multi audientes eam. Et facta longa diſputatione & magna altercatione ſuper talibus viis, ſcilicet condempnatoria, abſolutoria & relatoria, (ſcripſerat enim papa, quod ſi ſingulares perſonæ templariorum eſſent inventæ in inquiſitione culpabiles de hæreſi, quod condempnarentur tales, ſi vero immunes, quod abſolve-

---

1 *F.* cujuſcunque. 2 *F.* aut auſu.

A. D. 1311. rentur, si autem dubium oriretur in ipsis, quod tunc [1]refereretur causa ad Curiam.) Et quia non inveniebantur ex toto culpabiles, nec ex toto immunes, sed propter quædam concessa in articulis superius adnotatis suspecti, igitur elegerunt viam relatoriam, et remiserunt in dubiis causam ad concilium papæ. Accepitque Dominus archiepiscopus cum lachrimis à toto clero suo licentiam, & profectus est in itinere suo ad Concilium, relicto vicario suo generali magistro Roberto de Pykering. Qui reversus de Londoniis, convocavit iteratò clerum, & nunciavit eis per literas episcoporum autenticas et instrumenta publica, quomodo duo Templarii [2]Londoñ coram Domino Archiepiscopo Cantuariensi & toto suo clero confessati sunt enormia, in bulla Domini papæ contenta, et se eadem feciſſe recognoverunt. Dixit etiam, quod Dominus Rex Franciæ comburi fecerat Parisiis septuaginta duos Templarios propter prædicta enormia confessata. Ex tunc autem tenebantur forcius Templarii vinculis ferreis alligati, factaque est longa disputatio in clero, utrum pro prædictis articulis confessatis deberent tanquam hæretici reputari. Tandem ordinatum est, & hinc inde concessum, quod singuli Templarii, unusquisque post alium, coram toto clero diceret sic & dixerunt. *Ego frater R. recognosco me de articulis, in bulla Domini papæ contentis, ita vehementer diffamatum, et à qua me purgare non possum, propter quod submitto me gratiæ divinæ & ordinationi istius Consilii*, factaque hujusmodi recognitione, abjuraverunt coram clero & omni populo omnem hæresim, & deducebantur extra ecclesiam beati Petri, et ibidem reconciliati ad fidem catholicam, jure du-

1 *Sic.* *F.* referretur. 2 *Id est*, Londoniis, *licet* & Londonienses *possit legi.*

ce-

cebantur iterato in eccleſiam, & poſtea in capitulum, ubi ordinatum eſt et pronunciatum, quod in cuſtodia cleri & in palacio Domini archiepiſcopi cuſtodirentur ex tunc, quouſque eorum ſinguli ad ſingula monaſteria mitterentur. Et demum ſic miſſi manſerunt in ſingulis monaſteriis uſq; poſt Concilium Domini Papæ. A. D. 1311.

Dominus papa Clemens tenuit Concilium ſuum Viennæ anno Domini M° CCC° XI°, primo die menſis Octobris. In quo quidem Concilio tres fecit [1] ceſſiones. In prima ſeſſione facto ſermone expoſuit Clero tres articulos, ſuper quibus erat principaliter tractandum et conſulendum, ſuper ſtatu univerſalis eccleſiæ reformando, ſuper negocio terræ ſanctæ, quomodo poſſet recuperari & tueri, et ſuper ordine Templariorum qui pro nullo habebatur, præcepitque omnibus prælatis et ſingulis, qui convenerant, quod ſuper præmiſſis articulis uſque ad ſecundam ſeſſionem deliberarent. In ſecunda ſeſſione facta eſt longa Diſputatio de ordine Templariorum, utrum ſtare poſſet vel deleri de jure deberet? Et erant pro ordine Templariorum prælati quaſi omnes, præter [2] prælatis Franciæ, qui, propter timorem Regis Franciæ, per quem (ut dicebatur) totum illud ſcandalum fuerat, aliud facere non audebant. Erant enim in toto Concilio (quod Concilium dici non merebatur, quia ex capite proprio omnia fecit Dominus papa, non reſpondente neque conſentiente ſacro concilio) baculi paſtorales circiter quaſi CXXX^ta. In tercia ſeſſione Dominus papa pro tribunali, et ab uno latere Rex Franciæ, ab altero Rex Naverniæ filius ejus, ſurrexitque quidam Clericus, & inhibuit, ſub pœna excommunicationis majoris, ne aliquis loqueretur verbum in concilio, niſi licentiatus vel requi-

1 *Sic, pro* ſeſſiones. 2 *Sic, pro* prælatos.

ſitus

A. D. 1311. ſitus à papa. Recitatoque proceſſu Templariorum, adjecit papa, quod licet ex proceſſu præhabito ipſum ordinem de jure delere non poſſet, tamen ex plenitudine poteſtatis ordinem delevit, nomen & habitum, terras eorum & poſſeſſiones hoſpitalariis conferendo, aggregando & uniendo, decimam etiam univerſalis eccleſiæ per VI annos regi Francorum contulit. Ita quod in fine ſexti anni terram ſanctam perſonaliter adiret, ſacro non conſentiente Concilio neque expreſſe contradicente, licentiatique ſunt prælati circa aſcentionem Dominicam, et ad partes ſuas reverſi.

A. D. 1312. Anno Domini M° CCC° XII° venit Dominus Robertus de Brus in Epiſcopatum Dunelmenſem cum excercitu copioſo, et ita latenter venerat, quod invenit homines in lectis ſuis ſecuriſſime dormientes, qui mittens Dominum Jacobum de Douglas ad partes de Hertelpo͞l cum multis armatis, remanſit ipſe cum paucis apud villam de Ceſtria. Dominus autem Jacobus villam prædictam ſpoliavit, et burgenſes multos & uxores multas captivos reduxit, collecta ſibi præda de tota patria [1]captivis multis ſine aliquo impedimento ad partes proprias unanimiter ſunt reverſi,qui parum poſtea expendentes excercitu reunito verſus civitatem Karleoli ſua obſidia paraverunt. Juraverat vero Dominus Robertus, ut communiter dicebatur, ſe nunquam commeſſurum carnes, niſi ſe prius de illius civitatis cuſtodibus vindicaret. Quodam autem die, cum villam fortius expugnarent, ceciderunt multi de Scotis per lapides obruti et oppreſſi. Cuſtos Karleoli Dominus Andreas de Harcham tempore illo fuit. Dominus Jacobus de Douglas et multi alii per noſtros extiterant vulnerati. Videntes autem Scoti, quod ibi proficere non

1 *F.* cum captivis.

va-

valerent, ad partes proprias, amiſſis multis hominibus, redierunt. Illo eodem tempore venerunt nuncii per Dominum Edwardum de Brus miſſi Domino Roberto fratri ſuo in Hibernia exiſtentem, qui inſulam illam ſibi voluit ſubjugare, quod niſi remedium poſſit citius obtineri, ſe ipſum amitteret, ſuos homines inſuper & theſaurum; qui collectis triginta mille pugnatoribus de Scotia fortiſſimis, ad partes Hiberniæ deſtinavit, in fratris ſui ſubſidium, conſilium et favorem. Miſſus eſt ergo Dominus Emericus de Valencia de [1]Pembrut à latere Regis Angliæ, ut marchiam Scociæ cuſtodiret, qui collecto excercitu totam terram de Tyndalle pacifice equitavit, et veniens ad partes Northumbriæ, totam terram in quolibet blado vaſtavit. Atque terram Scociæ ingrediens, propter paucos Scotos fugam iniit, audaciam tribuens inimicis qui ſunt. Scoti ſecuti eum uſque Conirech̄, et (multis de Anglis interfectis) Scoti cum honore ad propria redierunt, noſtris viliſſime fugatis, et multis (proth! dolor!) interfectis. Illo eodem tempore mortuus eſt ille miles ſereniſſimus Dominus Edmundus de Warwyck, et ſepultus honorifice. Ante mortem planxerunt Angli vehementer. Vexillum erexit contra Comitem Lancaſtriæ Dominus Adam de Banaſter cum multis ſequacibus ſuis, vendicans ſibi ac occupans totum Lancaſtriæ comitatum. Quo audito, Dominus Comes (congregatis hominibus ſuis) cum paucis Dominum Adam cum ſuis de campo viriliter jecerunt: qui fugiens in quadam grangia, et ibi cum uno milite Domino Henrico per unam ſeptimanam integram latitabat. [2]Jubentis autem per exploratores Domini Comitis, ambo decollati ſunt. Et vindicato Comite de hoſtibus ſuis, terra ſiluit et quievit.

A. D. 1312.

1 *Sic, pro* Pembruc. 2 *F.* inventus.

Wal-